SYLVAE NVPTIALIS

LIBRI SEX.

In quibus ex dictis Moder. materia Matrimonij, Dotium, Filiationis, Adulterij, Originis, Succeſsionis, & Monitorialiũ pleniſsimè diſcutitur: Vnà cum remediis ad ſedandum factiones Guelphorum & Giebelinorum. Item modus Iudicandi & exequendi iuſſa Principum. Ad hæc, de authoritatibus Doctorum, priuilegiiſque miſerabilium perſonarum. Quæ omnia ex quæſtione, An nubendum ſit, vel non, deſumpta ſunt.

Ioanne Neuizano Aſtenſi, Iuriſconſulto clariſsimo, Authore.

Omnia multò quàm antehac caſtigatiora: Indice etiam locupletiſsimo, ac Argumentis in ſingulos libros additis, auctiora reddita.



LVGDVNI,
APVD ANTONIVM VINCENTIVM.
M. D. LVI.

DOMINO IOANNI NEVIZANO, ASTENSI *Iureconsulto pereximio, Achilles Alionus inter* I.V. *Doct.minimus.* S. D.

HAbuisti aliquot ante annos, Ioãnes Neuizane vir clarissime, tuis genialibus atque ingenialibus Nuptiis, in amœniflua illa tua Sylua, frequentes quotquot palatum habent interioris hominis, literariis pabulis, ac versatili libri gerulæq; mensæ addictum, atq; eductũ. Qui, postquã absumpta fames, & amor cõpressus edēdi, ita ad vnũ hilaritus tibi applausere, vt Alcinor Phæacũ regis epulum à Smyrneo Marone illustratũ: & Didonis cõuiuiũ, à nostrate Melesigene celebratũ, lõgo postposuerint interuallo. Quinetiam Macrobianum Auienũ, qui Saturnalitias illas suas concœnationes, non dubitauit Agathonis conuiuio antehabere. Tibi facilè assertabant cõcessurum. Erant siquidem Nuptiæ illæ tuæ, rerum omnium dapsili affluentia cibariorũ exquisitione, inaditorũ illecebrositate condimentorum amœna ac saliari supra omnium expectationē magnificæ. Castigato præterea ordine, singula absq; vel minimo murmurillo, aut præposteritatis errore à silentiosis accordatis ministris apponebantur primæ ac secundæ mensæ, Lege non aberrante, vt antiquorum heroum continentia ac casta symposia ad vnguem videare imitatus. Structores ipsi ac pocillatores, Virgilianas illas centum famulas, totidémq; pares ætate ministros, longè antistabant. Propinabat siquidem Bartolus, stabat ad calices Baldus, erudita chironomia. Fulg. Panor, & quidam alij minutatim dissecabant edulia, quæ cæteri neoterici, qui nostra aut paulò superiori ætate in iure non quali Cicero, vrbano scomate, coquo se fauturũ respõdit, sed Politico, aliquid excogitauerunt, in mensam ex promptuaria antiquorũ cella ferebant. Apparatus porrò

Nuptiæ magnificæ inuentio authoris.

Felix interpretatur.

Ordo Nuptialis est ipsa artificiosa rerũ dispositio in opere.

Apparatus, est elegans elocutio.

porrò ipse (vt vno dicam verbo) totus regius, & ad typum Virgiliani carminis cõquisitus. Arte laboratæ vestes, ostróq; superbo: Ingens argentũ mensis, cælatáq; in auro Dogmata sancta patrũ: series longissima legũ, per tot lecta viros antiqua ab origine iuris. Nec minori diligentia abs te est obseruatũ Varronianũ præceptũ, quod ex Satyris Menipeis apud Gelliũ legere est: interponendos cõuiuiis sermones, nõ super tortuosis rebus: sed iucundos, inuitabiles, ac illecebra voluptatéq; vtibiles. Nam quibus iocis, quàm salsis ac lepidis salibus totũ amœnasti conuiuium? Quin ne Heroica desideraretur serenitas, cũ mira omniũ ablubescentia edisertasti: qua vehemẽs ac flagrãs Giebelinæ ac Guelfæ factionis incendiũ, quo (proh rabies) tota in cineres it Italia, extingui posset. His ita se habentibus, cœperunt numerosi cõuiuæ tibi debere plurimùm. Sed quoniã non minor est virtus quàm quærere parta tueri: tibi cauendum est, nedũ profusam munificentiã, ac prope prodigentiam, in nimiã vertis atq; alteras parsimoniã, priorũ meritorum gratia amittatur. Est enim iam fama cõstans, te prioribus nuptiis ampliores ac longè ornatiores (si cõsummatis atq; absolutis rebus accessio fieri potest) superconcinnasse: te tamẽ inaudito cõsilio atq; insolenti ad eas neminem admissurum. Inhiant iam omnes priorũ lubentia, ac gratia gratissima illecti: ac mox longa defessi expectatione, iam acuminatis dẽtibus, ad pigmẽtata mellitáq; edulia, rabidáq; atq; hiulca orexi, ad nectarea pocula suspirantes indignãtur. Audio iã plerosq; in hæc verba in te inuehentes. Næ hic quidẽ bellus est inuitator? qui dulcissima quæq; sibi seruauit. Alij Epigrammatici poëtæ te incessunt mordacitate. Dic mihi quis furor est? turba spectãte vocata, Solus boletos Ceci

liane

liane voras. Itē. Verentana mihi miſces, vbi Maſsica potás. Te alij formicá Indicá appellát, qui aurū ex Iuriſconſultorum cauernis effodias, nec patiaris ab hominibus auferri: iaculātur & alij in te poëtæ Anglici diſtichon: In præſepe canis fœno nec veſcitur ipſe, Nec permittit equus, qui cupit, illud edat. Ego qui ob eá, quæ inter nos intercedit, amicitiá, nō poſſum ſine dolore de te malè audire, decreui ſummopere te hortari, vt ad priorē tuá comitatem redeas, pergaſq; de mortalibus bene mereri: nec tam vt hoc præſtes, quàm vt properè præſtes, te hortatū volo. Tū quòd cōperēdinatio ſolet huiuſmodi rebus florem, quo maximè placēt, id eſt nouitatē excutere: tū quòd, vt in Græcis eſt, χάρις ἀβραδύνη ἀχάρις χάρις. Quod Auſonius ad ſenſum ſic vertit. Gratia q̄ tarda eſt, ingrata eſt. gratia nanq;. Si fieri properet gratia: grata magis. Degā autē ego tibi potiſsimá laboris partē, ſi tibi hominē indigitauero, quæ primiſidentia ex tua nūcupatura honeſtatus, honeſtamēti nō parū tuis afferet nuptiis. Is eſt Gabriel illæ Laudēſis diui noſtri Principis Cācellarius, quē ob diuinū ingeniū, conſiliū præſentiſsimū, rerū omniſcientiam, gerendorū negotiorū dexteritatē, dicendi copiá propè fulmineá, ac morūvitęq; integritatē, ciuiliſq; philoſophię cōſummatá peritiá, Dux illuſtriſſimus amplectitur. Cæteri Principes (quos ſæpe legationis munere adit) magnipendūt, mortales reliqui venerātur. Is tibi aſſertor ac vindex comparatus, ſi quē viderit tuis accubantē Nuptiis, ex his quibus ob ſtomachi moroſitatē: etiá odoratiſsima pigmēta putere ſolent: tanquá nō habētē indumētū nuptiale, in tenebras detrudet exteriores. Et tūc te vel rigidi legant Catones. Vale. & hæc magis in longū ne gaudia noſtra morare. Ex ædib. noſtris. M.D.XXII.

ILLVSTRI ET GENEROSO IVRISCONSVLTO D. GABRIELI DE LAVde, totius Sabau. Ducatus cancellario, Ioan. Neuiza. Astens. S. P. D.

PETIERVNT à me Cancellariæ illustris, & propè quotidianis cõuiciis efflagitarunt plerique, vt lucubrationes & suppletiones quas ad Syluam meã otiosiori studio glomeraui,in publicum ederẽ. Ingenuè fateor repugnaui semper adeò vt cõtra meos mores quibusdã sim visus nimis austerus. Non quòd me præteriret opus ipsum mutilum esse & mãcum, quandoquidẽ impressorum incuria repentinè adeò emerserit, quòd fecit abortum:& si aliqui,In Syluam ne ligna feras: quia copiosa videretur,assererent, Ego tamen illam introspiciẽs cogebar dicere, quàm pauper Achaia nostra est. Sed differebam, quia otium nõ daretur: nec lætitia consueta ob hos bellorum tumultus:nosti enim probè quòd sic scribentium ingenia mœroribus,vt pisciculi retibus amiciuntur. Accedebat quorundã sinistra ad mulieres relatio, quĩ de bono opere & in cõmendationẽ matrimonij,excuso me, nõnullas earũ concitasset. Verũ vnius Achilis Alioni iurisconsulti diui principis nostri in maiori cõsilio Senatoris peruicit tandẽ comitas.Is enim est(vt planè scis)qui sentit vt Pythagoras,diuidit vt Socrates,explicat vt Plato,implicat vt Aristoteles,vt Aeschines blanditur,vt Demosthenes irascitur,vernat vt Hortẽsius,moratur vt Fabius,simulat vt Crassus,dissimulat vt Cæsar,dissuadet vt Appius, suadet vt Cato,persuadet vt Cicero,incitat vt Curio. Eius itaq; suasu & impulsu allectus,eas additiones, quæ primũ opus magnitudine superant,sub vexillo & clypeo D.tuæ in lucẽ emitto.Cùm is sis qui ab omniũ huius æui principũ, & re & fama sapiẽtissime inter tot patriæ suæ proceres iurisconsultissimos ad tantæ dignitatis culmen(quãuis sæpius recusatum) euectus sis, vltra quod nemo rogatus,sperare potest.nõ amore patriæ:quia & si Oldradũ,Martinum Caractũ,Mapheum Veggium, cæteròsq; viros prȩstãtissimos conciues habeas,cũ Laudensis:alienigena tamen es:nõ auro,non fauoribus, sed sola virtute:& gradatim spéq; reipub.bene gerendæ tam eminẽs scandisti soliũ.Suscipe igitur æquissime Cãcellariè huius Syluæ nostræ lucos, nemora,dumeta,rubos,arbusta, saltus, truncos, stipites, arbores, ramos, caudices,surculos,subera, frondes, bestiarum lustra, atq; latibũ

latibulos passim cibum carpentium ex floribus, herbis, frugibus, & horum omnium incredibili multitudine atque insatiabili varietate arboreis fœtibus, pomis & glandibus è ramis patularum arborum ac flauis mellibus stillantibus, ex illicibus gelidisque fontium perennitatibus ac perlucidis liquoribus amnium, ac viridissimo vestitu riparum & inumbrataru frondibus speluncarum concauis altitudinibus, immensitatibúsque camporum, ingenti materierum authorum varietate nitentium. Nulli quippe, quàm tibi, accommodatius hæc rerum & Doctorum, scientiarumq; multiplicium congeries dicari potest: cùm omnium earum (mirabile dictu) peritissimus existas, quo à Sylua omnes obtrectatorum incendia, aculeos, iacula, & secures facilè possis auertere. Etenim si de religione sacrisve literis, de militia, de curialium moribus secus ac deceat, in Sylua nostra dictum quispiam putat, quis rectius quàm tu dicere iudicium poterit? cùm diuinas literas Græcas & Latinas, nedum familiarissimas habeas: sed pro magna portione memoriæ teneas & militiæ & curię ritus, dùm toties pro excellētissimo principe nostro legationis munere ad summum Pontificē & alios fungereris, omnes didiceris & calcas. In iure autem si quis me malè sensisse arbitretur: vel repentè nimis decidere, & priscos Doctores omittere derideat: quis acutius quàm tu discutere poterit? qui & legēdi cathedram & iudicandi tribunal tot annos insedisti. Si de historicis, rhetoricis & poëtis fortè malè vel compendiosè nimis citatis, quis facilius & securius quàm tu poterit dignoscere? qui tot eorum authorum & priscorum recentiorum adeò sensum & verba meministi, vt cùm quispiam os adaperiat, tu statim vsque ad Plaudite, ac si librum coram legeres, formaliter & adamussim verba recenses. Non immeritò igitur si te (& licet inuitum) spreti sectentur honores: & vt de Catone scribit Salustius, quò minus gloriam appetebas, eò magis te gloria sequebatur. Suscipe, inquam, hilari fronte, vir in omni virtutum genere consummatissime, hoc munusculum quamuis tanta indignum eminentia amoris erga te mei perpetuum testimonium & monumētum: tueríque si opus fuerit non dedignare. Et, vt apud Sidonium, Ioannes Baptista Pius exorditur, ex Achillis Alioni conuiuio in Syluam quotiens placuerit iucundè ingredere.

Bonauentura de Ecclesia Iurium professor Astensis, ad lectorem.

Vtilius scripsêre patres non nubere prisci:
Dulcius & multi, nihil fore connubijs.
Sola relicta sinu deflens Ariadna marino,
Non bene fallaci nupserat illa uiro.
Oenoni rapuit pastorem Graia maritum
Alcidem haud credens, Deïanira necat.
Helena siq; tori seruasset fœdera Græco,
Mœnia non Priami diruta magna forent.
Crudum cruda uocat nautam Medea Iasonem:
Diuidit Hysiphile mœsta coacta torum.
A Danai natis iugulantur nocte mariti:
Aegyptus tanto crimine prole caret.
Sed Hypermestram laudat Linus ecce fidelem,
Quæ iußis paruit non pia sponsa patris.
Castum Penelopes thalamum conseruat Vlyßi,
Sola pudica iacet Briseis atque toro.
Quàm uiolare torum, primùm Lucretia præbet
Candida crudeli pectora casta neci.
Nubere si prosit, si non & nubere, monstrat
Insignis doctor nunc Neuizanus, habe.
Ingeniosè docet quibus extet iuncta puella,
Quàm benè uirq; toro sexus uterque legat.
Tutius esse puto non nubere: nam minus author
Nupsit, distinguat quicquid in hoc opere.

5

INDEX IN SEX SYLVAE

Nuptialis libros, in quo quid cognitu utile iucundúmve per ordinem alphabeti, notasq́ arithmeticas primò paginas, mox numeros marginales indicantes, facilè reperias.

Diuisio

Homicid

Mores

Propal

INDICIS FINIS.

CLARISSIMI IVRECONSVLTI DOMINI IOANNIS DE NEVIZANIS, ciuis Astensis,

SYLVA NVPTIALIS

NVPER AB EODEM AVCTA ET *recognita, in qua ex quæstione, An sit utile nubere, plurimæ quæstiones in Practica quotidie occurrẽtes, nondum examinatæ, copiosa breuitate enucleantur.*

ARGVMENTA.

1 Veritas nimium altercando amittitur.
2 Clamores immodicos in disputationibus maximè vitandos.
3 Disputationes moderatæ non sunt improbandæ.
4 Veritas disputando inuenitur.
5 Veritas examinata sese exerit. & num. 8.
6 Dubitatio in singulis non inutilis.
7 Opposita iuxta se posita magis apparent.
9 Ordinis diligenter obseruati quanta sit vtilitas.
10 Emendans subtiliter ab alio factum, nõ minus est laudandus quàm ipse author.
11 Ordinem difficiliorem esse inuentione.
12 Iurisconsultum breuem esse oportet in consulendo.
13 Veritas fuco verborum non indiget.
14 Verba ex qualitate eius personæ, ad quam diriguntur, temperanda.
15 Verborum superfluitas vitanda,
16 Breuitatis commendatio,
17 Prolixitas orationis quæ incommoda afferat.
18 Aduocato verbosiori iudex potest indicere silentium: & eidem non parenti mulctam dicere.
19 Repetitio eiusdem rei est improbanda.
20 Breuitati quatenus studendum.
21 Diuisio fieri debet per species oppositas.

QVIA † vt disputando ceruicosè & sophisticé veritas obumbratur, glo. in clem. sæpe. vers. exceptiones. de verb. sign. l. ea est natura. ff. de reg. iur. cum simi. Socin. lib. iiij. consil. j. num. 2. hinc Petrarcha epistol. vj. temerarium. & xj: ecce dicit 1

quòd nimis altercãdo veritas amittitur.& Lactãtius in ij. Diuinarum Institut.quòd veritas à vulgo solet variis sermonib.
2 dissipari.†Et nihil rectè geritur si cum clamore vincitur. ca. Osius.de elec.l.j.in fi.C.de stud.liberal.lib.xj.Bal.in c. licet. iij. not.de translat.episc.Lucas de pẽna in l.j.C.de profes. qui in vrb.Constant.l.ij.dicens se expertum,quòd veritas facilius inuenitur studio scripturæ,quàm disputatiõe verbali, quæ vix põt absq; tumultu procedere.facit Purpur.in rubr.C.de summa Trinit.col.fin.& Spec.in tit.de requis.consil.col.fin. dum refert Clemẽtem Papam, qui nolebat quòd aduocati irent ad allegãdum in voce.& illud Apostoli ad Romanos xiij. Nõ in contentionibus &c. Gilbertus in procemio Oeconomicæ, incip.Seuerinus.dum ponit differẽtias inter Philosophũ & Sophistam : qui licet disputare nesciat, litigare tamen non desinit. Amadeus in dialogo de Amicitia.chart.xiiij.in fi. inuestigando quandoq; vocabulorũ disceptationem. Codrus sermo. vij.char.iij.Politianus cẽturia prima.cap. lxxvij. dum quærit, an debeamus dicere Vergilius,an Virgilius.& tamen vocabulorũ disceptatio pertinacib.relinquẽda est,secundũ Tull. quẽ refert glo.in rub.ff.sol.matr.Ias.in §.sic itaque.col.ij. insti.de act.Baueria Institut.de testam.col.iij.Ideo Mirandula contra Astrologos.lib.v.cap.xij.ad fin.dicebat, quòd contra stolidas opiniones non est disputandum. pro quo ad Hebr.iij. Et contra verbosos noli contendere verbis.gl.in l.ij.ff. de alien.iud. mut.cau.fac. Nec meretur audire veritatem, qui fraudulenter interrogat. Hieron. super Ezechielem. faciunt quæ dicam in-
3 frà pro Legistis cõtra Medicos. †Sic econtrà,moderatè disputando,vt Dodus in Apolog.contra fratrem Samuel.chart.vij. non inutiliter exercẽtur ingenia.facit Greg. Nazian.in tit.de moderandis disput. Imò & Saluator noster in templo sedebat in medio Doctorum, audiens & interrogãs eos. Lucæ ij.ante
4 fin.†Et sic disputando facilius veritas inuenitur.l.munerũ. §. mista ff.de muner.& hon.l.cum quidã.vbi Ias.vj.not.ff.de lib. & posth.prima verba text.in auth. vt def.seu funer. in l. Offilius.de leg iij,in l.ij.§.his legibus.ff.de orig.iur.in l.diui fratres.ff.de iure patron.in l.proximè.ff.de his quæ in test. delẽ. c.j.de eo qui sibi & hær.su.masc. vbi Præpos. col.j. subiicit ꝙ vbi emergit grande dubium, nõ debemus passim respondere: sed ponderare,& disputare articulum. quod bene debẽt notare consulentes, secũdum eum, facit Barba.in cap. pastoralis.§
quo

quoniã.col.iij.de rescrip.Calcan.consil.vij.col.j. Ponzinibius in tract.de lamiis.col.j. †Quia veritas sæpius examinata, magis splendescit in lucem.c.grauem.xxxv.q.ix.gl. antepen.irrc. cum Ioannes eremita.de fide instr.Ias.in l.iubemus.C.de iud. col.ij.Specu.in tit.de aduoca.§.nunc tractemus.not. viij. quia virtus in infirmitate perficitur.ij.ad Corinth.xij.c.nõ omnis. v.q.v.& vexatio dat intellectũ, Esaiæ xxviij.Hostien.in Summa de pœnit.& remiss.§.quæ interrogationes. col.iij. hinc dicebat Leonardus,quẽ refert Cacialupus in tract.de modo studendi.chart.v.versicu.octauo consulo. quòd nihil est quod ad res subtiles cognoscendas atq; dispiciendas plus valere possit, quàm disputatio.Et propterea sæpe dicebat Bal. quòd viã ferro aperit,qui per cõtraria transit. vt per eum in l. precibus.C. de impub.col.v.vers.modo cõtra.& in l.si pecuniam.ff. de cõdict.ob cau.Collegium Bononiense in cons.quod incipit, Ad eradicandã.col.j.facto in q.præcedentiæ canonicorũ & monachorum.Curtius Senior consi.50.col ij.Et inquit Philosophus in iij. Metaphys.quòd veritatem inquirentes,sine dubitatione similes sunt nescientibus quò ire debeãt. & in vij. Ethic.quòd non sufficit verũ dicere, nisi etiã causa falsitatis assignetur. & in j.Topic.potentes ad vtranq; partẽ dubitare in singulis,speculabimur verũ & falsum. †Et dicit ipse in prædicamento relationis,quòd dubitare de singulis non est inutile.refert gl.in l.iij.C.de sum.Trin.Bart.in proœ.ffrorum.§.& antea. Barbat. lib.iiij.cõs.xl.clementissimũ.col.j. Hadrianus vj.Papa noster in Quodlibetis.q.vj.col.pen.& Sempronius apud Celestinã c. j.quòd sol reuerberatus fortius calefacit:& clauus repercussus fortius stringit. †Opposita enim iuxta se posita magis elucescunt,vt idẽ Philosophus in ij.de Cœlo & Mũdo.& in j. Elenchor.inquit: Positis iuxta se contrariis, maiora à minoribus discernuntur.& in ij.de Anima, quòd considerans vnum oppositorum,habet considerare & reliquum,& dicit tex.in l.j. ff.de his qui sunt sui vel alie.iuris,quòd cognito vno de contrariis, cognoscitur & reliquum. Et Hieron. in libr. contra Pelagianos, dicit, quòd schola Socraticorum consueuerat adducere omnia quæ dici possent ex vtraque parte, vt magis perspicua fieret veritas. Refert & plura alia adducit Rosarium Busti in secunda parte,serm.xxiij.literas.facit Amadeus in dialogo de Amicitia,char.xxij.& seq.dicens, quòd nusquã veritas clarior eminet,quàm suo admota contrario.facit Calcaneus cõsil.vij.

5 De vtilitate disputationis, ad. de Pozinibiũ in trac. de Lamiis. colũ. j. vbi allegat August. xxiij. q. vj. c. vides.vbi ratio vincit per disputatiõis pugnam.

6

7

8 in princ.†Idcirco sæpe dicebat Ias. quòd nihil est tam obscurum in iure,quin si deducatur in disputationem, veritas inueniatur. Et quòd propterea dum esset iuuenis cùm dubitabat de aliquo articulo in cursu lectionũ,ponebat de eo vnam conclusionem in circulis.pro quo Cacialup.in tract.de modo studendi.col.xiiij.Cãpanus in lib.de ingratitudine.char.iij. referens Græcos omnia in certamen & cōtrouersiam deducere solere:quod ad vnamquanque rem aperiendam multũ valere arbitratur:cum nihil sit tam obscurum atq; abditum , quod illa disputandi consuetudo non adinueniat,apertissiméq; demonstret. Et Ioan. Mirandula in Apologia,char.ij.dicit, quòd antiquis & omnium ætatum Philosophis certissimũ fuit nihil ad consequendam quam quærebãt veritatem sibi esse potius, quàm vt essent disputationis exercitatione frequentissimi. Et inter illius opera Antonius Citadinus epistola incip. conclusiones.ad finẽ.dum tractat de ente & vno,dicit, quòd disputatio est cribrũ veritatis,suauissimus animæ cibus,nihil habens ingrati.Hadrianus Papa noster in Quodlibetis quæst.iij.col.j. post Hieron.dicit, quòd nihil certius deprehenditur eo quod disputationis dente teritur.Bene facit Petrus Marsius in commento Cicer.de Officiis, chart.ij.dum laudat Dialecticam & disputationes Socratis. Et inter cæteras rationes quibus lex Mahumeti dãnatur,vna est: quia de lege sua disputari vetuit, ne eius falsitas detegeretur.Papa Pius epist.vij.char.iiij.& xv. & xxvij.cùm doceat Apostolus, Omnia probate,quod bonum est tenete.c.sancta.xv.dist.versic.inter scripta. Albertanus lib. ij.de prudentia.col.fin.& in rub.de probatione amicorum. & dicit Fortunius in l.iurisgentium.col.xxxix.ff. de pact. quòd Cato Stoica inuestigatione ea sæpe sentiebat,quę à vulgo dissentirent, & ea quidem verissima. hinc Salomonius in repeti. §.responsa.instit. de iure nat.chart.x. dicit, quòd communes opin.nascuntur, crescunt, senescunt & intereunt in scholis: quia ibi de eis frequenter disputatur. Igitur in præsenti quæstione disputatiuè procedendo ordinẽ obseruabimus:ne contingat quod de Rubricis feudalibus dicit Io. Blanchi.in Summa.char.fin.col.j.cap.quoniã.Ias.ante præludia feudalia. col, ij.cap.quæ sit.& ibi Claud.in Spec.col.j. dicẽtes quòd nõ sunt bene ordinatæ.Franc.Tigrini multa bona scripsit, sed disquaternata.Ange.in l.si quis seruo.ff.de sol.& de tractatu Paridis de syndicatu,dicebat Picus,& dicit Hippoly.in l.vnius.§.cognitu

Disputationis elegãs definitio.

Ordo.

gniturum.in fi.col.xiij.ff.de quæst. ꝙ ille tractatus est solennis,sed malè ordinatus. †bonū itaq; cōsistit in ordine,secundum 9
August.& alios quos refert Lucas de Penna in l. ij. circa prin.C.de proxi.sac.scrin.lib.xij.quia scire quid facias,& nescire quo ordine facias, nō est perfectæ cognitionis: vt inquit Bal.in procem. fforum,in princ.qui plura adducit:& eum refert Ias.in l.Gallus.in ij.lect.in §.idem credendum.col.ij.ff.de liber.& posth.& in procem.sui commenti de iure emphyt.pro quo plura Anto.de Prato in tract. de secundis nupt.chart.iiij. col.iij.& char.vij.colum.iiij.Brunus Asten.in tract.de forma, quando aliquid censeatur traditum pro forma: conclus.xv.in chart.xl.col.iij.Barb.in c.cū dilecta.vbi Moder.in apostillis, col.x.de rescript. Greg. Nazianzenus in tract.de moderandis disputationib.pag.seu colū.x.frater Isidor. de regimine princ. li.j.c.vj.& Nauis stultifera char.cxliij.de corrupto ordine. & quæ referūtur in proœ.Cōsiliorū pro Monachis cōtra Canonicos, de præcedenti. quod incip.præcide. & quæ ibi August. Cano.in scrutinio dictorū consiliorū. hinc dicit Lancel. in l. nemo potest.col.v.ff.de leg.j.ꝙ qui nō procedit ordinatè, dicitur ponere habenam in cauda.de quo Fulgos. reprehendit Odof.in l.mora.col.iiij.ff.de vsur.& vbi non est ordo, ibi est cōfusio.Roch.de cōsue.char.xxvij.col.j.facit Philoteus Achilinus.in procem.sui Viridarij,char. ij.& dicit Angel.in l.j.§. nūc videamus.ff.de oper.no.nun.la piu bella cosa del mondo sie l'ordine,sine quo nihil potest cōmēdari:coza senza ordine, siea modo de vno zebaldone.Et dicit Aret.cōs.lxvij.diligenter & maturè.col.j.ꝙ sapiētis est ordinare,secundū Philosophū.ij.Metaph.Insequemur igitur ordinē Pōtificis in c.si diligēti.de fo.cōp.vbi Maria.col.vij.vlt.not.& in c.literas. de restit.spol.cū si.vt Portius in §.singulorū.co.ij.inst.de rer.diuis. & Curt.senior cōs.lvj.super eo.iiij.col.vers.his sic præmissis. scilicet referēdo fundamēta partis cōtrariæ. Et sic ꝙ non sit vtile nubere. Deinde ponā fundamēta pro opin.quā teneo,scilicet, Esse vtile nubere. Postremo respōdebo ad fundamenta adducta in oppositū:quia,vt dicit Isidorus,quē refert Spec.Viridarij li.j.c.clxxxvij.in prin.ꝙ prius nostra firmemus, deinde obiecta cōfutemus.Nec excādescāt nobiles & honestæ matronæ,prout expertus iam didici,si in prima parte aliqua contra mulieres adducā:quoniā iste est mos disputātium:vt patet ex prædictis,& ex exēplis quæ refert Longolius in sua defen-

ſione habita Romæ,quæ incip. quòd char. xxj. dũ loquitur de
Carneade,Phauorino,& aliis.& chart.xxiiij.& char.xvij.dum
loquitur de Cicerone.quia ex oppoſito in vltimis æquè præua
lent l.pacta nouiſsima.C.de pac. quæ melius memoriæ retine
tur.Card.in Clem.j.col.iij.de reliq.& ven.ſanct.Plura contra
viros adducam,adeò vt cum Syluam hanc contra mulieres vi-
ri inducere voluerint,inſpiciant & ibi quæ viros attingunt:&
potius ſilendi,quàm loquẽdi materiã adinuenient.Quicquid
ſit,nihil niſi maiorum noſtrorum dicta in ſceleſtas & irratio-
nabiles perſonas inuenies:cõtra morigeratos verò & laudabi
les,verbum nullum.Quomodo ergo quiſpiam mihi ſuccenſet
cùm etiam ſim merus relator?ergo excuſandus.gl.in l. Gallus.
§.idem credendũ.in verbo.pronepos.ff.de lib. & poſthu. cum
ſim.vt j.dicam,relationi in tãtum vacaui, quòd ſi aliena dicta
delerentur,charta alba remaneret.facit frater Thomas Illyri-
cús de poteſtate Papæ,char.iiij. Et ſi ſolùm adduxiſſem ea quæ
faciunt pro mulieribus, potuiſſet lectori ſuſpicio ſuperuenire,
prout in ſimili miratur.Aret.conſi.clxv.ſicut.col.x.verſi.venio
ad vltimũ.vel mihi dici,quòd ſi ſciuiſſem quę cõtra eas ſcripta
ſunt,nõ ita de facili pro eis enunciaſſem.Nequaquam enim fu
gienda ſunt,quæ priores diſſeruere:verum enitendũ,vt melius
quàm illi dicamus.Nam præterita in medio ſunt:ipſis autẽ op
portunè vti,ſingula conuenienter argumentari, rectéq; diſtin-
guere, hoc ſapientis eſt.Sunt verba Iſocratis in oratione pane
gyrica,incip.illos.char.j.pro quo l.j.§.ſed neq; ex multitudi-
10 ne.C.de vet.iur.enuc.vbi †qui ſubtiliter factum emendat,lau-
dabilior eſt eo qui primus adinuenit. cõcordat c.ſi Apoſtoli-
co.ante fin.de præben.lib.vj.gloſ.in auth.de mand.princip.in
princip.in verbo, in ſuo.Fortunius in repet.l. legitima.col.ij.
ff.de pact. Paul.de Caſt.in l.ſi filius qui patri.ante fi.ff.de vulg.
& pup.vbi dicit, quòd prætor præponebat edicta declarantia
Ius ciuile.Laur.Valla in proœm.vj.Elegãtiarum,Quinimò lo-
quens à ſeipſo,corripitur tanquam glorioſus.Ioan.vij. ex quo
nil dictũ quin dictum prius.Alex.de Neuo contra Iudæos fœ-
nerãtes.col.xxvij.& nil ſub ſole nouũ.Policraticus in proœm.
licet plura relicta videantur.Bald.in prologo Decret. colũ.j.
Et ſi noua inuenire non potero, ſat erit, teſte Salomone, ab
aliis inuenta, vel cultu reddere blandiora, vel accumulatio-
ne huberiora, vt iuuent & proſint cuicunque etiam faſtidi-
to ſtomacho grauiorum lectione. Sæpe enim poſt macellum
& adi

& adipem, etiam blandissima olufcula & fluuiales pisciculi appetibiles sunt. & rarò quòd qui insistit inuentioni, possit vacare ordinationi. & ecōtrà. † & difficilior est ordinatio, quàm 11
inuentio. secundum Fely. in cap. quæ in ecclesiarum. de cōstit. in fi. facit Bald. in c. literis. iij. not. de rescrip. hæc enim est quæ honoré fecit Accurs. Spec. Io. And. Barto. Alex. Ias. Fely. & aliis qui hunc stylum sunt secuti. vt j. dicam loquendo de authoritate. Io. And. quoniam dicta aliorum complexi sunt ordinatè. Et ita etiam dicit Petrarcha epistola vij. quid agendum. dum dicit, imitandas apes ex diuersis floribus legentes mella. & sic erit dulcis rerum mistura bonarum. Felyn. in c. cum dilecti. in fi. col. v. de accusat. Non tamē quòd velim vti longa recitatione, quia esset fastidiosa, & infidelis, & suspecta, vt solet culpari de hoc Barb. quem infrà referam: sufficit enim referre in substantia. l. fin. C. de precib. imper. off. prout disputando resumimus argumenta aduersantis solùm in effectu. Fely. in cap. & si conquestus. de simon. col. fi. Petrus de Lesnaudiere in tract. de Doct. iiij. parte. q. xlvij. & cōtra resumentem totum vt quandoque licet, secūdum Igneum in rep. authent. ex causa. col. lx. dicam infrà char. fin. vide Morum deridenté in repet. Vtopiæ. char. xiiij. Et multa magna breuiter sunt dicenda, secundum Fely. in procem. Decret. allegando Valerium: quod est artificiosum, multa scilicet cōprehendere sub exiguo. Calcan. consil. lvij. visis consiliis. in princ. vbi allegat Ioan. And. in procemio Nouel. facit idem Ioan. And. in c. j. de sacr. non iter. † Et 12
ita etiam faciunt consulentes, quos opus est præcipue vti breuitate, & substantialiter loqui. secundum Aretinum consilio xxxv. viso. col. j. qui idem tradit cons. lxxvj. diligenter. in prin. & cxix. procedendo. Et consil. suo vj. incip. viso instrumento. & liij. diligenter. col. j. dicit, quòd qui rectè consulunt, veniūt ad rem sine multiloquio. & sine trufis, & generalibus quæ solent apponi ornatus causa. ne parùm multa scire videātur: nec incipiunt ab quo gemino, secundū eum cons. clxiij. sicut. col. vij. Et debet aduocatus esse parcus in verbis, in allegando pauca & bona. gl. in procem. Regularum Cancellariæ. not. in cap. tales. xxiij. dist. quia ad veritatem probandam multis verbis opus non est, sed efficacibus. gl. & Ioan. And. in cap. cum sit. de æta. & qualit. Et dicit tex. in l. ita vulneratus. c. fi. ff. ad l. Aquil. vna contentus ero. pro quo facit l. si quis obrepserit. ff. de falsis. vbi Alber. & facit Bal. in l. precibus. C. de impub. & al. subst.

dicã j.loco suo,quia veritatis simplex oratio. & dicit Codrus
13 serm.v.incip.de pulchriore.char.j.quòd † veritas non quærit fucum,non pigmenta, non cincinos: nec indiget veritas verborũ adminiculis.l.j.C.si vt se ab hæred.abst.& cõsistit in paucis.c.odi.xxiij.q.j.c.non mediocriter.de consec.dist. v. Et qui mauult doceri,quàm deludi,rem quærit, nõ verba: qui durus autẽ & indocilis est,moneri nequit, nisi verborum illecebris.
14 Hinc dicimus quòd † verba sunt emittẽda secũdũ qualitatem personæ cui dirigũtur.gl.in d.procem. Regularũ Cancellariæ, arg.c.diffinimus.in fi.xviij.q.ij.& Greg.in Pastorali,secũdum qualitatẽ auditorũ debet formari sermo doctorũ,& secundum eam intelligũtur.l.plenũ.§.Equitij.ff.de vsu & hab.Ias. in l.stipulatio ista.§.hi sunt.ff.de verb.oblig. ij.col. vbi ponit sex similia in l.diẽ functo.ff.de offi.assess. in l.si fundũ sub cõditione.§.qui fundũ.ad fi.ff.de leg.j.not.in c.quamuis.col xlvij.de pact.lib.vj.Cors.sing.lvj.sub verbo. conditio personæ.incipit, aliquis promittit.Hippol.in rub.C.de probat. col.v. Bonif. in tract.de nobilitate.iij.parte.not.lvj.Quoniã sapiens ex paucis multa intelligit.glos.in auth.de consang.& vter. fratri. §. j. in ver.opinari.imò & d.Lælius de Gabrielib.intelligebat ad motum labiorũ.de quo mẽtionẽ facit Bar.in l.j.col.ij.ff.de verb.
15 obl.† Et propterea non debemus in sermonũ foliis gloriari. c.Melchior.j. q.j.quia multitudo onerosa nihil habet honesti. §.fi.in auth.de referẽdar.Imò in multiloquio nõ deest peccatũ.c.& si Christus. de iureiur. ꝓpterea superflua debẽt resecari.§.quibus.in j.consti.Codicis.& C.qui ad.in l.fi.quæ incipit, vt verborũ inaniũ captiões.hinc Bar.Bal.& alij in l. Gallus.§. quidã rectè.ff. de lib. & posth. reprehendũt Scæuolã de superfluitate:quia paucis semper agendũ est.l.j.ff.de præscrip. verb. maximè in claris.Aret.cons.cliiij.cõsultatio.secundũ Philoso
16 phum iij.Rhetor.vbi Cicer.ad fin. † Breuitas est delectabilis auditoribus,quia sensus auditus inter omnes sensus est valde attediatiuus:quia gaudẽt breuitate Moderni, vt etiã syllabam vnã non necessariã non apponãt.gl.j.in l.j.ff. quod metus causa.cõs.vt latè Petr.de Lesnaudiere in tract.de Doct. iiij. parte. q.j.post mediũ. Paris de Puteo in tract.de syndicatu. chart. v. de excess.aduoc.in princ.Et propterea Oldr.consi.xvij.quidam clericus.col.vj.inuehit cõtra Prouinciales,qui volunt scripturam longam:quia sæpius res minus est intellecta longitudine, quàm obscuritate narrationis. secundum Ciceronẽ in primo Rhe

Rhetor.facit†quia longitudo ſcripturæ ſæpe inuoluit mẽtem 17
legentis.Aret.conſi.lxxxiij.quia multa.poſt princi.& ciij.bre-
uitas.& cliiij.breuitate,nec ſuperfluis agendum eſt.in l.hęc ſti
pulatio.§.diuus. ff. vt leg.nom. cau. & fruſtrà multiplicamus
ſermones.l.pediculis.§.Labeo.ff.de aur. & arg.leg. † Et pro- 18
pterea ſi aduocatus ſit nimis longus, poteſt ſibi iudex impo-
nere ſilentium,& ſi non obediat, eum priuare officio aduoca-
tionis.gloſſ.in l.ex ea cauſa.ff.de poſtul.quam ſingul. dicit Pe-
trus de Leſnaudiere.& Paris de Put.in locis prædictis.Iaſon in
l.j.ff.de offic.aſſeſ.col.j.vbi Niger colum.iij. maximè quando
alius aduocatus iam plenè dixit:†quia repetitio eſt ſemper re 19
probanda.l. ampliorem.quæ eſt fin.in §.in refutatoriis. C. de
appell.quoniam adiectione non indiget plenitudo. cap. benè
quidem. xcvj.diſt. & ſuperuacuis laborat impẽdiis, qui ſolem
certat facibus adiuuare.c. ſi omnia.vj.q.j.& ſecundum Prouer
bium Hetruſcum, dicuntur vendere ſolem de menſe Auguſti.
Curtius Senior conſil.lxiij.antiquiſsimo.col.fin. vel ſolem lu-
cerna oſtendere.Morus in repetit. Vtopiæ. char. ij. facit illud
Horatij, in ſyluam ne ligna feras. de quo Eraſmus parte pri-
ma,Prouerb.cccccclv.& in iiij.parte, Prouerb. cxxx. vbi alle-
gat Ouidium Elegiarũ:Quid folia arboribus, pleno quid ſy-
dera cœlo,In freta collectas alta quid addis aquas? reíque de-
monſtratæ demonſtrationem addere fruſtrà eſt.l.j.in §.fi.ff.de
dot.prælеg.Salomon.in repet.v.reſponſo.char. viij. inſtitu.de
iur.nat.facit illud,Rem nulli obſcurã, noſtræ nec vocis egen-
tem.facit Buſtus in Defenſorio montis.in iij.parte ij. tract. in
princ.vbi etiam allegat Hieron.contra Rufinũ, Ea quæ taces,
omnes flagitant:ad ea reſpondes quæ nullus requirit. & fit in-
iuria illi qui prius dixit.l.ij.C.de epiſc.aud.At alij dicũt quòd
in ſuperfluis non proditur, niſi flatus. Bald.lib.ij. conſil.c.fa-
ctum ſuper quo.col.ij.& verba perdere leue eſt: & quod repe-
titur,cenſetur magis validũ & famoſum.l.j. C.de emend.cod.
l.fi.§.ſed neq; diem. C.de vet.iure enunc.vbi dicitur, ꝙ quã-
doq; vnius etiam deterioris ſententia poteſt in aliqua parte
maiores ſuperare: & magis integrũ eſt iudicium quod pluri-
morum ſententiis cõfirmatur.lxiiij.diſt.c.extra conſciẽtiam.
in vltimo prologo epiſtolarũ Pauli ad Ro. vbi Paulus ad eos
ſcribit, non ꝙ minus accepiſſent à Petro, ſed vt duobus Apo-
ſtolis atteſtantibus eorum corroboraretur fides. Alexand. lib.
iiij.cõſ.lj.cum dicatur.in princip. Landr. in addit.ad primum

consilium Bart.& quæ superabundant,implent cisternas sapientum. Bald.in l.fin.ad fi.C.de iure emphyt.facit cap.bonę.de confirm. vtil.vel inuti.l. non solent.ff.de reg.iur. Scrutinium char.lxxxix.& quomodo toleretur superfluitas, Marian. Socin.in c.significantibus.col. j. de lib.ob. Maleretus in tract.de
10 elect.char.xliiij.col.iiij.† Item intellige prædicta quando in breuibus potest declarari intentio voluntatis.l.j.§.j.ff. de hæredib.instit.l.verbum volo.vbi Bald.C.de fideicom. post glo. aliàs secus, ne propter breuem sermonem stemus in æquiuoco.l.ita fidei.ff.de iur.fis.Barto. & Bald.in l. si quis intentione ambigua.ff.de iudic. quia obscurus fio, dum breuis esse laboro.gl.in procem.fforum, in §.penul.in verb. compédium.in l. testamentũ.C.de testam.quia sic studẽdum est breuitati,quòd nullum damnum fiat intelligẽtiæ.Hieron. quem refert Nata. in clem.sæpe.de verb.sig.col.xvij. est in v. notabili. latè Barb. in cap.postulasti.col.vj.de foro cõpet.vbi dicit,quòd per compendium non debet deueniri ad dispendium. cap. qualiter. el ij.ad fin.de accusa.propterea dicimus,quòd qui clarius exprimit,non vtitur superfluitate.l.j.in si princ.C.de curat.fur. Felyn.in c.quoniam.col.ix.vbi Decius col.j.de institut. Burgos in c.cum causa.col.j.de empt.& vend.gl.in j.Regula Cancellariæ.Et quis non potest nimis clarè loqui, ad tollendũ sophisticas dubitationes,saltẽ propter simplices & ignorantes.l.fin.C. de indic.vid.tol.Decius in c.significantibus.de appell.in consi. cxiij.col.ij.Hippol.in l.j.§ si seruũ quasi.col.vj. ff. de quæstio. Gammarus in tract.de extensione.col. xxxij. Igneus in repet. authen.ex causa.col. xxxiij. bene facit textus in l. cum virum. ante fin.C.de fideicom.vbi vltra verba testatoris, adducuntur adhuc probationes ad declarandum illius voluntatem, maximè si sumus in materia quotidiana,quia tunc est plenius attingendum.l.legaui.ff.de liber.leg.cum sim.vt Cacialupus in repet.c.j.de feu.cog.in primis verbis.Perus. in præfatione repet. c.si pater.de testam.lib.vj.Anchar.in princip.rub.de regul.iur. lib.vj.Cepol.in authen.sed nouo iure.col.x. C. de seru. fugit. Igneus in repet.authen.ex causa.colum.iij.C. de liber. præter. Barto.in l.apertissimi.C.de iudiciis.Et hæc cumulatio seruiet in exordiis Consiliorum & Lecturarũ, quantũ ad omnia contenta in hoc libro. & quæcunque dicta & facta mea submitto iudicio & correctioni sanctæ matris Ecclesiæ, cum protestatione,de qua in c.damnamus.ante fin.de summa Trinit.& fide cathol.

cathol. quia sine præiudicio loqui intẽdo cuiuscunq; rectius sentientis.l.Claudius Felix. ad finem. ff. qui pot.in pign.hab. etiam quantumcunque iuuenis,imò anniculi,exemplo Augustini in cap.si habes.circa medium.xxiiij. quæst. iij. Et ne sine diuisione procedamus propter illius vtilitates. Ias. in rubr.institut.de act.in fin.Galiaura.in l.stipulationum quædam.in ij. not.ff.de verb.oblig.† quæ vt sit bona, debet fieri per species 21
oppositas & contrarias: vt animalium aliud album, aliud nigrum.Ias. in §.actionum. primo not. institut.de act. & debet esse bimembris siue reducibilis ad bimembrem, secundũ Angel.in §.omnium.Innoc.instit. de act. Barb. in cap. quoniam. §.in aliis.ij.not.vt lit.non contest. Luc. de Penna in l. omnes. col.j.C.de decur.libr.x.Besutius in repet. l.re coniuncti. colũ. j. Et sic debet fieri per membra, non per frusta. Bald. in l.j. ff. de procurat.in secunda lectura.in princi.ne dicamur facere de vno cераso duos bolos,contra Lancel.in l.si donatione.col. ij. C.de collat. Et tu qui vis intrare examen, vide diuisionem Besutij in d.l.re coniuncti.colum. j. & si vis diuidere glossam per frusta, vide vnam diuisionem Ias.in l.j.C.de instit. & substit.col. ij.super glos.in verb.manifestum.Bald.in repet.l.Celsus.col. xj. versi. venio nunc ad glossam.ff.de vsucap. impressa post suum tit.de præscrip. Et esto memor expedire partes per viam oppositionis vel quæstionis, vt perlegentes sextum Decretalium.Ego autem in diuisione huius Syluæ, non obseruabo ista requisita: sed ponam vnã diuisionẽ gratia commodioris allegationis,exemplo patrisfam. qui diuidit fundum gratia commodioris culturæ quæ non inducit rerum pluralitatem.Ias.in l.re cõiuncti.col.xxix.versi.non obst.etiam si diceretur.de leg.iij.Diuido igitur in sex libros æquè principales. In primo,adducã nouẽ fundamẽta tenentiũ quòd non sit vtile nubere,subdẽdo modũ arguẽdi in iure.In secundo, nouem ampliationes cum vnica limitatione ad eorum conclusionem, quòd nõ sit vtile nubere.In tertio, fundabo intentionẽ meam, esse vtile nubere per duodecim argumẽta,inserendo materiam Monitorialiũ.In quarto, respõdebo ad fundamẽta & ampliationes tenentiũ oppositũ,subiũgendo quomodo possent sedari partialitates.In quinto,ponã quomodo debeat se iudex continere in iudicãdo: & ibi plenè ponã regulã cum ampliationibus & fallẽtiis,quòd tenẽda sit cõmunis opi.inserẽdo puta de authoritatibus aliquorum doctorũ.In sexto,ponam quomodo intel

Operis diuisio.

intelligatur quæstio esse dubia,& qūo tunc debeat iudex iudicare,& obedire rescripto principis. & de præcedentia Doct.& Medici.& de priuilegiis miserabiliū personarū,& de sibi ascribētibus dicta aliorū. Et cur potius in sex libros,quàm in tres, & de dignitate & prærogatiua numerorū , vide per Baptistam Egnatiu in racemationibus.char.c.& seq.dum enumerat singulos dies hebdomadæ,& in tabula Claud.super Lucā de triplici viatore,in verb.numerus.& in tabula Macrobij.& Io. Montoloniū in Prōptuario Iuris.vltra quos de binario August.Canonicus in scrutinio.char.vj.de ternario Philelph.in epist. Ausonius Gallus in suo lib.Epigrāmatum,in c.de ternario.not.inc. tu bibe.Gilbertū in quæstione ij.Oeconom.Philip.char.xij.& ante eum frater Lud. Viualdus in Opere regali , de laudibus trium Liliorum.q.ij.vers.nono quia prolixum. vbi enumerat lxxiiij.laudes huius numeri. Vldar. Zasius in oratione incip. nō possum.de quaternario,Codrus serm.vj.char.iij. Abb. Zacharias in serm. concil. Pisani , in fin.ij.char.vbi de duodenario.de quinquenario,Bald.in proœm. Rex pacificus.col.vj.de senario. Io. Montaigne in tract.de bigamia. chart.iij secunda parte.& in oratione Nicolai ad Alexandrum Papam pro Lucensibus.incip.vereor.col.ij.Codrus serm.iij. char.ij.de septenario,frater Ludouicus Viualdus in tract. de veritate contritionis.char.cxxxiij.Gel.lib.iij.cap.x. Varro Gallicus in tract. vulgari exhortationis pacis.chart.xvij. Curtius Iunior in præfatione ad suum tractatum Feudorum,incip. optaui. col.j. dicens,reputatur aliis perfectior,sed nihil allegat.

ARGVMENTA.

1 Nubere non esse vtile,disputatur ex quorundam opinione.
2 Matrimonij onera periculis nauigantium comparantur.
3 Mulieres quare facilius inducantur ad matrimonium,quàm viri. & nume.12.
4 Hospes turpius eiicitur,quàm non recipitur.
5 Matrimonium speciem esse seruitutis.
6 Maritum corporis sui potestatem non habere.
7 Mors seruituti anteponenda.
Libertas thesaurus inæstimabilis.
8 Hominem omnium quæ creata sunt,esse nobilissimum.
9 Mulieres non esse admittendas ad regimen ciuitatis.
10 Mulieres vt plurimum stultas esse.
11 Linguæ lubricitas non est facilè ad crimen trahenda.
13 Insipientia nihil est peius aut periculosius.
14 Ignorantia est omnium errorum mater.

Mul

15 Mulierum ſtultitiam morbum eſſe contagioſum.
16 Societatem bonorum eſſe expetendam.
17 Socius inducens ſocium ad prodigendùm bona ſua, tenetur ei vtili actione.
18 Fœminarum inconſtantia notatur.
19 Mulierum incontinentia.
20 Gaudium longæuitatis cauſa eſt.
21 Caſus dementis, correctio eſt ſapientis.
22 Fama bona theſaurus eſt inæſtimabilis.
23 Mulier nobilis impudicè viuens perdit nobilitatem.
24 Factum infectum fieri non poteſt.
25 Adulterium natura turpe eſt.
26 Amicus noſter dici non poteſt, qui ſaluti & famæ noſtræ inſidiatur.
27 Adulterarum finis qualis vt plurimum eſſe ſoleat.
28 Accipere iniuſtè, quæ poſtea in pios vſus conuertamus, non licet.
29 Mulierem nihil tam dedecorat, quàm adulterium.
30 Maritum nihil tam lædit, quàm vxoris adulterium.
31 Maritus patienter ferens vxoris adulterium, præſumitur leno.
32 Maritus deſiſtens ab accuſatione adulterij ob lucrum dotis, culpan dus eſt.
33 Tutor tranſigere non poteſt de iniuria illata patri pupilli aut ipſi pupillo, cum talis iniuria eis dedecus affert.
Honeſtas omni lucro præferenda.
34 Mortem famæ poſtponendam.
35 Adulterium matris in contumeliam filiorum verti.
36 Marito non licet in vxorem atrocius ſæuire.
37 Mulieri licet à viro diuertere ob nimiam eius ſæuitiam.
38 Mulierem quæ à viro aufugit propter eius ſæuitiam, tenetur vir etiã abſentem alere.
39 Vxor quæ diuertit à viro propter eius ſæuitiam, non tenetur redire ad virum, niſi ille cauerit de non offendendo eam. & nu. 42.
40 Maritus vxorem expellens ſine cauſa, tenetur ei conſignare dotem.
41 Maritus expellens vxorem ſine cauſa, indignus eſt, qui lucretur dotem; quam aliàs ex ſtatuto lucraretur.
43 Vxoris cædes deteſtabilior eſt quouis alio homicidio.
44 Veneno aliquem aggreſſus, puniendus eſt, tametſi non moriatur, qui venenum ſumpſerit.
45 Maritus quandoque expellit vxorem cauſa dotis non ſolutæ.
46 Vxorem ſe accepturum ſi quis ſimpliciter iurauerit: intelligitur me diante dote congrua.
47 Dotis cauſa poſſitne coram iudice eccleſiaſtico agitari.
48 Inceſtum ex matrimonio nonnunquam contingere.
49 Adulterio nati aliquando excludunt legitimos à ſucceſſione eis debita.
50 Matri non creditur aſſerenti ſe ex adulterio filium ſuſcepiſſe.
51 Filius in matrimonio natus, præſumitur potius legitimus quàm ex adulterio natus.

Sacer

52 Sacerdotum multitudo eos contentibiles reddit.
53 Rara quæque pretiosa sunt.
54 Fœtus facilius concipitur concurrente vtriusque semine, quàm ex solius maris semine.
55 Probatio admittitur contra filium quòd non sit legitimus, quamuis constante matrimonio sit natus.
56 Parentum assertio de filiis quid operetur.
57 Fratres ex diuerso semine natos, ferè semper esse discordes.
58 Filius à patre delatus ob delictum morte expiandum, mitius puniendus est, quàm si ab alio accusaretur.
59 Patri parcitur qui non patefecerit conspirationem filij contra principem.
60 Pater stuprans filiam indignus est nomine patris: quemadmodum filius manus inferens patri indignus est nomine filij.
61 Parricidij legem quare Solon non tulerit.
62 Pœna mortis ob crimen debita quibus causis posit vitari, aut in longius tempus trahi.
63 Confessus in tortura, non præcedentibus indiciis sufficientibus ad torturam, non est condemnandus.
64 Confessio eius qui iniustè incarceratus est, non est sufficiens ad eum condemnandum.
65 Confessio extorta in quæstione nullis præcedentibus indiciis habita, non potest reddi valida ex indiciis post quæstionem superuenientibus.
66 Probationem, qua reus crimen à se diluere conatur, non oportet semper esse apertam, vt is absoluatur.
67 Confessus se occidisse, sed ad defensionē suam, an sit condemnandus si non probet defensionis causa occidisse.
68 Hominem flagitiosum non est licitum defendere.
69 Hominem nequam occidere interdum grauius est, quàm hominē innocentem.
70 Iudices promptiores esse debēt ad absoluēdū, quàm ad cōdemnādū.
71 Delicta esse punienda.
72 Iudex non propterea crudelis existimandus est, quòd flagitiosos puniat.
73 Pœnæ delinquentium medicinæ appellandæ sunt.
74 Flagitiosis hominibus parcens, bonis nocet.
75 Veniæ facilitas malos ad peccandum proniores reddit.
76 Fœmina à multis maribus appetita, discordiarū vehemēs causa est.
77 Agnatorum vnum offendens, totam agnationem lædit.
78 Iniuria vni de familia facta totam familiam lædit.
79 Adulterum posse impune occidi, cur statutum sit.
80 Iudex potest cuiuis præcipere ne iter faciat ante domum inimici ob suspicionem dissidij.
81 Iudex potest præcipere litigantibus de possessione fundi ne eum fundum ingrediantur, metu scilicet futuri inter eos dissidij.
82 Duellum regulariter est prohibitum.

Impo

Impoßibilia, aut quæ ſunt maximè difficilia, ea non ſunt in poteſtate hominis.
121 Impoßibile nihil eſt nobis à Deo præceptum.
122 Impoßibile neminem obligat.
124 Continentiæ perpetuæ pœna nemini eſt temerè iniungenda.
125 Sperma retentum efficitur venenum.
126 Delicta non egrediuntur ſuos authores.
127 Maritus vxorem adulteram cognoſcens, etiam poſt peractā ab ea pœnitentiam, quibus incommodis afficiatur.
128 Literæ ſacræ non egent ſuppletionibus.
129 Concubinæ nomine clerici acquirentes, dicuntur fraudare Eccleſiam.
130 Clericos rarò de frigiditate cōqueri, atque inibi quibus vacationibus ſoleant curari frigidi homines.
131 Clericos practicus Papienſis variis in locis inſectatur.
132 Dantes damnatus poſt mortem vt hæreticus, & quam ob cauſam.
133 Iura variari circumſtantiis temporum & moribus hominū variantibus, non eſt inconueniens.
134 Nuptias ſacerdotibus magna ratione ſublatas, maiore ratione eſſe reſtituendas ex ſententia Papæ Pij.
135 Laicos meliores eſſe quàm clericos, Eccleſiam Dei deſtruit.
136 Henribaldus Cotta à ſacerdotibus occiſus, quòd eis nuptias prohibere vellet.
137 Auaritia imitatoribus ſeu miniſtris Chriſti non conuenit.
138 Eccleſia benignius exigere ſolet, ne videatur lucris temporalibus inhiare.
Eccleſia non quod ſibi, ſed quod vniuerſæ reipub. Chriſtianæ expedit, inſpicere ſolet.
139 Laici ſi boni ſint, dicuntur eccleſiaſtici.
141 Eccleſia errare non poteſt.
142 Interpretationi ſanctorum inhærendum eſt.
143 Regulis Iuriſconſultorū non ſubiacent quæ ſpiritu Dei acta ſunt.
145 Meretrix ea dicenda eſt, quæ ſe duobus aut tribus quæſtus cauſa commiſcet.
146 Neptunum fruſtrà accuſat qui iterum naufragium facit.
147 Vitiis in mores tranſeuntibus remedium nullum adhiberi poteſt.
148 Futura ex præteritis colliguntur.
149 Clericus incorrigibilis tradendus eſt Curiæ ſeculari.
Periuro amplius non creditur.
150 Iteratio auget delictum.
151 Impetrans ſecundò indulgentiam à principe, debet facere mentionem de priore.
152 Papa an poßit diſpenſare ſuper matrimonio. & num. 161.
153 Monitus nolens ſe corrigere, habendus eſt pro Ethnico & Publicano.
154 Papa poteſt diſpenſare cum coniugato vt beneficium ſimplex tenere poßit.

Papæ

155 Papæ factum Dei factum reputari.
156 Maritus potest post consummatum matrimonium ingredi religionem propter manifestum adulterium vxoris.
157 Episcopus tantũ astringitur Ecclesiæ suæ,quantum maritus vxori.
158 Mulier ob adulterium perdit omne ius quòd habet in marito.
159 Regula,Quos Deus coniunxit &c.patitur limitationem.
160 Traianum imperatorem eductum fuisse ex inferis.
162 Mulierum malitia notatur.
163 Mulierum proprietates.
164 Mulieres in plerisque deterioris esse conditionis quàm viros, & in plerisque melioris conditionis.
165 Mulierum imperfectiones notantur.
166 Mulieres prohibentur ingredi quasdam capellas ecclesiarum.
167 Vxores viris seruire debent ex præcepto Dei.
Mulier regno præfici non debet.
168 Lex Salica in Gallia.
169 Fœminas non succedere existentibus masculis,iuris diuini est.
170 Definitiones,& declarationes terminorum initio cuiusque disciplinæ explicandas esse.
171 Iurisconsulto verba legis diligenter sunt ponderanda.
172 Definitio quid sit.
173 Definitiones in iure periculosas esse.
174 Definitio,vt sit bona,quæ sint necessaria.& num.176.& 178.
175 Definitionẽ debere cõuerti cũ suo definito, quomodo intelligẽdũ.
177 Rei vnius vna definitio est.
179 Definitio à descriptione quid differat.
180 Verba in definitionibus propriè accipi debent.
181 Causa non debet per effectum definiri.
182 Argumentum vnde dicatur.
183 Argumentum quid sit.& num.seq.
185 Argumentum ab vna re ad aliam quando valeat in iure.
186 Determinatio duo determinabilia respiciens debet ea determinare æqualiter.
187 Dispositio vna non debet diuerso iure censeri.
188 Verba vno & eodem contextu conprehensa sunt pariformiter intelligenda.
189 Statutum in vno eorum quæ paribus passibus ambulant, statui debet & in altero.
190 Circunstantiæ aliquot enumeratæ pro quarum differentia facilè dissoluuntur argumenta in iure.
191 Solutiones ad argumenta quales soleant ab imperitis dari.
192 Argumentum ab euitando absurdo validum est in iure.
193 Absurditas & iniquitas in interpretandis legibus summopere vitanda.
194 Verba nonnunquam à propria significatione detorquenda, vt euitetur sensus absurdus.& num.196.
195 Absurdũ aliquando tolerari,vt euitetur quod magis absurdũ est.

197 Adiectiuum subsequens duo substantiua, vtrunque determinat.
198 Argumentum ab etymologia vocabuli est validum in iure: atque inibi plures locos videre potes, è quibus sumuntur argumenta in iure.
199 Scientia cuiusque rei ex causis illius potissimum acquiritur.
200 Causa formalis potius attenditur quàm materialis: & quam ob causam.
201 Vitium maius est in forma, quàm in materia.
Effectus potius denominatur à causa immediata & propinqua, quàm à causa remota.
202 Natura cuiusque actus attenditur ex origine rei, non ex accidēte.
203 Causa finalis potius consideranda est, quàm causa impulsiua.
204 Lex à ratione regulatur tanquam ab anima.
205 Causa cessante, cessat effectus.
206 Effectum aliquando non cessare, causa cessante. & num. 208.
207 Conditionem semel fuisse impletam sufficit, licet implementum non duret.
209 Coniecturis non est locus in his quæ certa sunt.
210 Verum præsumitur esse, quod communiter accidit.
211 Leges aptari solent ad ea quæ frequenter accidunt.
212 Contrariorum altero posito, alterum remouetur.
213 Argumentum à contrario sensu non semper esse firmum in iure.
214 Correlatiuorum altero existente vero, alterum etiam verum esse necesse est.
215 Inducta ad vnum effectum non debent operari contrarium.
216 Rem quemque ex fine suo iudicari.
217 Fictiones duæ circa vnum & idem non concurrunt.
218 Lex generaliter loquens debet generaliter intelligi.
219 Genere perempto, species eius perimi necesse est.
220 Genus in iure tribus modis capi.
221 Genus & speciem non eodem modo accipi à Iurisconsultis quo à Dialecticis.
222 Speciei vni proprium non potest alteri speciei conuenire.
223 Indefinita quando æquipolleat vniuersali.
224 Verba interpretationem assumunt ex natura actus.
225 Alternatio præsumitur in dubio fieri inter æqualia, vel parum distantia.
226 Dominium rerum legatarum sub disiunctionem non transit ad legatarium ante electionem.
227 Ordo verborum reducitur ad ordinem intellectus.
227 Legē nemo sibi ita imponere potest, quin ab ea liceat ei recedere.
229 Subiecta talia sunt, qualia prædicata demonstrant.
230 Qualitas nō est sine subiecto, quemadmodum nec motus sine termino, nec accessorium sine principali.
231 Actuum humanorum duplex variatio.
232 Verba secundum subiectam materiam intelligenda.
233 Totum infert quàmlibet sui partem.

¶DEVENIENDO igitur ad quæstionẽ noſtrã quam poſt Platonem qui fuit diuinus,& in cuius ſcriptis reperitur fermè totũ Euangelium Ioannis,ſcilicet,In principio erat verbũ, &c. vt Papa Pius ad Turcum epiſt. vij.chart.xij. Marſilius Ficinus epiſtolarũ lib.xij.char.cxcij.epiſt.inci. Frater Sanctes. Petrarcha epiſ.lxiij. Fortunius, de iuſti.& iur.col.lj.latè examinarũt. Ariſt.Plutarch.& Seneca, quos refert diuus Hieron. cõtra Iouinianum lib.j.c. xxx. quod incip.ſcripſerunt. Archiepiſcop. Floren.iij.parte Summæ.de ſtatu coniug.eſt in princip. Volaterranus Commentariorum Vrbanorum lib.xxx.in titulo, de cõiugio.quis in eo veterum ritus,& quatuor ſeq. Codrus qui refert Plutarchum ſerm.iiij.incip.Plutarchus. Mancinellus in ſermonib.lib.ix.tit.j.licet titulo ſeq.teneat cõtrarium. Vlder. Hutten.in dialogo de Fortuna,char.x.& ſeq.Frãciſ. Barbarus in tract.de re vxoria. Gilbertus in quæſtionibus œconomicis enumerat centum commoda, & cc. incommoda matrimonij. Horum maior pars & ferè omnes concludunt, non eſſe vtile nubere:adducẽtes Theophraſtum,cuius dicta vbi ſuprà refert Hieronymus.& cap.xxviij.incip. ſentio.& latius referũtur in vltima parte Epiſtolarum eiuſdem ſancti,epiſt,lxxix.incip.loqui prohibeor.in Polycratico,lib.viij.c.xj.incip.ſicut,in Laertio de vita & moribus Philoſophorum:quæ etiam habẽtur in Margarita Poëtarum. chart.cxiiij.per Alb.de Roſate, in rubr. C.de nupt.poſtquam ergo referuntur in tot locis , ſuperfluum eſſet in tanta librorum libertate hic ea tranſcribere.

Concluſio negatiuè. Nõ eſt vtile nubere.

Authoritas Philoſophi.

¶CONCLVSIO ſupraſcriptorũ eſt, Quòd nõ ſit vtile nubere.eandem opin.latè tenet Petrarcha de vita ſolitaria , circa fin.frater Iacob. Magnus in Sophologio ſapientiæ, lib,ij.cap. xvij.de regimine domus vxoris & filiorũ. Clarius lib. x.c.xj., quomodo cõiugia legitimè ſint cõtrahẽda.gl.& Panor.allegãtes illud Philoſophicũ,de quo Valerius in vij.quodcunq; feceris, te pœnitebit.in c..j§.fi.in fi.de ſum.Trin.Polycraticus li. viij.c.xj.Imol.in c.tuæ.de ſpõſ.col.xij.Henr. Boich,& Præpo. in c.commiſſum.iiij.not.de ſponſa.Io. Montaigne in tract.de big.q.ij. col.ix.& ſeq.Luc.de Pẽna in l.ij. C. quãdo & quibus quar.pars deb.lib.x.in l.in ſacris.col,ij.C.de proxim.ſac. ſcri. lib.xij. Petr.de Ferrar.in ſua practica,in for.lib. quo vxor.ag. ad do.in gloſ.in verbo.vxor.colum.j. & alibi ſæpe ſcribentes.

Authoritas Saluatoris.

Pro iſta parte primò adducit Hieronym.contra Iouinianum, libro j.cap.vij.incip. maritorum.authoritatem Saluatoris in

Matth.xix.cui cum discipuli respōdissent, vxoris onere contemplato: Si tale est, inquiunt, non expedit nubere. Saluator replicauit, Rectè quidem sentitis.cap.omnes. xxxij.q.vij. cap. qui litit.xxxij.quæst.v.Matth.Bosius epist.j.chart.ij. & iij.vbi subiicit quòd fallitur, qui credit se Deo militare, dum vxori & liberis seruit.hinc Ant.de Prato.in tract.de secund. nupt. char.xvij.col.ij.dicit quòd non bene conueniunt lectura & lectéria.& Cicero, quē refert Ioan. Montolonius in Promptuario Iuris,in verbo,vxor.col.vij.dicebat,quòd nō poterat philosophiæ pariter & vxori operam dare. vide ibi etiam in verbo,matrimonium.

2 ¶ †Secundo allegatur pro ista parte. cap. nos nouimus. xvij. q.ij.vbi dicitur:nauigasti,id est.vxorē duxisti:propter magna onera matrimonij, quæ æquiparantur periculis quæ subeūtur nauigando.secundum Doct.prædictos. Petrarcha de remediis vtriusque fortunæ, lib.j.dialogo lxv. de coniugij claritate, & tribus dialogis sequentibus,& dialog.lxxvij.de natorum coniugio.nā qui nauigat mare,enarrat pericula maris, & audientes admirantur. Luc.de Penna in l.quotiens.col.fin.C.de naufrag.lib.xj. propterea dicimus quòd nauigatio semper est periculosa & incerta.Bald.in c.pastoralis.de offi.ord.col.ij.& est prouerb.Qui nescit orare,ascēdat mare.Hinc Aeneas Syluius epistola xxxvij.incip.rem longè pro breui instructio est bene viuendi.dicit sufficere quòd quis seruet quæ Deo promisit,dū in procelloso mari aderat:vel du in carcere,seu in lecto ægrotans detineretur. Aliā ponit vitā Ioā. Pici Mirādulæ. char.vj. scilicet Christo mort. nostri amore perpessam præ oculis habere:propriámq; idētidē cogitādo semper cauebimus à vitiis.

Onera matrimonij.

3 †Mulieres enim facilius inducuntur ad matrimonia:quia nō sunt eis ita onerosa sicut viris.Socin.in l.qui fuerit. ante fin.ff. de condit.& demonstra.tamen Mirandula,vbi suprà dicit matrimonium non esse ita durum,sicut militia : cùm non habeat tantum seruitutis & periculi.

¶ Tertiò allegat practicā Ferrar. vbi ʃ.displicentiam mortis filiorum, & alia onera incogitata quæ Deus auertit ab oculis hominum,nè mundus destruatur.propterea Thales, secūdum Laertium,interrogatus,cur vxorem non duceret : Respondit, propter amorem filiorum.tempus tamen omnem eorum dolorem exportat, secundum Barb. in Ioannina. colum. lxxiij. bene cogitant volentes nubere de amplis dotibus, & quòd lucrabun

erabuntur,& eis multa prosperè succedent: non autem de malo euentu.l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de verb.oblig.Sed si secundum cogitationes hominum omnia succederent, ego multa cogitarem,dicit Signor.consil.vlt.col.v.& Apostolus j. ad Cor.cap vij.Es solutus ab vxore,noli quærere vxorem:habes vxorem, noli quærere solutionem:quia † turpius eiicitur, quàm non admittitur hospes.c.quemadmodū.§.alioquin. de iureiur.glo.fin.in cap.literas.de restit.spol.Vxoratus enim dicitur esse in igne. cap.vir cum propria.xxxiij.q.iiij.Præpos.in cap.rursus.col.v.qui cler.vel vouen. Authoritas Apostoli. 4

¶ Quarto allegatur,quia † matrimonium est species seruitutis.l.ij.ff. de lib.ho.exhib.Claud.in l.j. in fin.princ.ff.de verb. oblig.Dec.consil.cxxxiij.col.ij.& est dura seruitus, secundum Bald.in l.in bonæfidei.col.j.C.de reb.cred.Lādul.in vita Christi,parte ij.c.x.litera c Pet.Subert.in vinea Domini, chart.l.in rub.de concubinariis. col.ij.est in iiij.parte. Ioan.Lup.in rub. de don.inter vir.& vxo.col.viij.vers.quo ad primam,nec † habet maritus plenam sui corporis potestatē.c.diuersis. de cler. coniug. Ioan.Montagne,in tract.de big.j.q. col.xxix. intantum quòd maritus non potest se absentare sine consensu vxoris,nisi pro voto in subsidium terræ sanctæ.Maria.in cap.quoniam frequenter. col.ij. vt lit.non contest.& dicit Panor.in c. tenor.de re iud.ꝙ per contractum matrimonij vir quodammodo se alienat,& vendit, seu saltem emit litigium. Erasmus quarta parte Prouerb.cxxj. qui non litigat, cœlebs est. facit Ioan.Mirandula epistola incip.gratissimæ, dicens, quòd tuus totus esse non potes,qui semel nuptiarum legibus te subiiciēs vxoris esse voluisti.† Sed seruituti & turpitudini mors est anteponéda, secundum Cicer.quem refert Luc.de Penna.in l.j. C.de cap.ciui.cens.exim.lib.xj.col.penult.Paris de syndicatu. char.iij.in cap.an liceat occidere tyrannum.Est enim libertas thesaurus inæstimabilis.§.cum autem. circa fin.instit.quibus ex causis man.non lic.in qua sola consistit decus & splendor. l.edicimus. vbi Luc.de Penna.ad hoc not.C. de murileg.lib. xj.cum similibus. vt dixi inter feudalia Bruni.consil.xij.col, j.& col.xxx. 5 Matrimoniū est seruitus. 6 7

¶ Quinto allegabat Iason hāc rationē: nam si apud maiores nostros,quib.ex causa licebat dirimere matrimoniū, & aliam ducere,quæstio hæc erat dubitabilis,& communiter hæc pars negatiua tenebatur: quanto magis indubitanter hodie tene- Ratio Ias.

re eam debemus, attenta lege Euangelica, Quos Deus coniunxit homo non separet? quia oportet in tali pœnitentia perseuerare vsque ad mortem.

Fatuitas mulierum.

¶ Sexto allegatur fatuitas mulierum: nam quidam qui interpretantur Bibliã suo modo, dicunt quòd Deus non fecit
8 statim mulierẽ cum homine, † qui est nobilissima omnium creaturarum. Barbat. in repet. rubr. C. qui admit. col. j. in c. nullus. col. iij. in c. significasti. col. iiij. de foro compet. vbi col. vj. refert illud: Pronáque cum spectent animalia cætera terram. Os homini sublime dedit, cœlúmq; videre iussit, & erectos ad sydera tollere vultus. Azo in Summa. C. ex quibus caus. infami. irrog. & gl. in l. iustissime. ff. de ædil. edic. & de excellentia hominis, Symphor. in theologia Trimegistica, particula v. Codrus serm. xiij. chart. j. quia voluit reseruare, vt eã faceret cum aliis bestiis. pro quibus facit Plato, dum dubitabat vtro in genere ponat mulierem, rationalium animantiũ, an brutorum: vt refert Eusebius de Euãgelica præparatione lib. xij. cap. vij. & Erasmus in Moria, char. viij. facit quod infrà dicã, ꝙ nõ est ad imaginẽ Dei. in nona ratione huius partis. Ideò Philosophus primo Politic. dicit, quòd consilium mulieris est inualidum. & lib. sequen. † quòd à mulieribus non bene regitur ciuitas. Bald. in rubr. C. de rer. permut. facit Ioann. Montaigne. in tract. de biga. q. j. col. xxij. & Bal. lib. iij. cõs. clxxj. in prouincia. col. ij. vers. quo ad articulum. Bolog. in repet. auth. habita. C. ne fil pro patre. co. ij. dicẽs, quòd propterea nõ possunt esse de consilio, nec cõdere statuta: quia inter eas nõ solet regnare prudentia. Aeneas Syluius epist. lxxxviij. scio te optare. ad fin. est de mente C. in l. ij. C. de his qui ven. æta. impe. & viuũt passione, nõ ratione. Aegid. de regimine principũ. lib. ij. parte i j. in fin. vlti. cap. dicentes, Sic volo, sic iubeo, stat pro ratione voluntas. Iuuenal. quem refert gloss. in §. furtiuè. institut. de vsucap. licet appetitus debeat rationi deseruire. Angel. consil. cx. sanctissima. col. v. † sunt enim cõmuniter stultæ, vt in Chronica Ianuæ de anno dccclxiiij. vbi dicitur, quòd earum natura est in principio habere præsumptionem, in medio stultitiam, in fine verecũdiam. & ibi rationem assignat, & ex eis tot sunt stultissimæ, quot simpliciter stultæ videntur sapientes, non quòd sint. Et propter earum stultitiam stultè loquũtur. Biblia Aurea capitulo lxxxix. incip. loquuntur mulieres. & hoc patet in rusticanis obstinatè & superbè adeò maritis respõdentibus

Alij dicunt, quòd in muliere Deus bene fecit mamillas, ventrẽ, & alia quæ sunt dulcia & amicabilia: sed de 9 capite noluit se impedire, sed permisit illud facere dæmoni.

tibus

tibus, quòd verbera reportant, & tamen magis val calar que sol parlar.Specul.in tit.de adnoc.§. iam nunc videndum. col. ij.id est,plus nocet inepta locutio,quàm silentium. Felin. in c. cum ordinem.col.j. de rescript quia,Nihil tacuisse nocet, sed nocet esse locutum. gloss.magna in fin.in l. actus legitimi.ff. de reg.iur.†Et licet non debeat linguæ lubricitas de facili tra 11
hi ad crimen.l.famosi.in fin.princ.ff.ad leg.Iul maiest.nisi rea mens ream linguam faceret. cap.homines. xxij.quæst.iij.quia noster intellectus est multæ flexionis,& multæ lubricitatis est lingua.Bald.in l.ea quidem.col.pen.C. de accus.quā nemo domare potest.secundum Ange.in d.l.famosi.& Iacob.iij.Cauere tamen debemus, ne simus nimis subiti in respondendo. Bart. in l.ij.not.ij.C.de sentent.ex peric.rec.Quanto ergo eis melius esset maritis gratiosè respondere, quia secundum Specul. vers.suprà, per gent parlar bocha non ea.& in §. seq.incip.hic dicendum. col.ij. dicit, ꝙ verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. refert Bald.in rubr.extrà de iudic.Iudocus in tit.de nobilitate.cap.xij. char.ij. Amadeus de amicitia. char.vj.Et paulò infrà Spec.alleg.Salomonem dicere, quòd humilis sermo, & humilis homo triumphat in domo. & ibi adducit plura moralia in proposito. pro quo Albertanus de doctrina loquendi,& tacendi.lib.j.super syllaba,quid. Petrarcha epist.xlviij. incip.quid tibi. Sed ipsæ hoc nunquàm facerent. vnde licet maritus non possit linguam vxori retinere, ne loquatur. gloss.in l.si hæres denominatim.ff. de leg.j.vlti.char. Bald.lib.iij.consil.ccxx. in quæstione domini Agilani. colum. antepen.potest tamen caput linguæ receptaculum castigare, & euenire illud Alber.in Dictionario. in verbo,lingua.vbi dicit, Osse caret glossa, per quam franguntur & ossa. Et per eorum fatuitatem communiter quærunt consilium contra proprium commodum. Amadeus in dialogo de Amicitia, char. xiiij.Bald.in addit. Spec.in tit.de mag.refert Boiog.in repet. auth.habita.C.ne fil.pro pat.colum.xlij.facit Io.Lup.de don. inter vir.& vxor.char.xlj.colum.l.est in vj. effectu traductionis.colum.j.& char.lxxiij.colum.ij.vers.presertim. Soci.consil.xciij.circa primum.colum.x. per l.fin.C. de pact.conuent.

Mulieres quærũt cõsilium contra propriũ cõmodum.

†Et videmus quòd cõmuniter appetunt matrimonium. Decius consil.clxiij. in causa matrimoniali.colum.penult. Socin. 12
in l. qui fuerit. ante fin.ff. de condit.& demon.quòd eas vltra periculum mortis quod incurrunt tempore partus, ad tot an-

xietates perducit. Erasmus in Moria,char.v.etiã propter educationem filiorum. Socin.lib.iiij. consi.liij. viso instrumento donationis. dicens, quòd præcipuus animus fœminarum est concipere,& conceptum tueri,& cogitare de liberis: & tamen fatuus est qui videt vtilius,& sumit deteriora. Ioan.Fab.in §. cum autem.instit.quod cum eo. vbi allegat etiam de hoc Prouerbium gallicum.& hoc probat ratione Aegidius de regimine principum. lib.ij.parte j.cap.xxiij. quod est penult.fuit dictum Medeæ, quod refert Codrus serm.ix. char.pen.nec est sperandum de cura, quia inest eis talis stultitia à natura: nam quod natura negat, nemo feliciter audet. Bartol.in l. amicissimos.§.fin.ff. de excus.tut. Nisi saltem in virgine dicas appetitum matrimonij adesse: quia,vt inquit Philosophus,dulcius putant quod nunquàm expertæ sunt. refert Afflictus constitutione, si quis rapere.j. not. Mapheus Veggius de educ.liber. char.vj.dicam infrà in ampliatione de vidua. Et postea quia omne animal post coitum mœstum, secundum Philosophum in Ethicis, quem refert Regimen castitatis charta.iij.cap.iij. char.ix.colum.iij.dolent, quia non inuenerunt tantam voluptatem vt putabant: nam inde laboris pluris haurire mali est, quàm ex re decerpere fructus, secundum Horatium.Imò antequàm nubant, caperent quemcunque etiam vilissimum sepultorem:postea verò etiam si maritus esset vnus rex,sunt malè contentæ, & de eo conqueruntur, quia omni mense vellent vnum mutare. & si non vis credere,loquere cum vxoribus, & inuenies quòd quasi omnes obloquũtur de maritis. Item sunt adeò fatuę quòd credunt ipsæ zelotypæ dare poculum amatorium viro,& eum enecant, vel deducunt ad insaniam.Catell, in secunda part.Memoral.in verb,vxor, plura enumerat exempla.Anteros Fregosij char.xxvj.& seq.Afflictus in constitutione,mala noxia.& constitutione,poculum amatorium.& cõstitutione, amatoria pocula. vide ergo quot malorum cau-
13 sa sit hæc earum fatuitas.meritò dicitur quòd† insipiẽtia nullum malum est maius.Card.Alexãder in capitulo,per Esaiam. in fin.princ.j.quæst.j.& Cicero in iij.quæstionum Tusculanarum.hinc dicimus quòd maius damnum dat fatuus,quàm scceleratus homo: quia omnis ignorans, malus.iij. Ethic. probat
14 Ioann.viij.ibi,& sermonem eius seruo.†Et est ignorantia mater omnium errorum. capitulo, ignorantia.xxxviij.distin.& ignari non sunt homines, sed imagines hominum. Panor.in cap.

cap. prudentiam. de offic.deleg.sentit Mitio in Adelphis Terentij,dicens: Homine imperito, nunquam quicquam iniustius est:quia nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.refert Lactantius in v. Diuinarum. Instit. Carneadis disputationem, an iustitia cum stultitia fœdus habere posit. & concludit ꝙ non:quia nunquam potest esse iustus, qui stultus est. & ita intelligitur illud Ecclesiast.xlij. quòd melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens.de quo Matthæus Bosius,epistol.iij. incip.cætera.facit Baldus in procemio, rex pacificus. col.iiij. dicens,quòd ignorãtia & cupiditas sunt mala naturæ.& idem dicit libro secundo.consil.ccx. iste ad fin.vbi excandescit contra quendam aduocatum.†Et mulierum fatuitas est adeò cō- 15
tagiosa,quòd viros secum conuersantes etiam infatuat.Biblia Aurea capitulo xxxiij. de consiliis malis,vt in Adam,Gen.iij. & capitulo, Adam.xxiij.quæstione v. & in Salomone,Reg.iij. capitulo xj.Salomon.xxxij.quæst.iiij.refert post Ambros.frater Lud.in tract.de verit.contritionis.de luxuria. capitulo iij. & iiij.& char.cxxxviij. de circunstantia instrumentalis agentis.circa fi.Qui enim tetigerit picem,coinquinabitur ab ea:& qui cōmunicauit superbo,induit superbiã. Ecclesiast.xiij.frater Gregorius Britãnicus sermo.funebri xv. cupio. circa fin. & xxxij.etiam incip.cupio.†Ideò cum bonis ambula.gloss.in 16
l.ædiles.§.Pedius.ff.de ædil.edict.capitulo,sępe.xxviij.quęst. j.& vuáque conspecta liuorem ducit ab vua.Biblia Aurea,cap. cxxiij.de malorum societate. gloss.in verb.iuncta.in l.si finita.ff.de damn.infect.vbi modicũ ferměti totam massam corrumpit.& subiicit:Cum sancto sanctus eris.Psalmo xvij.Diligam te Domine. Ioannes Montolonius in Promptuario Iuris.in verb.corrumpere. Erasmus prima parte Prouerb.ccxcj. si iuxta claudum habites &c.facit gloss.in capitulo,eam te.de rescrip.quia morbida facta pecus totum corrumpit ouile.Cepol.de seruit.rustic. capitulo ix. de seruit.pascend.colum.vj. & Ouid.dicēs:Si quis in hac ipsum terra posuisset Homerum, Esset (crede mihi) factus & ille Geta.Ideò prohibentur canonici cum mulieribus cōuersari. Capel.Tholos.quæst.ccccxlviij. nunquid canonici. Ponzinibius in tract.de lamiis.col. fin.quia etiam quandoque euenit quòd Deus percutit innocentes,propter defectus sociorum. Hadrianus Papa noster in Quodlibet.quæst.xij. char.j.& ij.& ibi.c.iij.col.iiij. quòd nil tam nocet homini, quàm mala societas. Si ergo ambo erunt

fatui, ſuccedit l. fatuo fatua.ff. de poſtul.& ſic quòd cæcus ſi cæcum ducet, ambo in foueam cadent.Lucæ ſexto. de ætat.&
17 qual.cap.penult.† Tenetur tamẽ ſocius faciens alium ſocium expendere res ſuas in malos vſus, vtili actione ad illa reſarciendum. ſecundum Ioannem Fab.in §. omnes. columna ſecunda.inſtit.de act.

18 ¶ Septimo allegatur earũ inconſtantia: † nam varium & mutabile ſemper fœmina.cap.forus.ante finem c.de verb.ſignific. cum ſim.vt Bolog.in repet.auth.habita.C. ne fil.pro patr.col. ſecunda. Curtius Sen.in repet.l. admonendi.ff.de iureiur.col. tertia. Fauerius in §. teſtes autem.j. not.inſtit.de teſt. Bart.de reprobat.teſtium.colum.ſecunda.verſic.item mulieres. adducens illos verſus: Fœmina fallere,falſáque dicere quando carebit: Becharia piſcibus, maréque fluctibus tuncque carebit. & dicit Codrus ſerm.xiij. char.iij.quòd fortuna rectè pingitur in forma fœminæ, quia eſt varia.facit Polydor.prouerb. xlvj. pluſquàm polij folium. facit Philelphus deca.vj. ſatyra incip.quid non in terris.& deca.ix.ſatyra x.incip.in Ligurum. Et pondera verbum,ſemper,poſitum in text.in d.cap.forus.Et pondera verbum ſemper,poſitum in tex.quod importat omni tempore.l.j.ff.ſol.mat. Felin. in proœm.rex pacific.columna ij.vnde euenit vt etiam caſtiſsimæ mulieri propter earum inconſtantiam,non ſit confidendum de pudicitia. ſecundum Senecam de remediis fortuitorum. ad fin.Petrarcham de remedio vtriuſque fortunæ,libro primo.dialog.lxxiiij.de filiæ caſtitate. Et contra inconſtantiam, plura habentur in tract.de regio conſiſtorio,char.xliij.dicam infrà in regula,quòd ſit ſeruanda communis opinio.in ampliationibus, dum dicam de Bald.facit Petrarcha epiſt.ciiij.agreſtem. & ita eis eſt datum deſuper: vt apud Philocolum dicit ſocius Phileni.cap.xxxvj. & Terentius,Vbi vis,nolunt: vbi non vis, cupiunt vltro. & ſic volunt & diſnolunt. Præpoſ.in cap.ſolicitudinem. col.iij.vlti. not.de appel.

Inconſtantia.

19 ¶ Octauo allegatur incontinentia muliebris: nam † caſta eſt quam nemo rogauit. Panor.in cap.ij.de bigamia. colum. fin.Ioan. Montaigne in tract.de bigamia.in vj.quæſt.colum. viij.hinc dicit Heliogabalus in oratione ad meretrices. ante medium.quæ incipit,incredibilis eſt.impreſſa in fine Ioannis Bapt.Egnatij de Cæſaribus, quòd ſi quis diligenter perquirere voluerit,tot fermè lupanaria in illa vrbe ſunt, quot domus, & ſub

& subiicit, inter secretas & publicas meretrices tantùm differre, quantum inter milites & grassatores, iustúmque bellum & latrocinium: quorum alter palàm in aciem prodiens committit prælium, alter verò quia ei tanti non est animi, clanculum sine signis latrocinatur. Et hoc non credens experiri voluit Secundus Philosophus, qui propriam matrem sic adinuenit, & sibi perpetuum silentium elegit. Etenim vellent redire ad illam coniunctionem quam dicit Plato, fuisse masculum cum fœmina simul generatos, postea scissos. damnat Eusebius de Euangelica præparatione. libro xij. capitulo vij. amant ferrum. secundum Iuuen. quem refert Cyn. in l. j. C. de mul. quæ ser. prop. se immisc. Præpos. in c. fin. col. fi. de mat. cōtract. contra interdic. eccl. Et citius sentiunt odorem hominis, quàm anseres. gloss. in clem. si dominum. in §. licet. in vers. omnium sanctoru. de reliq. & vener. sanct. facit Gilbert. super ij. Oeconomices. cap. iij. & Codrus serm. vj. charta penult. qui ponit de luxuria ancillæ. & de rustica quæ excusabat se cum viro interrogante, Cur cunnus rorat? de boue perdito plorat. Cur cunus ridet? ridet de boue reperto. Ideò si oportet te peregrinari, nec vxorem relinquere tutum, nec sarcinam tecum ferre potes. Et quia iura non nouerunt, vt per Angel. in §. suspectus autē. instit. de suspect. tut. Doct. in l. iuris ignorantia. C. qui admitt. excusant se dicentes non vidisse. Bald. in capitulo quoniam. §. si verò. ad fin. vt lit. non contest. Præpos. in cap. in præsentia. iij. not. de sponsal. dicentem, dum vir est absens, debet vxor tenere clausum os inferius. In mulieribus enim quandoque igneus ille furor nescit habere modum. glos. in. §. nouimus. in auth. quib. mod. nat. effic. leg. propter quam mariti, vt docet experiētia quæ est rerum magistra. c. quàm sit. de elect. lib. vj. l. legatis. §. ornatricibus. de leg. iij. sponte exulent: quia non solos tangit Atrides iste dolor. Virgil. in ix. Andreas Alciat. in suis Parad. Iuris ciuilis, in lib. ij. Prætermissorum. est char. cxl. col. j. gl. in l. si vxor. §. j. ff. de adult. præsertim quando peius adulterio turpis adulter obest. glo. in c. cum quidam. de iureiur. Bolog. in auth. habita. C. ne fil. pro patre. col. xxx. per §. atrox. instit. de iniur. Quādoq; in hecticā, vel in aliā incurabilem ægritudinē & mortē incurrat ex mœrore quē inde suscipit. nam† exultatio viri est longæuitas. Eccles. xxx. in fin. & 20 animus tristis desiccat ossa: spiritus gaudens ætatem floridam facit. Host. in Summa de pœnit. & remis. §. quæ impediāt. col. iij. Bart.

Mulier absente viro claudat os inferius.

Grauis dolor mariti.

iij.Bart.in procem. trium lib.C.frater Greg. Britãnicus serm. funebri, lvij.modicu & in vulgarizandis.serm.ij.incip.in hac. col.ix.Petrarcha epistola lxxxix.vna ante medium qua postea vt clerici quibus vita laicorum est pasio, & mors consolatio. Abb.antiq.per illum text.in cap.j.de sepul.vt ille curatus conquerens de rusticis suis qui nolebant mori, nec offerre:mulieres ipsæ exultant,& gaudent.glos.in l. pater Seuerinam. §. socrus.ff.de condit.& dem.Lucas de Penna in l.quotiens.col.iij. C.de priuil.schol.lib.xij.maximè mulieres iuuenes de marito sene. Gulielmus Rouille in tract. de rescriptione iustitiæ. lib. ij.cap.xj.Bald.tamen in cap. accepimus.de pact. in tit.qualiter deb.iur.vas.dom.fidel.vbi Præpos.colũ.pen.dicunt, quòd sunt meretrices quæ hoc faciunt, vt licentius possint peccare: sed pœnitentia non multum tardatur, quoniam extrema gaudij luctus occupat:plurimæ postea cognouerunt quanta fuerit eis iactura mariti, quem viuentem voluissent omni hora vidisse mortuum. Etiam si velint postea a natorem in maritũ capere, contra titulum de eo qui dux.in vxor.quam pol.per adult.vel alium,& sic ex secundis nuptiis animam mariti cõtristare.Bal. in auth.cui relictũ.C. de indic.vid.tol.col.iij.per text.in §.verò.vers.nos igitur.in auth.de nup.quæ mors vt citius eueniat, quandoq; maritis venena ministrant:vt apud Valerium lib.ij. vers.xxxiij.& lib.vj.in cap.de Seueritate.vers.xiiij.horũ exemplo aduertant & cauti fiant mariti:nam,Felix quẽ faciunt alie na pericula cautum.&†,Casus dementis correctio fit sapiẽtis. gl.in §.fin.in verb.exemplum.in auth. de mand.princ.& optimum est aliena frui insania.Polydorus prouerb.iiij. Et quãdo adulterium deducitur ad notitiã mariti, potes cogitare si alij sciunt:quoniam damna suæ domus sciet vltimus.secundũ Iuuen.quem refert Præpos.in cap. significasti.j. not. de diuor.Et si Rosarium ij.parte,serm.xxviij. mulieres viderẽt. & Aeneam epist.ccccxxvij.incip. Lucretia. & cvj.querebaris.rarius fortè peccarent,& maturius cogitarent antequàm ponerent famam suam in manu alterius:qui si contra cõmunem hominum consuetudinem non valentium amicam celare, hoc tacebit aliquo tempore:tandem vel negatione coitus, vel zelotypia, aut indignatione irritatus aut fastidio amicam neglectam totaliter propalabit. Nihil tam occultum, quin reueletur. glos. in §.& licet. in verb.ignominia.in auth. de testib. & Erasmus ij.parte prouerb.cccxx.tempus omnia reuelat. Amor etenim,ignis, & tussis

Contristatur anima mariti.

21

Maritus vltimus scire.

tuſsis ſuum detegit poſſeſſorem.vt j.†. Et tamen bona fama 22
eſt theſaurus inæſtimabilis, & ſicut Liliū dans ſuauitatē odoris,ſecundum Bald.in l.j.col.v.C. de confeſ. Et fama mali per quot ora hominu tranſit,ſemper augetur.iuxta illud in iiij.Aeneidos,Fama malū quo nō aliud velocius vllu,Mobilitate viget,viréſq; acquirit eundo.refert idem Bald.in cap.tua.de cohabit.cler.& mulier.Et quando ſunt ſic mulieres infamatæ,val dè dolent:nam(vt inquit Iaſ. in procem.ij. lect. ff. ſol.matr.in rubrica)ſi qua per voluptatem nequiter feceritis,voluptas illa citò abibit:nequiter factum ſemper durabit.fuit dictum Gellij. referentis Catonem lib.xvj. cap.j. prout Eraſmus ij. parte prouerb. ccccxvij. exiguum malum, ingens bonum. Hoſt. in Summa de pœnit.& remiſ.§. quæ impediant.in fin. allegando Gregorium:Momentaneum eſt quod delectat, æternum quod cruciat.refert etiam Hoſt.hinc dicit Seneca.quem refert gl. in cap.meritò.xv.q.j.pro quo Gellius lib.xij.cap.xj.philoſophū. ſi crederem deos ignoſcituros,& homines ignoraturos, adhuc peccare dedignarer. potius mori, q̄ fœdari.†& mulier nobi- 23
lis impudicè viuens perdit nobilitatem.Bon.in tract.de nobilitate.parte iij.num.cxciiij. & ei poteſt dari curator tanquàm prodigo,& ſic nō poterit teſtari. Ferrar.cautel.vj.incip. quanquàm. vnde de tanto ſcelere non curabunt: ſed ſibi dabunt conſcientiam deſpuendo in Eccleſia. in annotationibus variis Bapt.Pius.char.cxvij. in poſterioribus. cap.xj. Quanti eſt ergo facienda fama caſtitatis? Albertanus de bona fama,quæ ſemel amiſſa,eſt irrecuperabilis.gl.iiij.ſuper verbo, non poteſt. in l.j.C.de rapt.virg.Roſarium Buſti.ij.parte.ſerm.xxviij. litera g.Iaſ.in l.j. §. ſi vir vxori.ff.de acquir.poſ.j. not. vbi†facta 24
pro infectis haberi non poſſunt.& hoc ſolo priuatur Deus. ſecundum Ariſtotelem,quem refert Baptiſta Pius in annotatis poſterioribus.cap.cxxxij.quia factum eſt,& non factum,continet repugnantiam.quam Deus facere non poteſt. Decius in l.vbi repugnantia.ff.de reg.iur.Iaſ. in l. ſi ita legatum. in princip.ff.ad Trebel. Ang. conſi.clxxxvij.colū. fin. Eraſm.in parte Prouerb.cclxxv.quod factum,&c.Et ſi pœna poteſt diuidi,culpa perennis erit.gl.in l.fin. ff. de gener.abol. Hoſt. in Summa de temp.ordina.§.& cui.vbi in tit.de cohabit.cleric. & mul.§. quam pœnam.in fin.dicit,quòd meretrix munda . nec cornix alba fit.vnde quia licet ſe emendet. non deſinit eſſe meretrix. Afflictus in conſtitutione,quæ paſsim.iterum † ergo cogitet 25
ante

antequàm tale ſcelus committat, quòd eſt natura turpe. l. probrum. ff. de verb. ſignific. Fortunius de iuſtit. & iur. col. xlviij. & grauiſsimum, ſecundum fratrẽ Ludouicum Viualdũ in tract. de vera cõtritione, char. xj. & longè grauius mulieri, quàm viro. Cyn. in l. j. C. de adulter. col. j. Cogitent tertiò, quòd maior pars impetentium eas, habet vxorem vel amicam ordinariam, & ab eis non gratia amoris, ſed curioſitatis, vt plura experiantur, vel vt ſciant ſecreta mariti, vel odij, exigunt coitum, vt ſic ſe vindicent de marito, vel affinibus: vel gratia ambitionis, vt gloriari poſsint plures ſuppoſuiſſe. Or vide ſi erũt ſecreti aſcribẽtes hoc ſibi magno honori. Enchiridion militare char. vij. poſt Ioannẽ Fab. inſt. de publ. iud. in §. item lex. Iulia. de adul. dicens, quod hoc ſcribunt in parietibus hoſpitiorũ, iuxta eorum inſignia. Imò quidam nobilis ſolebat per lenones ſuos vti hac iactantia erga mulieres quas impetebat, ſcilicet quòd ipſe nunquam aliquam impetierat qua nõ eſſet potitus, & quòd ita de ea ſperabat quòd non eſſet obſtinatior cæteris: ſed illa reſpondit, quòd ipſe nunquam debuerat impetiiſſe niſi aliquas ſimplices, vel meretrices, & quòd ad illas rediret, & eam dimitteret, quia in caſſum laborabat: nec de ea vnquam poterit gloriari & iactare, prout faciebat & infamabat alias. Profectò eſt benè magna victoria de qua tantùm glorietur, cùm lucretur niſi pœnitere, vt reſpondebat Hippocrates: quia omne animal poſt coitum mœſtum, vt ſtatim dixi: & pretiũ ſcortari vix panis vnus. & alter dicebat ſe magis delectari cacando, quàm coëundo. Item in actu coitus ſemper impeditur ratio ab actu ſuo: & in omni illo actu Prophetæ non habebant influxũ ſpiritus prophetici, ſecũdum Tabienam in verb. matrimonium. iij. §. j. imò etiam in actu matrimonij quod eſt tantum ſacramentum, Spiritus ſanctus adeſt vſquequo venitur ad copulam: quia tunc recedit. cap. cõnubia. xxxij. quæſt. ij. Et tandem amatores vxorem ducunt, & ſic tela ſucciſa eſt. Bald. in l. libertæ tuæ, C. de oper. liber. nam vt inquiunt Galli, Quand on aura bien folié, il ſe faul dra retrayre. Cautè ergo agunt mulieres, quando talibus impetentibus acerbè & crudè reſpondent, vt cognoſcant quòd non gaudent de talibus eſſe rogatæ: licet quædam fortè meretrices reſpondentes per verba ambigua & impertinentia ſe excuſent hoc facere, ne videantur inciuiles & ruſticanæ, & ne faciant viros indignari: & quòd ſuperueniet

26 tempus, quo honeſtius & cum bona gratia eum repellent. †Sed

hoc

hoc non satisfacit, quia non est amicus noster, qui bona nostra tollit. Bald. in cap. item cum quis. de restit. spol. & amicus non vult amico nisi bona. Bald. in l. reos. C. de testam. quem sequitur Bauarius, instit. eod. col. xxx. multò minus qui animam & honorem. & sic de eius beneuolentia non curandum: & talis quam vocant inciuilem, nullam pœnam meretur. l. creditores cum glos. C. de pig. solet enim dici, quòd castrum cuius custos venit ad colloquium, habetur pro proditore: ideo statim repellendus. nam, vt inquit Sapiens, Quod tibi suspectũ est, confestim discute. refert Ioan. de Vigo in cõpendiosa lib. j. de vulneribus. est char. viij. aliàs plura possent occurrere inter os & offam. Gellius lib. xiij. cap. oratio. Præpos. cap. commissum. de sponsal. col. j. sunt enim amatores præsumptuosi, & attentant intrare domos vel cameras, & dicunt, quòd paria sunt non negare, vel concedere. expresse Ang. per illum text. in l. generaliter. in fi. prin. C. de sec. nup. dicitur quòd per illa verba Papæ, Nõ negamus fieri iustitiã: fuit decapitatus Cõradinus, in quo finiuit inclytissimus sanguis Sueuiæ, tanquam de mandato Papæ. facit l. si sponsus. §. circa. ff. de don. inter vir. & vxor. † Docet etiam experientia, quòd tales adulteræ in longa ægritudine vel necessitate moriũtur: quia peccatum vetus, pœnitentia noua. Paris. de Puteo de re militari, char. iiij. col. ij. Etenim exitus acta probat: secundum Ouidium, quẽ refert Præpos. in c. fraternitatis. col. xiiij. de frig. & malefic. post glos. ibi. & addit Host. in summa. de offic. archiep. in §. quæ pertinent. col. ij. finis, non pugna coronat. & sic eis extrema gaudij luctus occupat. Paul. de Castr. in rub. de aleæ lus. & aleat. in fin. Lancel. in l. j. §. his videtur. ff. si quis iudic. non ob. Abstineant ergo & à muneribus, postquam omninò ea saltem de cons. tenentur erogare pauperibus. secundum Doct. in cap. quia plerique. de immun. eccles. † quòd ille qui male accipit vt bene dispenset, potius cõtrarietur, quàm iuuet. c. ex multis. j. q. iij. ante fin. quòd si non succedat, tamen euenit: Quod non capit CHRISTVS, capit fiscus. c. maiores. xvj. q. vij. Stephanus Maleretj in tract. de elect. chart. lxx. col. iij. frater Thomas Illyricus, in tract. de potestate Papæ, char. cxvj. qui est saccus malè acquisitorum. Præpos. in cap. j. col. iij. de prohib. feud. al. per Feder. vbi Bald. col. penult. dicit. quòd fiscus est successor malè acquisitorum, & sic palpamus paucos diuites, vel diuitias durare, vt de caupponibus dicit Angel. in l. j. ff. fur. aduers. naut. Ludoc. in tract.

(margin: 27 beside "Docet"; 28 beside "potius")

de nobilitate.c.xvij. imò tales opes in domũ conuectæ pristinas earum fortunas vnà secũ sunt perdituræ.Isocrates in oratione,de bello fugiendo.col.ccclxx.Item cõplacendo viris,vilescit authoritas pulchritudinis:vt videmus in publicis meretricibus,quãquam pulcherrimis:nam inquit Florẽtinus , tres esse res magni valoris,quæ paruo pretio possidentur:Fortitudo fachini,Consiliũ pauperis,Pulchritudo meretricis. Conseruent igitur authoritatem pulchritudinis sibi à natura cõcessę, & eius authoritatẽ honestate augeant, ne vilescat quod facilè quisquam possidet. Matronæ etiam Romanæ curabant etiam laudari post mortem. Ioan. Pirrhus de magistratibus. lib.ij.
29 col.iij.† Item quando mulier adulterium commisit, nil deterius committere potest: nam latrocinia, homicidia, rapinæ, proditiones,& similia virorum facinora sunt ad quę mulieres sunt inhabiles.hinc dicimus,Virum legalitas, mulierem seruat honestas. latrocinia & proditiones insolitum est mulieres committere.Ang.in Maleficijs,glossa, Chai tradito.col.iiij.licet aliquæ exerceant argentariam, quod est officium virile,vt in Francia,& in ciuitate Astensi. Barb.in cap.j.col. xix.de probat. Et propterea dicit Angelica in versi. interrogationes in confessione.col.ij.quòd derisorium est à fœmina quærere de militia.Et ex adulterio enim vxoris concipit in eam maritus
30 graue odium, vt semper cum ea litiget seu clamet.†Indignatur enim maritus plus de adulterio , quàm si filia sibi stupretur,vel mulier occidatur. Lucas de Penna in l.j.C. publ.lætit. col.xxvj.ver.xxiiij.vbi dicit quòd quàm de graui dãno bonorum,imò quàm de vulnere.Io.Fab.in §.sciendum.instit.de donat. refert Surgetus in Enchirid. militis, char. vj. imò plusquàm si sibi propius filius occideretur.l.codicillis.§.mater.ff. de leg.ij.Bald.lib.iij consi.clxj.Cæcilia.col.ij.Rom.in l.interdum.§.j.ff.de public.Felin.in cap.quæ in Ecclesiarum.col.iiij. de constit. Ias.in l.transigere.ij.not. C. de transact. Bertach.in reper.in verb.adulter.Præpos.in c.ij.in v.not.de sponsal. Parpal.in l.j.col.iij.C.de precib.imper.offer. Moder.in apostillis ad Lombardam,in rubric. de adulterio. Io. Lupus in rubr.de don.inter vir.& vxor.char.xlvij.col.iiij.vbi in char. sequent. & char.lxxx.col.j.Bauerius in §.est autem.col.iij.instit.de hære.instit.Ferdin.in rep.§.diui.char.xvj. not.cccxcij. Barb. in c. ex parte.col.pen.de consuet. Alexand. lib.ij.consil.xxiiij.incipit,animaduersis.col.antep.versi.cum stuprum facit Biblia Au

Plusquam si occidatur filius.

rea

rea c.lxxxiij.col.fin.Inest enim homini naturaliter cura certitudinis prolis,quia ei imminet procreatio, & educatio, secundum Fortuniũ.ff.de iust.& iur.col.xlvij.Aeg.de regim.princ. lib.ij.parte j.c.x.Et dicit Policraticus,ꝙ nõ est dolor sicut ille quo corpus suum quis videt aliena libidine pollui, cum sit os ex ossibus meis,& caro de carne mea.c.admonere. xxxiij.q.ij. & videmus hoc procedere etiam in amasia quæ etiam fit eadẽ caro.secundum Ant.Bauerium in §.pater.inst.de test.col.xiiij. Ant.de Prato in tract.de secund.nup.char.xix.col.j. Plus enim delinquit mulier propter infamiam agnationis, quàm si furaretur. Areti.consil.xxxj. considerata.in fin.ij.col.†Et si mari- 31
tus de adulterio vxoris nõ indignaretur, præsumeretur leno. Ferrarius cautel.xiiij.incip.iura sunt.ver.& accipe aliam cautelam in fin.Est enim talis indignatio, seu zelotypia de iure naturali,qua animalia etiam mouentur.dicam j. in solutione ad septimum fundamentum.facit Anteros Fregosij char.xxv. & seq.fortius† si desisteret maritus ab accusatione adulterij ob 32
lucrum dotis,culpãdus esset.l.miles.§.socer.ff.de adulter.quẽ Bolog.in suis nouis interpretationibus dicit singularem. facit Bart.in l.iiij.§.Cato.ante fin.ff. de verb.obliga.† Propterea 33
tutor non potest facere pacem de iniuria illata patri pupilli, vel ipsi pupillo,quando illis esset dedecus.Bald.Salic.& Ias.in l.pactum curatoris.C.de pact.vbi in apostil.Pau.de Cast.Idem Ias.in l.si tibi.§.j.ad fi.ff.de pact.& dicit Ias in l.reprehẽdẽda. C.de inst.& subst.iij.not.ꝙ honestas præferri debet omni lucro.†Hinc dicit Barb.cõsi.xlvij.scribitur præclarè apud Eccle- 34
siastem.col.xix.lib.j.quòd quis debet velle potius mori,quàm relinquere honorem suum. Petrus Gerardi not.lxxxij. incip. quæ sunt contra pich.in l.fructus.j.not.ff.de rei vend.dicam j. in solutione huius vij. contrarij, dum dicam de Bononiense. Et sic vides primum inconueniens quod oritur ex adulterio vxoris,scilicet occultam indignationem.

¶Secundum inconueniens est,derisio mariti:nam licet sit vir notabilis,iuuenes qui illũ cucurbitauerint, vel sciuerint alios cucurbitantes eum deridebunt, vt docet experientia: & vult Pau.de cast.cõsi.cxcij. in causa incarceratorum.est lib.ij consil.cclxxvij.in vlti.impressis.Felin.in cap.ij.col.iiij. de calum. versi.fallit quinto.

¶†Tertium inconueniens est,derisio filiorũ: ad quam si mu- 35
lieres aduerterent,cum sint earum caro, non ita faciliter pec-

carent. Erit quandoque filius virtuosus,& tamen sibi improperabitur eum esse spurium: vt de Alexandro Magno legimus, & de Phaetonte,& aliis pluribus. vnde oriũtur tot rixæ & bella,& indignationes:quoniã est magna ignominia filio ꝙ sibi obiiciatur eum esse spurium,propter ea quæ statim dicam: vt patet exemplo illius Bononiẽs.de quo.j.in fol.viij. fundaméti de incontinentia:vt meminit Bal.lib.iij.consil.lix. verba facit ecclesiastici, In dedecus filij pater sine honore. vbi pulchrius in fin.illius text. Cyn. post Cassiodorum in l.j. C. de adult. colum.j. Conueniunt quæ adducunt Scotistæ pro conceptione beatæ Virginis,quòd si esset in peccato originali cõcepta, resultaret ignominia Christo eius vnigenito. facit Petrus Iacobi in sua Practica,in lib.in actione iniuriarum prætoria.in primis verbis.Bald.in cap.at si clerici.col. antepenul.de constit.vbi subiicit hoc esse atrocissimum. nam, Cui pater est populus,pater est sibi nullus.gloss.in §.si aduersus. institu. de nupt.per l.vulgo.ff. de statu hominum. vbi Bud. & Bolog. in secunda parte interpretationum.

¶ Quartum inconueniens est:quia maritus indignatus fortè non inueniens virtutem in verbis,nec in herbis,tandem quærit eam in lapidibus:vt dicit Host.in vlt.chart. Summæ.est in tit.de verb.sig. §. quæ est distinctio.& Rosariũ Busti.ij.parte. serm.xxv. litera e.Surgetus in Enchiridio militari,chart.xxx. Ioan.de Ana.in cap.j.col.j.de sortileg. Polydor. prouerb. cclxxix.credentes Phrygem plagis fieri meliorem:vt de monacho S.Bened. quẽ crebra monitione sanare nequiuerat.secundum Barb.in cap.si quando.ij.not.de rescrip.in cap.olim.col. viij.eodem tit.vbi adducit Aristotelem dicere,quòd volentes dirigere virgam, plicant eam per cõtrarium. palàm verberat,
36 & sæuit in vxorem acrius quàm iura permittant: † nam licet ex causa maritus possit vxorem castigare leuiter, & incarcerare:non tamen sine cibo quòd moriatur,vt faciunt clerici. secundum Ang.in l.ij.§.si publicanus.ff.vi bon.rapt.non tamen propterea sæuire.Luc. de Penna in l.quicũque.col.iij.C. de re mil.lib.xij.Ias.in l.miles.§.qui iudicati.ad fin.ff.de re iud.Pa
37 nor.in c.quemadmodũ.§.j.col.fi.de iureiur. † imò si hoc fiat potest mulier à viro diuertere.Bart. in l.cum satis.col.ij.C. de agric.& censi.lib.xj.Anchar.consil.ccccix.incip.probata tanti viri sæuitia.Io.Lupus in rub.de don. inter vir.& vxo. char.x. in iiij.effectu.vbi dicit,quòd nõ potest accusari de adulterio.

Ang.

Ang.in Maleficiis,in versic.admenauit. in fin.& quid tunc debet facere mulier.Ioan.de Lesnaudiere in tract.de Doctorib. j.parte,quæst.xxvj.quia posset tunc diuertere.Felyn.in cap.illud.col.fin.de præsump.Paris de syndicatu, char.iiij.col.iij.licet aliàs teneatur stare cũ viro, etiã si sit vnus peruersus.Socin. cõsi.cclxxxvj.visa præstatione.in fin.Et maritus cum ea.Barb. in cap.consultationibus. col.v.de offi.deleg.subiiciens quòd si maritus cum vxore nõ habitet,præsumitur latitare,licet aliàs deberet.†Et nihilominus maritus tenebitur sibi ministrare 38
alimenta extra domum. Curia Tholos.quæst.lxxxviij. in fin. Iaf.in l.j.C. de legat.ad quem Pich.in repet.§.Titia.col.xlviij. Cuman.consil.clxxv.domina. quo casu licet non posset agere contra virum actione iniuriarum: aget tamen actione in factum.Catell.ij. parte Memoral.in verbo, actio iniuriarum. & in verbo, vxor.nec† tenebitur redire ad virum,nisi vir caueat de eam non offendendo.Cacialup.in repet.l. si qua illustris.C. 39
ad Orfic.colum.xij. de quo Panor.in d.c.quemadmodum. videtur cõtrariari,etiam si culpa sua mulier recessisset. cap.j.vbi Maria.in ix.not. de lit.contest.etiam si steterit cum amasio, & non audet redire ad maritum.Petrus ad Bellapertica q.ccccxlvij.nemo enim cum inuito tutus in gratiam rediit. secundum Senec.quem refert Ioan.Fab.in §.item si propter. instit.de excus.tut.pro quo Barb.in cap.causam matrimonij.nume.18.de offic.delegat. Sed contradicit Curia Delphinalis quæst.ccccxxxix.An vir.vide Felyn.in rub.de treug.& pac.versic.qui timet.† Et si maritus vxorẽ expellit sine causa, tenetur sibi con- 40
signare dotem.Bald.in l.fi.in fi.C.de sent.quę sine cer.quant.in cap.ex parte.col.ij.de consuet.Alexand.in l.ij.col.v.ff.sol.mat. & lib.vj.cõsi.xxvj.viso & diligẽter.col.j. Barb.in d.c.ex parte. colum.iiij.de consuet.videtur text.in authen.de nup.§.si quis enim dixerit.vbi dicitur quòd tenetur ei dare quartam partẽ bonorum suorum. † Item priuatur lucro dotis sibi delato à 41
statuto,præmoriente vxore sine liberis.Iaf.in l.j.si ab hostibus. §.j.ij not.ff.solut.mat.colum.fin.vbi ipse solus contra alios limitat,nisi ex causa adulterij. de quo Campez.in tractatu Dotis.v.parte.quæst.x.& vide etiã Felin.in d.rub.de treug.& pac. vbi etiam latè ponit generaliter de quocunque timente se offendi:prout latè Hippolyt.in l.j.§.præterea.colum.xij.& seq. ff.de quæstion.Et Guil.de Cun.in tract.securitatis. solent etiã Parlamenta dare timentem in custodia minantis.taliter quòd

Mulier fugiens à viro.

Mulier nõ agit contra virum iniuriarum.

Dubitans offendi,petit caueri.

si ex quacunque alia causa, vel ab alio offenderetur, iste minãs teneretur. Et si minans sit filiusfamiliâs, dant illum cui illatæ
42 sunt minæ in custodiã filio, & filium in custodiam patri. †Bal. lib.iij.consi.clxj.enumerat causas propter quas mulier potest talem cautionem petere. de quibus vide etiam Ange.in §.j.instit.de interdict. Alexã.v.volum.consi.lxxviij. viso & diligenter. Paris de Puteo vbi.s.plenè. Ioan. Lupus in cap.per vestras. de donat.inter vir.& vxor.iij.volu.est in operc.chart.lxxj.col. iiij.& ibi char.lxxx. ponit de recedente à marito concubinario, quòd non tenetur redire, nisi caueat de expellendo concubinam. Et si subsit tantus timor quòd verisimiliter non sit bene cautum mulieri per cautionem & fideiussionem, nõ tenebitur redire. Petrus Gerardi not.lxv.incip.nota illud. Felin.in c. scribebam.colum.j.de præsumpt. Indignatur etiam quandoq; tantum maritus, quòd inducitur ad venenandum vxorem, & vxor aduertens mauult præuenire, non præueniri: vt de vxore Luchini vicecomitis ducis Mediolani. vt in Chronica de anno M.cccxlv.dicũt enim, Fallacia alia aliam trudit. Terẽtius, quem refert Erasmus ij.parte Prouerb.clxij. Polydorus Prouerb.clxxxiiij.imò quandoque vterque mutuò se venenat: vt legimus factum. facit casus Alex.lib.iij.consi.cxvj.in causa in-

Mulier nõ tenetur redire.

43 quisitionis. Et† tamen vxoricidium est detestabilius homicidio.can.admonere.xxxiij.quęst.ij.l.j.ff.de paric.& Michaël in suo Parochiali.in rubr.de pœnitentia recip.est chart.cvij. vbi per glos.in d.can.admonere.dicit, quòd est detestabilius paricidio, maximè quando fit cum veneno, propter proditionem annexã.l j.C.de malef.& mathemat. Decius in c.quæ in ecclesiarum.colum.ix.de constit.intantum quòd eius præparamentum solum est sufficiens ad diuortium. Cyn.in l. consensu.C.
44 de repud.†Et propterea præbens poculum venenosum, licet non moriatur, venenatus puniri debet. Felin.in tract.quomodo puniatur conatus. col.iij. Barb.lib.ij.cõsi.xxiij.col.viij. Afflictus in c.j.de malis & nexis medicamẽtis. in constit.regni. Bertach.in repertorio.in verb.venenatio.
45 ¶†Est bene verum, quòd maritus quandoque expellit vxorẽ non mala mente, sed alia de causa: puta quia dos sibi promissa soluta nõ fuit.cap.per vestras.vbi Præpos.in viij.not.de donat. inter vir.& vxor.& Io.Lupus in iij.est chart.lxxj.colum.j.Curia Tholos.quęst.lxxxvij.licet Bald.Nouellus in tract.de dote.xxxix. priuilegio vj.partis.col.antepen. dicat hoc esse fiendum

Maritus expellit vxorẽ quia dos non soluitur.

dum de iudicio Ecclesiæ.per not.in cap. porrò.de diuor.Bald. & Ias.in l.si donaturus.§.si quis indebitam. in princi.ij. col.ff. de condict.causa da.vbi dicit quòd rarò faciunt,nisi homines miseri.Ioan.de Anan.in cap.salubriter.ad fi. de vsur.Ioan. Pirrhus in l. secundum naturam.ff. de reg.iur.Alex.lib.vij. consi. cxxiij.viso processu.nume.5.Vnde vel vxor eum vocat,vel ipse vxorem ad cohabitandum & prẹstandum obsequia matrimonialia:& incidenter annectunt causam dotis. & isto modo faciunt causam de foro ecclesiastico.secundum Præpos.in d.cap. per vestras.iij. col.versic.not.sicut & omnes infrà allegandos.
46 †Et licet loquantur solum in dote promissa,fortè idẽ in non promissa:quia si iuras aliquam capere in vxorem alio non expresso,intelligitur mediante dote congrua.Ias.in auth.præterea.C.vnde vir & vxor.ij. not.vbi Lancel.col.ij. Io.Lup.in cap. per vestras.statim allegando chart.lxxij.colum.iij.Aliàs enim quãdo causa dotis principaliter intentaretur est discordia inter Cano.
47 †An ecclesiasticus sit iudex:vt latè Ioan.Lupus in c. per vestras.de donat.inter vir.& vxor.ij. not.est in toto opere. chart.lxvj. Et Decius in cap.ecclesia sanctæ Mariæ.col xix.de constit.versi.in vj.casu.referẽs Moder.tenet quòd possit. idem Barb.in cap.ex tenore. colum.j. de foro compet.Bap.de sancto Blasio in dotalibus priuileg.lxj.Formulariũ prouinciale char. xxiiij. dicens , quòd cancellaria Apostolica solet dare literas pro causa dotis.Anchar.tamen,quem pro se allegat Decius in d.cap.ecclesia.post Felin.in cap.licet ex suscepto.de foro compet.videtur tenere contrarium:& expresse dicit esse tutius coram laico. Idem Bald.Nouellus per Decium pro se corruptè allegatus,qui dicit hanc opin.procedere in vidua: sed secus in aliis:& contrarium. Et sic quòd spectet laico,tenent Areti. Socin.Claud.Bulgar.& communiter Moder.in l.prima.ff. soluto matrimonio. Ioannes Lupus vbi suprà. Alexand.& Ias.in authent.quod locum.C. de collat. Campezius sub dubio fortè in tract.Dotium. in prima parte. quæstio.xcix.incipien. an hic.August.Cano.in libro scrutinij.chart.cvij.in fine. versiculo,& vltra prædicta. Et hanc videntur tenere Marian.in dicto capitulo,licet ex suscepto.columna septima.versicu.Duodecimus.Præpos.in dicto capitulo, per vestras.vj. notab.& in cap. de prudentia.j.not.de donat.inter vir.& vxor. Et ideo videtur tenenda, quia habemus communem opin.legistarum : & Caconistẹ discordant.ideo etiam in foro canonico videtur stan-

Ecclesiasticus an cognoscat de causa dotis.

dum Legiſtis :vt habetur in cap.j. & ij.de o per.no.nun.niſi dicas,quòd fauore dotis ſtatur opin.ſingularis Doct.contra cōmunē.Iaſ.in l.j.col.iij.ff.ſol.matr.in l.inter pares.ff.de re iudi. columna prima.vbi dicit idem pro paupere, pro Eccleſia , pro teſtamento, & aliis ibi enumeratis. & in l.Gallus.§.quid ſi is. col.iij.ij.lect.ff.de lib.& poſthu.Et propterea ſolent laici pro tuenda eorum iuriſdictione inhibere partibus,ne cauſam agitent coram eccleſiaſtico.cap.ex tenore.vbi Panor.ij.not.de foro compet.quòd facere non poterunt vtendo iſta cautela expulſionis mulieris:quia tali modo dos venit incidēter coram Eccleſiaſtico:coram quo cum minori diſpendio & fauorabilius fortaſsis agitabitur. Et etiam abſque eo quòd eam expelleres,dummodo diceres eam velle expellere : ſcilicet de iudicio Eccleſiæ,ſecundum Bald. Nouellum.ſ.relatum.poſſes cauſam dotis incidēter deducere coram Eccleſiaſtico.Et hoc procedit etiam ſi agatur propter adulterium vel vergentiam mariti ad inopiam.Decius conſi.ccxij.magnifici.

Pro tuēda iuriſdictione.

48 ¶ †Quintum inconueniēs eſt inceſtus,quem quis cognoſcendo ſororem ignoranter committit. vt Petr.Subertin.in tract. de vinea Domini.char.l.in rub.de cōcubinariis . eſt in iij.parte.erit enim aliquando filia patris ſui illa quam quis carnaliter cognoſcet, vel ducet vxorem,vt ibi.& patet in illo inſolubili: Nate nepos dixit,Frater puero,ſua mater. quod declarat Præpoſ.in cap.vir.de conſang.& affin.col.xxxiiij.

49 ¶ †Sextum inconueniens eſt , quia ex adulterio naſcuntur quādoque maſculi adulterini & putatiui,qui excludent filiam legitimam à ſucceſsione paterna. vt magiſter Rauauld in Speculo iudicum.char.penul. Anteros Fregoſij char.xlij.Salic.in rubric.C. de adult.Ang.in Malefic.gloſſ.che hai adulterato.in primis verbis : vbi ſubdit quòd exinde oriuntur omnia mala. latè Anteros Fregoſij char. xlij. Et licet Henricus Boich,Panor.& alij in capitulo, officij. de pœnit.& remiſ.Angelica in verb.adulterium. Ancha. in regula,poſſeſſor. col.xv. in iij.q. verſi.iuxta prædicta.& in regula peccatum, col.viij.in iiij.oppoſ.verſi.ſed quid dices.frater Bernardinus in j.parte Roſarij. ſerm.xxiij. vlti.char.litera g, doceant quid agere debeat tunc mulier,quæ hoc ſcit,pro exoneratione ſuæ conſcientiæ. eſt tamen dubium,ſecundū Lutherū in declaratione de ſexto præ-
50 cepto Dei.verſi.quinto adulterium.†Præſertim quando filius qui nec tenetur, non vult credere matri : quia non creditur ei

dicenti

dicenti se prægnantẽ à tali. Galiaura in repet.l.centurio.char. xvij.nu.cclxviij.facit Iac.de Are.quem refert Bart. in l.filium diffinimus.ad fi.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.dicens, quòd ille primogenitus qui secundo genito renuntiauit regnum credendo dicto matris quæ asserebat illum filium militis & non regis,fuit fatuus : quia matri non creditur , vt per eum.quicquid dicat Petrarcha de remed.vtriusque Fortunæ.lib.ij. dialog.clxxiij.de filio qui alienus inuentus est.nam teste Philosopho viij. Ethicorum : Matres plus diligunt pueros, quàm patres:quia certiores sunt de eis , & habent plures labores circa eos.†Præsumitur enim filius mariti,& non adulteri : etiam si mater staret in prostibulo.leg.miles.§.defuncto.ff.de adulter. quod dicit sing.Bolog.ibi in suis nouis interpretationibus. & Angel. in l. septimo mense.ff. de stat.hom.Barb.libro quarto. consil.lxviij.omnipotentem.& libro primo.cõsi.xxvij.scripsit. colum.secunda.& in iiij.lib.consil.ix.columna v.versi.accedat. Baldus libr.v.consilio xxxix.in fi.punctus.Alexand.lib.iij.con silio lxxxvij. in casu.columna penult. lib. v. consil.clvij. circa primum.Paul.de Castr.libro secundo.consi.cclij.in fin.quæstio ista. Capra. consil.ij. colum. iiij. Hippol.in l.prima.§.primo. colum.vj. ff. de quæstio. Decius post Canon. in capitulo, per tuas.colum.j.& ij.de probat. Crem.singul.cxxvj.mortuo.quia præsumitur potius filius illius qui ad libitum suum mulierem tenebat , & quietiori animo. vt Decius d. cap.per tuas.colũ.j. vbi col.ij.versic.quartus casus.dicit,quòd in dubio deberet iudicari,quod esset partui fauorabilius. Sed licet hoc sit ex præsumptione iuris : tamen veritas sæpe est in contrarium. & ratio Decij in d.capitulo , per tuas. quòd præsumatur potius filius illius qui habet vxorem ad libitum suum.Et sic mariti,licet sit persuasiua , fortè non est concludens : quia mulieres vtplurimùm ardentius diligunt adulterum , quàm maritum.vt patet ex quo cum peccato & infamia & in periculo perditionis dotis illi complacent,& aliis periculis.vt in Anterote Fregosij.char.xxv.Vnde rationabiliter dicendum est,quòd in coitu facilius concurrit cum adultero ad procreationem sobolis,quàm cum marito,quem minus diligit,& quem semper habet in lecto secum : vnde tanquàm feriatus si non sit odio , est saltem fastidio. pulchrè Anteros Fregosij charta xxxij. nam magistros fastidit miseros totiens repetita Sicambre. Exorditur Vldel. in oratione , incip. apud literatos. & nihil est quod

Non credi tur matri de filiatione.

51 Præsumitur filius mariti.

Quare potius filius mariti.

in honore tanto fulgeat in hac vita, quod vſu nimio non vi-
52 leſcat:prout † in ſacerdotibus, quorũ multitudo eos cõtem-
ptibiles facit.can.legimus.ante ſi.xciij.diſtin. Decius in capi-
Abũdantia tulo,cauſam quę.j.not.de iud.& manna fuit Hebræis faſtidio.
generat fa- in ſecundo prologo Pauli ad Romanos.& numero xj. Matres
ſtidium. propterea filias nubiles rarò oſtendunt, ſeu ducunt extra do-
mum,& niſi benè comptas:quia licet pica ſit pulchra auis, ta-
men apparet nimis ſæpe : prout econtrà dicimus, Omne ra-
rum charum,vt infrà dicam.facit,quia maiorem affectionem
& deuotionem habent diſtantes ab Eccleſia ſancti Iacobi, ad
illam Eccleſiam quàm habeant ibi proximi.ſecundum Oldr.
conſilio lxij.& circa.columna quarta. facit exemplum vxoris,
quæ cum marito etiam flendo ſimulabat non poſſe pati coi-
tum,poſtea clàm adibat adulteros.Præpoſitus in capitulo,cõ-
ſultatio. ad fin.de frig.& mal.Et Ouid.in iij.de Arte, Hoc eſt
vxores,quòd non patiantur amari: Conueniunt illas cum vo-
53 luere viri.†Et omne rarum, pretioſum.xciij.diſt.capitulo, le-
gimus.columna fin.& dulcior eſt fructus per multa pericula
ductus. & Philoſophus nono Ethicorum, quod cum magno
54 labore acquiritur, plus diligitur.†Vnde nulli dubium, quòd
facilius generatur fœtus, quando mas & fœmina concurrunt
in coitu, quàm quando mas tantum : vt dicunt Medici,quos
refert Ludouicus in Aenea muliebri.capitulo ſecũdo.char.ix.
& eſt rationabile.& probatur ex traditis per Barto.& Iaſ.in l.
Gallus.in princip.colum.fin.ff. de lib.& poſthum.vbi reputa-
tur quodammodo miraculum,quòd fœtus concipiatur, quan
do ſolum vnus cõcurrit.Michaël Scotus de Phyſionomia.lib.
primo.capitulo tertio. Aegidius de formatione humani cor-
poris,cap.vij.Panor.in c. fraternitati.de eo qui cog.con.vxo.
ſuæ.fatetur tamẽ Aegidius vbi ſuprà.cap.vj. quòd mulier po-
teſt impprægnari etiam quòd ſemen ipſa nõ emittat. Et ſic ra-
tio Decij non videtur vrgere concludenter. Ideò dicit ſecun-
55 dum Doct.quòd eſt fauor filiationis.†Præterea nõ obſt.præ-
ſumptione §. defuncto. quando aliæ tot coniecturæ concur-
runt quæ ſufficiunt,bene poterit probari quis filius adulteri:
vt patet ex conſil.Anchar.relato per Ioan.Lupum in rubri.de
donat.inter vir.& vxor.char.xxix.verſi.operatur aliũ & quar-
tum.col.ij.& Pau.de Caſt.conſil.cxv. ſuper j.col.fin.lib.j. vlti-
mæ impreſsionis. Corn.lib.iij. conſil.j.col.x.& ſeq.Benedict.
Capre.conſil.ſecundo.col.j. & ij.Barbat.iiij.volu.conſi. lxviij.
incip.

incip.omnipotentem.col.ij.& iij.† vbi dicit etiam quid operetur assertio parentum. de qua Rom.Corneus, & Iason in l. neque professio.C.de test.vbi subiungit Ias.quòd agnitus vt filius à matre vel auia,dicitur filius illius.l.etiam matris.cum gloss.de probat. Et per prædicta aliàs impugnabam Ferratium cautela xlj.incip. Doctores.ad fin.quam tradit ad instituendum spurium,scilicet vt non nominetur filius testatoris, sed solum filius mulieris: nã ex quo est maritata,præsumetur filius sui mariti.per d.§.defuncto.Et sic erit capax.pro quo facit Bald.in consi.cxxxj.titulus.lib.iij. ad fin.& Paul.de Cast. d.consil.cxv. Et quia ille nóndum erat natus tempore testamenti.Adducebam etiã tex.in l. si quis posthumos.in fi.prin. ff.de liber.& posth.& §.posthumo.in fi.instit.de leg.quem allegat Iason in l.Gallus.in princ.col.ij.j. lect.eodem titu.licet ipse in §.incertis.Instit.de leg.aliter declaret.Adducebã etiam quia ex tot coniecturis quę aderant:apparebat testatorem instituisse talem posthumum,quia credebat esse suum: vnde nihil valebat institutio,per dictam l.neque professio. melius in l.si pater.C.de hæred.instit. facit Monser.in repet.§. & quid si tantum.in fi.colum.xvij.vbi dicit Socin.solitum extollere illam regulam,quòd inspicitur voluntas testatoris, non secundum veritatem,sed secundum quòd testator opinabatur. Habui de facto,& lucratus sum de illa causa xv.ducatos. 56

Cõtra cautelam instituendi spurium.

Plures coniecturæ ad probãdum filiationẽ.

¶†Septimum inconueniens, quia oritur discordia inter fratres:quia licet sint vterini,ex quo tamen sunt de diuerso semine & diuersis complexionibus, sunt semper discordes. Hinc puto exortum illud, Fratrum quoque gratia rara est. Decius in exordio consil.lxiiij. Papa pius ad Imperatorem, epistola xxxix.char.fin.Erasmus char.xxvj. Prouerbiorum cxlix. fratrum inter se iræ.Aegidius de regimine principum.lib.ij.parte iij.capitulo vj. Omitto illud de Caim qui occidit Abel.de quo Barb.in Ioannina.columna xj. quia non facit in proposito:sed bene illa quam ponit text.in l.cum oportet.in fin.princip.& in fin.§.sinautem.C. de bonis quæ lib.vnde postea tale bellum quod fit inter fratres vel cognatos, dicitur plusquàm ciuile.Cyn.in l.prima.colũ.ij.C. de caduc.toll. Et etiam oritur discordia cum patre putatiuo, quæ est horrori legi quæ præsumit eum verum patrem.d.§.defuncto.intantum † quòd licet filius commiserit delictum morte dignum: si pater eum deferat iudici,filius non morte, sed alia mitiori pœna, puta 57 58

Fratrum quoq; gratia rara.

Cautela ad liberãdum filiumfam. à pœna mortis.

exilij, puniendus erit. Cepol.consil.lv.vnus filiorum.col.ij.& consil.xlvj. Titius.col.ij. Abhorret enim lex quòd pater videatur filium ad supplicium deduxisse.l. milites agru.§.desertorem.ff.de re milit.Ias.in l.j.co.ij.C.de his quib.vt indig.Fely. in c.quærenti.col.ij.de offic.deleg. vers. tertius casus. in cap.j. col.ij.eod.tit vbi ampliat,etiam si crimen læsæ maiestatis commisisset.Ioan.Lupus in c. per vestras.de donat. inter virum & vxor.in conclus.colũ.ij.fi. char.lv. Idem Hippolyt. in l.j.§.j. col.vj.in l.vnus.§.seruus nec si.col.ij.ff.de quæstion. Ioan.de
59 Ana.in c.fi.col.fi.de pat.qui fil.occi.† vbi dicit,quòd propterea parcitur patri de vita, si non reuelauit tractatum quem faciebat filius contra principem.facit ratio l.diuus.in fi.ff.de paricid.Et sic patet bona cautela pro liberando filium à morte:
60 qua audio fuisse vsum quendam solennem Doctorem Terdonensem in casu proprio.† Et propterea dicebat Fely..admiratus discordiam patris & filij in cap.afferte.de præsumpt.quòd quando pater stuprat filiam,vel filius verberat patrem:nec ille pater,nec ille filius sunt censendi: quia idẽtitas sanguinis non
61 patitur talia scelera. † Et propterea Solon non tulit legem de parricidio:quia nunquam illud credidit naturaliter euenturũ. vide Ang.in l.propter insidias.C.qui accus.Baueriam in §.pater.col.ij.instit.de testa.pro prædicta cautela vide Ioan. Montolonium in Promptuario Iuris.in verb. mors. vbi enumerat septem alios casus ad liberandum seu saltem differendum pœnam mortis:qui prius fuerunt Cepol. in cautelis. char.j.& ij. quos ordinatè resumpsit Fely.in d. c.quærenti.& Ias. in l.debi
62 toribus.col.fin.ff.de re iudic. secundum quos alius: & sic† secundus casus est, si moriturus obuiet Cardinali qui imponat eius pileum super caput suum.Rom.sing.cccxxxv.dicamus ad solatium.vbi in apostilis dicitur idẽ si sacerdos transeat cum corpore Christi, & malefactor eum amplectatur. Cors. sing. lxix.incip.dixit.Barb.de Cardin.primo tract.q.ix.limitãs hoc non procedere in atrocioribus,vel si fieret per substitutum.

¶ Tertius est casus,propter excellentiam viri.

¶ Quartus,per accusationẽ grauioris criminis,ob quod grauiorem pœnam deberet pati.

¶ Quintus, per probationem & obiectionem rationum reddendarum.

¶ Sextus, per appellationem etiam à quocunq; extraneo interpositam.

¶ Septi

¶ Septimus, in muliere allegante se prægnantem.

¶ Octauus, in eo qui fecit se clericum. Ias. in l. cum quædam puella.iij.col.ff.de iurisdi.om.iudic. Decius consi.cxxx.col.ij. Petrus.Gerard.not.lj.Ferrarius cautel.xxiij. Hippol.de Marsil.in l.statuliber.col.ij.ff. de quæstion.Monferr.in l.nemo potest.circa finem.col.xxxviij.ff. de quæstio.Bertach.in tract.de episcopo. chart.xlviij. in fine vltimæ col.licet in contrarium aliqualiter faciat. Decius in cap.cum adeò.in medio.iiij. not. de rescript.dum dicit, quòd licet quis se ad clericatum destinauerit.per hoc non est capax beneficij.& vide in tract.de virtute iuramenti. Antonius Baueria priuilegio liij.columna iiij. in medio.

¶ Nonum casum subiicit Felyn.in dicto cap.quærenti.si condemnatus fingat se stultum. sed Ioan.Vilemati in repetitione l.Diuus.ff.de sicar.nume.ciiij. dicit, quòd simulatio non prodest,nisi sit verè furiosus.

¶ Decimum,si sit ex maioribus ciuitatis.

¶ Vndecimum,si testes qui contra eum deposuerunt,accusentur de falso.

¶ Vltra prædictos casus adde tu duodecimum casum , quem collige ex his quæ dicam infrà chart.ij. de eo qui poterat se vindicare via iuris,& excessit, vindicando se via facti. & vide Felyn.quem ibi refero, quoniam plura ponit quãdo ex aliqua causa,qui deliquit,excusatur à morte.

¶ Tertiumdecimum,collige ex not.ibid.chart.postea sequēt. de eo qui non occidit dolosè.

¶ Quartumdecimum , collige ibidem de delicto iam diu commisso,vel vbicunque ius commune imponit pœnam mortis,& statutum dicit quòd debeat alleuiari.

¶ Decimumquintum, si inquisitio sit formata contra plures, quorum vnus sit clericus:quia omnes debēt remitti Ecclesiastico,qui nunquam punit ad mortem: dicam infrà in materia quid in dicto sit iudicandum.

¶ Sextumdecimum, si statutum imponat pœnam capitalem, intelligitur de minima : & sic relegatione . dicam infrà etiam in materia : quid in dicto iudicandum.

¶ Septimumdecimum, quãdo princeps per iracundiam mandaret aliquem suspendi. dicam infrà quomodo sit obediendum rescripto principis.

¶ Decimumoctauum,quando rumpitur capistrum,& suspensus

sus antea protestatus est de innocentia: quia tunc dicitur esse miraculum. Dec.in l. fauorabiliores.ff. de regul.iur.sed contrarium tenet Guilhel.Rouille in tract.de descriptione iustitiæ & iniustitiæ. col.fin.ideò cogita.& pro eo Bald.in cap.venerabili.de testib

¶ Decimumnonum,si meretrix petat condemnandum maritum in patria vbi de hoc est cōsuetudo.dicam infrà in respondendo ad octauum de incontinentia.circa princip.

63 ¶ †Vigesimum, si iudex qui non debet quempiam torquere nisi præcedant illa nouem requisita quæ enumerat Hippol.in l.j.in j.chart.ff.de quæstion.dedisset torturam alicui, nō præcedentibus legitimis indiciis, & propterea confessus est delictum.nam ex tali confessione etiam milies ratificata,talis cōfessus nunquā poterit damnari.secundum eum in dicta l.j.vj. colum.vbi dicit,quòd etiam debet eidem dari copia iudiciorum,cum termino ad ea purgandum: aliàs confessio ex tortura subsecuta non valet.quod vltimum intelligerem, si inquisitus petat. Cepola consil.lxvij. teneo idem.& debent præcedere indicia,etiam si iudex habeat liberum arbitrium procedendi. secundum Ferrarium cautela xiij. incipien.iura. Hippol. vbi suprà & infrà.Paris de Puteo in tract.de syndicatu. in materia repetitionis torturæ. est chart.lxxxv.in princip.iij.col. vbi fortè secundum eum,idem si princeps mādaret quem torqueri sine indiciis.& meritò:quia ego semel Papiæ vidi committi magnum errorem in quodam famulo,qui culpabatur de furto quorundam anulorum, quos socius habens recedere ad solatium acceperat, vt faceret solui Marzapanum: & tamen per literas Senatus fuit tortus,& confessus. & quòd dicta confessio sit nulla,probat Hippol.per l.penulti.ff.de quæstion.vbi Baldus secūdum vnam lecturam.& ibidem latius ipse Hippo. columna iij. adducens plurimos concord.qui dicit per illam decis.liberasse duos à morte, & ego vnum de fringho. Adde Guidon.de Suzaria in tractatu, de quæstion.columna quarta. versiculo,non tamen omni causa. & columna decima. versiculo,sed quid si aliquis. & vtrobique Bolog.addit plures authoritates.idem Paul.de Castr.lib.j.consil.cclxxiij. visa relatione. columna j. qui dicit hoc esse, quia præsumitur durare metus torturæ in tali ratificatione,& perseuerantia cōfessionis.Corneus consilio xx.videtur.ad finem. & clarius libro quarto cōsil.cxxxiiij.in causa Gasparis.columna j.vbi fortius subiungit hoc.

hoc procedere etiam si non fuerit tortus : sed solum spoliatus ante torturam.pro quo Hippol.in d.l.j.col.x.versi. vlterius inquantũ.dicens,quòd sicut sine indiciis quis torqueri non potest,ita nec terreri.& in d.l.penul.col.v.post Alex.cõsi.c.incip. in casu prædicto.col.ij.versi.circa secundum.iij.volu.Et illam decisionem Bart.quòd non valeat talis confessio,sequitur Felyn.in c.at si clerici.de iud.col.ij.versi.vij.limita.vbi sunt apostillata quædam consilia Alex.& ibidem Decius.col.iiij. versi. octauo limita.adducit plura alia.idem tenet Alex.lib.j.consil. v.in causa inquisitionis.col.j. repeti.consi.xciij. in eodẽ libro. Paris de Puteo in tract.de syndicatu. char.lxxxiij.col.j.cap.ex sola confessione.†Plus dicit Anchar.consil.xxiij.visa inquisi- 64
tione. quòd etiam si non appareat istum cõfessum modo prædicto fuisse tortum,dum tamen appareat eum esse detentum, præsumitur confessus per errorẽ iudicis habentis eum in fortia.& Anch.sequitur Corneus d.consi.cxxxiiij.col.j.dicẽs maximè procedere quando captura fuit iniusta:quia sicut iniustè carcerauit,ita & iniustè torqueret.idem tenet Franciscus Brunus in tract.de indiciis & tortura.col.xlij. Et cum Anchar.tenet Alex.lib.iij.consi.lij.viso themate.col.fi.in l. qui aliena.§. Celsus.in fin.ff.de acquir.hæred.vbi postquàm allegauit Bald. & quædam alia in contrarium,subiicit quòd cum Anchar.tenet communis opinio. † Nec conualidaretur talis confessio 65
etiam si iudicia postea superuenirent post torturam. secũdum Bar.in l.maritus.col.j.versi.inter solut.gl.ff.de quæstion. Hippol.in d.l.penul.col.vj.visis modo.Decium vbi suprà.Paridem de syndicatu.chart.lxxxviij.col.iij. versi.datur regula. nisi secundum eum iste positus in libertate postea veniret ad iudicẽ, & cõfiteretur.& ita etiam tenet Brunus in d. tract.de indiciis, & tortura. col.xliij.sed esset bene stultus.nã, Quæ semel euasit retia vitat auis. vt infrà dicam.est verũ quòd Barb.lib.iiij. consi.lxx.vbi CHRITVS.col.iij.& col.x.videtur prædicta intelligere,quando tortus talem confessionẽ reuocauit. Alium casum quo non valet confessio, ponunt Moder.in apostil.Decij,in l.ea est natura.ff.de reg.iur.scilicet quando iudex promisit liberationem inquisito.

¶Vigesimusprimus principalis casus est, si tu potes adducere aliquam exceptionem vel probationem, quæ aliqualiter elidat intentionem fisci, & dubiam saltem faciat.†Nam licet 66
soleamus dicere,quòd probationes debẽt de necessitate concludere

cludere: hoc fallit in criminalibus pro defensione rei, quia sufficit quòd reddant intentioné accusatoris, vel fisci dubiam pro consequenda absolutione. ita eleganter Bart. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de oper. no. nunt. vbi Alexand. & Ias. in §. sciendum. col. ij. Ias. in l. non hoc. C. vnde leg. col. penulti. in viij. limitatione. Decius in c. in præsentia. col. vij. in xij. not. de probat. dicens, quòd totus mundus sequitur istam decisionem Bart. quam etiam tenet August. in Malefic. glos. j. de anno præsenti. col. iiij. & seq. Claud. in repe. l. vt vim. ff. de iustit. & iur. in princ. col. xxv. Felyn. in cap. significasti. el. ij. col. penul. de homic. Brunus Asten. in feudalibus. consil. xxvij. col. ij. Et faciunt quæ dicam in sequenti casu.

67 ¶ † Vigesimumsecundum, quando occidens dicit se fecisse ad defensionem, licet non probauit defensionem. Ias. in d. l. vt vim. colū. iij. ff. de iustit. & iur. vbi Claud. in repetit. col. xxvij. Ang. in Maleficiis. in versi. comparent dicti inquisiti. & partim negát, partim cōfitentur. in fin. j. additionis. Alex. in d. §. sciendum. vbi Ias. col. ij. ff. de no. oper. nunt. latè Ferrarius cautela v. Hippo. de Marsiliis in l. repeti. col. vij. & seq. ff. de quæstio. in rub. C. de probat. col. l. in quibus locis dicit idem quando quis damnatur ex violentis præsumptionibus. & Ioan. de Villemati in repet. l. diuus. ff. de sicariis. ad fin. & pro isto casu Alex. lib. iij. consi. j. ante fin. col. iiij. in contrariū videtur facere Lanfrancus in cap. quoniam contra falsam. in ver. cōfessiones. col. iij. Ange. cōsi. ccxvij. col. penul. incip. in causa accusationis. & latè impugnat Soci. in l. j. col. vj. ff. si cert. pet. in l. non vtiq;. col. iij. ff. de excep. Sed ab eo hūc casum defendit dominus meus Philip. Dec. in d. l. j. col. vj. & in c. ix. venerabilis. col. xij. de except. & hāc tenet alter Lāfr. Cheriēsis cōclus. ccclx. ¶ Vigesimustertius casus colligitur ex dictis Paridis de Puteo in tract. de syndicatu. chart. lxj. est in verb. pœna. col. ij. scilicet quando haberet reuelare cōsocios, vel reddere rationes, vel dicere verbum principi. sed hoc vltimū dānat, prout de illo qui finxit se habere dicere verbū Papæ, & nihil dixit. vnde Papa indignatus dixit, quòd occideretur. & ipse dixit quòd Papa erat irregularis. refert Steph. Malereti in tract. de elect. chart. lx. Et plures causas relaxandi pœnam delinquenti enumerat Luc. de Penna in l. si apparitor. C. de cohart. lib. xij. chart. pen. hos casus bene signa: quia si scieueris bene practicare, dabunt honorem & commodum in defendendo eos qui boni sunt, licet calore iracundiæ,

diæ,vel aliter semel tantùm deliquerint: quia per vnũ ictum non debet cadere vna arbor. vt dicam infrà respondendo ad incontinentiam mulierum. †Malos autem & eos qui faciunt 68
vnam artem de furando,& occidendo,vel per pecuniam committunt atrocia,fortè non esset licitum defendere. Bald. in l. quicunque ad fin.C.de episcop.& cleric.& Ias.in §.ex maleficiis.instic.de act.vbi post Bald.dicit,nõ audiendos aduocatos pro insignibus latronibus, quos periculi sui nescia seruet insania.& , Chi spica lipichato , lo impichato limpicha luy. vt Pompilius Lena cõtra Ciceronem,quem refert Valerius Maximus lib.v.cap. de Ingratis. quia licet non solùm vbi agitur de vita hominis,debeamus abstinere à iudicando, sed etiam à consulendo : vt exorditur Cepola consil.j.consil.iiij. & consi. xxxiiij. quia præceptum Domini generaliter loquitur , Non occides.vt in can.si non licet.xxiij.quæst.v.†quinimò dicitur 69
aliquando maius peccatum,occidere hominem malum,quàm bonum : vt not.glos.in can.si habes.xxiiij.quæst.iij.in ver. de coniuge. aliàs in verb. innocentes. vbi etiam dicit esse maius præiudicium si vnus peccator moriatur, quàm si innumerabiles martyres cruciarentur.facit glo.in can. ille qui hominem. xxij.q. v.quæ dicit maius esse præiudiciũ in amissione vnius animæ, quàm mille corporum.& faciunt aliæ plures glos. aggregatæ per dom.Io.Sandoletum in repet.l.quod te.ff. si cert. pet. col.xvij. post medium. hinc Titus Cæsar adeò sanguinis humani effusionem exhoruit , quòd mortem meritos exilio damnabat.refert Iodocus in tractat.de nobilitate.cap.xiiij.& Paulus Venetus Papa secundus,rarò vel nũquàm pro quantolibet enormi delicto homines ad mortem damnari permittebat.facit Ferrarius cautel. xxvj.in princ.& dicit Paris de syndicatu.in verbo,crudelitas.est chart.xxix.col.iij.in fin. quòd Federicus qui fecit illũ §.si quis quinq; solidos.de pace tenenda disponentem,quòd pro rebus huius mundi quis debeat suspendi,cruciatur in inferno.latè Thomas Morus in tracta.de optimo reipub.statu.lib.j.char.viij.& pluribus sequen.†hinc 70
Decius consil.clxxv.col. fin.post Anchar.inuehit contra iudices maleficiorum : quia anhelant ad condemnationem quando procedunt per viã inquisitionis:dicẽs, quòd curia maiorẽ honorẽ consequitur ex absolutione,quàm ex cõdemnatione. plura tradit Floria.in disputatione incip. varia & diuersa. col. v.Petrus de Rauenna in suo alphabeto Iuris.q. fi.Ioan. Lupus de don

de donat.inter vir. & vxor.in fin.in allegatione hæresis. est chart.cij.& seq.latè Iodocus in tract.de nobilitate. cap.xiiij. Hadrianus Papa noster quodlibet.ij. col.antepenulti.referens illud Matthęi xij.Si sciretis quòd misericordiam volo,& non sacrificium,nunquàm condemnauissetis innocentem. Et non solum iudicantes & consulentes cauere debent: sed etiam legentes.quia dicit Bald.in consil.incip.quanquam allegata sint multa.quòd Bart.est in inferno propter illam opin.quam posuit in l.vtrum.ff.de parricid.vbi vult quòd sciens proditionē contra patriam,si non reuelet,puniatur morte.de quo Claud. in repet.l.vt vim.chart.penul.col.ij.ff. de iustit.& iur.Hippol.
71 not.clxiiij. incip.nemo debet. † Ad prædicta facit Antonius in Peregrino vulg.lib.j.cap.xvij.& duobus seq.vbi latè pro & cōtrà subiiciens,quòd imò delicta debent puniri. pro quo facit text.in l.nemo.C.de epis.vbi Pau.de Castr.dicit,quòd pinguior victima Deo mactari non potest, quàm homo iniquus. secundum Senecam in Tragœd.& dicit Paris de Syndic.char. lxij.in princ.quòd rex Carolus secundus fecit suspendi quendam iudicem,qui puniuit solum pœna manus eum qui debebat suspendi:& chart.lxvj.col.iij.dicit, quòd iudex qui reum nocentem absoluit,est proditor. §.si tamen.in authent.vt differ.iudic.& dicit Barbat.in cap.cū non ab homine.col.vij.per illum text.de iudic.quòd dominus Picinus Locumtenens Ianuæ pro duce Mediolani,faciebat sibi cōscientiam, quòd non fecerat suspēdi vnum malefactorē in die Paschatis.facit Barbat.in tract.de præstant. Cardin.tract.j.q.ix.col.ij. quòd scriptum est, Non permittas viuere maleficum super terram. &
72 †quòd nō est crudelis qui maleficos occidit. can.non est crudelis.& can.qui homicida.xxiij.q.v. quia reipublicæ interest delinquētes puniri.l.ita vulneratus.ff.ad l.Aquil.cap.vt famę. de sentent.excom. Barbat.paulò infrà, quòd collegium Bononiense fuit grauiter reprehensum, ex eo, quòd supplicauit pro Richardo de Malumbris, qui fuerat dānatus de hæretica prauitate. idem vult Bologninus in repet.authenticæ, habita. C.ne fil.pro patre.col.xxiiij.Et dicit Bald.in cap.olim. col.penult.de rescript.quòd contra malos non est vtendum malua, vel emplastro:sed gladio. & dicit Panor.in cap.j.pen.not.per illum text.de postul.prælat.quòd peccatum est parcere inobe-
73 dientibus sine causa.†facit pulchrè Luc.de Penna in l.omnes. C.de anno.& trib.lib.x.& in l.j.col.x.C. de exact.lib.xij.post
Philo

Philosophum in ij.Ethicorũ, qui dicit, quòd pœnæ sunt medicinæ. facit Ioan.de Lignano in tract.de bello.cap.ix. Calcaneus pulchrè cõsi.ij.col.x.† & dicit glo.iij.in verbo, dispensationum, de pace Constan. quòd qui parcit malo, intelligitur 74
nocere bono.pro qua Sallustius in Iugur.dicens, Ne ignoscendo malis, bonos perditum eamus.facit Isocrates in Panegyrico incip.illos.char.xj.& Ambros.in j.Officiorũ,dicens, quòd si quis filiis deprecantibus motus,& lachrymis coniugis eius inflexus latronem absoluendum duxerit, nónne innocentes tradit exitio? & idem sentit Cicero in oratione contra Pisonem.chart.ij. dum respondet obiicienti quòd fuerat crudelis contra Catilinam.facit Papa Pius epist.v.circa fin.& epist.vj. char.ij.quòd nõ immeritò Saul contraxit offensam Dei, quia miseratus est Agab, quem diuina sententia prohibuerat saluari.& Ioan.de Monteferrato ante repeti. l.si is qui pro emptore.ad Card. Papiensem. vbi allegat Ambrosium vbi suprà. & Petrus Apostolus Ananiam & Saphiram Spiritui sancto mentientes, mortis sententia percussit. & Paulus Magum illum Act.5.
Elimam qui credituros à fide retrahebat, cæcitate percussit, vt cæteri territi prædicationem eius non impedirent. Summa ergo, secundum Monferratum, pietas est, in delinquentes sæuire: quia cum vni indulgetur indigno, ad prolapsionis contagium prouocantur vniuersi. †facilitas enim veniæ, incẽtiuum 75
tribuit delinquendi.cap. est inhibendum. de cohab.cleric. & mulier. Glos.in authent.vt hi qui ob.in verbo, facilia.

¶ Octauum inconueniens oritur, damnum publicum. Ioan. Lupus in rub.de donat.inter virum & vxorem.chart. xlvij.in fi.versic.ratio.vbi in chart.præcedenti dicit, quòd adulterium vxoris etiam prohibet confirmationem donationis inter cõiuges, quæ aliàs fieret morte alterius cõiugum: quia reipublicæ interest, vt ciuitas liberis & legitimis hominibus repleatur, non adulterinis.l.j.ff. sol.mat. Bald. quem infrà referam in conclusione mea. Contra præmissa faciunt, quæ adduxi in meis clausulis generalibus.in verbo,& mihi notari.

¶ Nonum inconueniens oritur, damnum reipublicæ in alio: quia nõ solùm discordia, quam suprà dixi.sed etiã inter adulterum & maritum.quia† nulla vehementior est discordiarum 76
causa, quàm vnius fœminæ à multis maribus appetitio. secundum Platonem, quem refert Fortunius in l. ius naturale.ff. de iustit.& iure.co.xlvij.facit Biblia Aurea, cap.lxiiij.de inimici-

tia & odio. Non enim volũt omnes ſequi illud Ouidij de Arte, Riualem patiẽter habe. Item & inter affines hincinde: quia
77 †naturalis affectio hoc facit, vt qui vnum de agnatione offendit, totam agnationem offendere videatur. ſecundum Bald. in cap. fin. de appellationib. Afflictus de iure prothomiſeos. col. vij. & quilibet præſumitur appetere honorem agnationis ſuæ.
78 Panor. lib. ij. conſil. lxv. caſus. col. penult. †& iniuria facta vni de familia, cenſetur facta toti familiæ. Felin. in cap. cum quidam. col. fi. de iureiur. vnde turbatur poſtea pax populi, & bella ciuilia oriuntur. Pet. de Rauen. in ſuo alphabeto. circa fi. in
79 quæſtio. incip. Propheta regius. colum. vj. & ſeq. †meritò ergo ſancitum eſt, adulteros occidere, quia ab huiuſmodi hominibus amicitia & pax corrumpitur, vt inquit Xenophon, de tyrannide. char. iiij. facit illud quod tradit frater Iſidorus de regimine principũ. lib. iij. c. xiiij. & illud Geneſ. xxxiiij. vbi propter raptum Dinæ, eius fratres iugularũt omnes mares illius vrbis. Et in Hiſpania ſunt decreta, per quæ mulier & adulter traduntur in manibus mariti, qui de eorum perſonis & bonis poteſt facere quod vult. Ioannes Lupus in rubrica, de donationibus inter virum & vxorem. chart. x. in quarto effectu. Sunt ergo propter talem diſcordiam hæc ſcelera adulterorum valde atrocia contra finem iuris ciuilis, ſecundum Philoſophum, & Salluſtium, quos refert Anchar. in regula, poſſeſſor, colũ. ij. probatur in capitulo, nihil. de præſcriptionibus. & in l. æquiſ-
80 ſimum. ff. de vſufruct. †ad quam Iaſ. pulchrè in l. quod iuſsit. v. not. ff. de re iud. vbi dicit quòd iudex propterea poteſt præcipere alicui, ne tranſeat ante domũ inimici, ne fortè eum videndo veniant ad rixam. Idem dicit in l. curatores. ff. de offic. procur. Cæſar. Paris de ſyndicatu. in verb. cõcordia. Et ſepté per quæ pax populi conſeruatur, enumerat: pariter & ea per quæ turbetur. Afflictus in cõſtitutione, pacis cultum. colum. ij. & iij. latius Lucas de Penna in l. j. C. public. lætitiæ. lib. xij. Et pulchra oratio Socratis incip. omnes. cum epiſtola præcedenti, quam fecit de bello fugiendo, & pace ſeruanda. de quo iudex debet eſſe ſolicitus. Aluarot. in capitulo primo. §. ſi miniſtrales. de pace tenenda. Curtius in tractatu de ſequeſtr. columna quarta. & conſi. ſeptuageſimo. incipiente, ſuper eo articulo. Decius in cap. licet cauſam. de probationibus. col. vigeſimaprima. in gl. in verbo, poſsidetis. Alex. in l. fi. C. de edicto
81 diui Hadri. toll. col. iij. †vbi concludunt quòd ſi duo contendunt

Iudex vt pacem cõſeruet.

dunt de possessione,& parant se ad arma, & non constet iudici qui sit in possessione (quoniã si hoc constaret,deberet prohibere ingressum alteri qui non est in possessione) tũc iudex pro bono pacis debet vtrique inhibere ne intrent possessionem. Et de pace duo bona verba ponit Lancel. in l. pactũ curatoris.ad finẽ.C.de pactis.latè Felin.in rubrica, de treuga & pace.Corset.in trac.de potest.regia.quæstione quadragesimaprima.Luc.de Penna in l.prima.columna quarta, & sequent. C.publicæ læti.libro duodecimo.Ias.in l.quidam æstimauerunt.col.secunda.ff.si certum petatur.Et pax vt seruetur,moderamen iuris habetur.gl.in capitulo,puberes.de desponsat. impuberum.latè Ioannes Montaigne in tractatu, de author. regij consistorij.char.xxx.Romanus consi.vltimo,columna quinta.omnino Barb.libro tertio,consil.primo,colum. penultima,& fin.latius Decius in l.fin.C.de edict.diui Hadri. tollen. vbi & quando neuter possidet,& timetur scandalum in adeptione,quid debeat facere iudex. Est verum quod in patria Delphinali non sunt multũ necessaria prædicta, tum propter ea quæ dixi de securitate quã faciunt præstari, suprà in quarto inconuenienti: tum propter illud pulchrũ statutum.Si quis per literas. cuius verba propter eius vtilitatem pro solatio lege vt infrà:Si quis per literas iudicis eius propria manu signatas, aut volũtate illius cuius erat possessio. Quam voluntatem interpretamur, interuenisse. Ex quo per x.dies passus est notoriè possidentem possidere, rei alicuius possessionẽ vel quasi nactus fuerit,per quempiã absq; mandato iudiciario à prædicta possessione expulsus aut deiectus fuerit probata possessione & eiectione, etiam absq; violenti euocatione aliquali:per duos aut tres testes cõmuni æstimatione fide dignos,omni allegatione aut appellatione cessantibus expelletur violentus per iudicem, vel ab eo deputatũ: etiã manu militari si sit opus,& restituetur deiectus, & reponetur ante omnia in statũ pristinũ: & mulctabitur violẽtus vltra pœnas à iure statutas in decẽ marchis argẽti fisci ærario applicãdis.Mitigatione tamẽ iudici concessa, secundum modũ violẽtiæ & facultates violenti:violentia verò purgata per in statũ pristinum reductionẽ expulsi,& expensarum ab eodem expulso factarũ in refusionem audietur,qui fuerit violentus super ipsum allegãdis. Quæ autẽ in violento statuimus,eadem & in clandestinè possessiones ingrediẽte in-

Inhibet ingredi possessione, timore scandali.

telligenda fore censemus &c.

Duellum. ¶ Decimum inconueniens est: quia secundum Ouidiū de Arte: Nec turpe marito Aspera pro charo bella gessisse toro.
82 quandoque euenit duellum inter maritum & adulterum † licet regulariter sit prohibitum: vt Ias. in l. ex hoc iure. col. v. ff. de iustit. & iur. taliter quòd licet quis acceptauerit, potest licitè duellum recusare, & pœnitere. Decius in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitutionib. col. decimaquarta. plura per Barb. in primo volumine, consil. vltimo. vbi Angel. de Are. & Antonius de Prato in Consiliis ibi proximè sequentib. cōtra quos in illo casu consuluit Calcaneus consilio secundo. Surgetus in Enchiridio militari. char. xx. & xxiiij. Somnium Viridarij lib. j. cap. cvij. tamen fuit admissum per Parlamentum regium inter Iaquetum Griffum, & Ioannem Carogium, vt habetur in Gaguino, in vita Caroli sexti. Guilielmus Mara in oratione vij. incip. reuerende. Rosellus in Monarchia. chart. cxiij. licet mulier eo in casu non esset in culpa. Paris de Puteo tali casu dicit permitti etiam cum domino suo: vt in tract. de re mili. char. vigesimasecunda. sub rubrica, An subditus ratione adulterij prouocet dominum suū ad duellum. sed dubito, propter ea quæ dixit Anan. in cap. fi. de patrib. qui fil. occid. Et in illo tract. ponit practicam quomodo fiat: & latè per curiam Delphinatus quæst. dcxvij. dixi plenè cum sex seq. & in libro Styli Parlamentorum. parte prima, chart. xxvj. & sequē. & literas quas sibi scribūt volentes duellare, vide tu Hispane in Tirant lo blanq, in lengua Castigliana.

¶ Vndecimum inconueniens est: quia euenit vt quandoque in sua domo pater inueniat aliquem sibi filiam adulterantem, & filiam occidet: quod videtur sibi permitti. licet secus de adultero. Ioannes Pyrrhus in l. non debet cui plus. ff. de regul. iur.

83 † Item si maritus inueniat vilem sibi adulterantem vxorem suam: vnde cum non possit tam iustus dolor temperari, occidet adulterum. quod cum fiat lege permittente, pœnam non meretur. l. Gracchus. C. de adult. Nicol. Boerij in apostilis ad Dynum. in regul. cui licet. facit capitulum, qui peccat. xxiij. quæst. iiij. Luc. de Penna in l. j. C. publ. lætitiæ, vel Consul. libro duodecimo, quæst. vigesimaquarta. in fin. & quæst. vigesimasexta. circa med. Felin. in cap. quę in Ecclesiarum. col. iij. de constit. Ias. in l. si plagij. col. j. ff. de verb. oblig. Gemin. consil. lxxviij. in prin. ij. col. Hadrianus vj. Papa noster in Quodlibetis. char.

Maritus occidit adulterum.

tis.chart.xxij.colum.iiij. & xxiij. colum.ij. litera d. & chart. lvj.in fin.& in quæst.x.colum.xj. latè Hippol. vbi formaliter examinat hanc quæstionem in l.patre vel marito.ff. de quæst. col.j.& ij. Petrus de Lesnaudiere in tract.de Doctorib. quarta parte.quæst.xlix.vbi etiam modum tradit probandi adulterium,& refert vnum miraculum.vide orationē Lysiæ se excusantis à nece adulteri.incip. plurimi.vbi adducit leges Atheniensium hoc permittentes.Caue†tamen, quia videtur non li 84
cere in conscientia.Henricus Boich, Panor.& Felin.in c.ij.de homic.Fortun.de fine vtriusq; iuris.col. xlvij.& seq.in xj. illatione principali. Plus in d.cap.ij. dicit Ioan.de Anan. quòd in terris Ecclesiæ posset talis occidens adulterum,puniri in foro contentioso.per gl.in c.inter hæc.xxxiij.quæst.ij. quæ vult quòd ille text.corrigat iura ciuilia permittētia occidere adulterum.& licet ibi Felin.eum impugnet: tamen alibi sequitur eum.vt in cap.j.col.j.de præscrip.in cap.iij.quod incipit,si verò.de sent.excom. Plus †dicit idem Felin.in c.ecclesia sanctæ 85
Mariæ.de constit.col.xv.versi.item posset,quòd nec etiam in terris Imperij occidēs adulterum esset tutus:ex quo sumus in materia peccati.& sic etiam in illis standum esset iuri Canonico.Roch.in cap.fin.col.xxij.de consuet.Sed certè credo quòd imò etiam in terris Ecclesiæ in foro contentioso esset tutus: nam in illis Ecclesia bene habet vtrunq; gladium:aliàs sequeretur quòd in eis nullus vnquā deberet morte puniri. Nec valet consequentia de foro conscientiæ ad forum iudiciarium. Aret.in rub.ff.de acquir.hæred.ad fi. Et responde ad illam gl. in cap. inter hæc. quòd sanè intellecta non probat intentionē Ioan.de Anan.nam dum illa glos. dicit, interfectorem nō excusari à culpa,vel peccato,licet à pœna ciuili excusetur:voluit inducere differentiam solum inter ius Fori, & ius Poli:nō inter ius canonicum & ciuile.vt patet ex verbis gl.& ita intelligit eam Ias.& Claud.in l.vt vim.super glos.in verb.nam iure. ff.de iustit.& iur.Albericus in d.l.Gracchus. latè Ias.in l.si plagij.ij.columna.ff.de verborum oblig.& alij Doct.per eos allegati.Hippol.in d.l.patre vel marito.Ang.in tractatu Malefic. gl.Che hai adulterato.col.ij.Angelica in verbo,homicidium, in §.vj.Betonta super Ioan.viij. qui legitur sabbatho post tertiam dominicā Quadragesimæ.Nec aliter intelligunt Panor. & Præpos.in cap.veniens.el ij.ad fin.de sponsal.vbi licet dicāt illam solut.tolerari posse,tamen transeunt ad aliam. & Barb.

Ad gl.in cap.inter hæc.

in c.cum esses.de testam.col.vj.referens Panor. postea col.iij. accommodat solutionem in vers.pondera etiam illud. dicens
86 †quòd non est inconueniens quòd ius ciuile modificet illud præceptum, Non occides. vt in l.j.& ij.C.quando lic.sine iud. se vin.in clem.j.de homic.& in cap.iij.de furt. Posset hoc cõprobari ex pluribus authoritatibus Sacræ scripturæ quas allegat Anchar.in reg.possessor.col.v.vers.vltra prædicta. Henr. Boich in d.cap.ij.de homic.Barb.in tract.de præstãt.Card.in ix.quæst.primi tractatus.Bolog.consi.ij.col.x. Calcan.consi. ij.col.ix.Paris de syndicatu.chart.iij. in quæstione, An liceat occidere tyrannũ.Ioan.de Montefer.in epist.ante repet.suam. l.si quis pro emptore.dum declarant illud, Non permittas maleficum viuere super terram. & plura in proposito tradit Rosellus in Monarchia.char.lxxvj.& seq. dum examinat, an lex
87 possit disponere super dispositis à iure diuino. † & allegat d. gl.in d.c.inter hæc.& ibi col.lj.post Host.& alios,dicit,ꝙ lex ciuilis potest permittere homicidiũ, etiã pro leui causa,quando sequitur maius bonũ,vt euitetur maius malũ. facit Calcã. cõs.ij.col.ix.& seq.vbi enumerat plures casus,in quib.est licitũ homicidiũ.Et Paris de Puteo in tract.de duello & re milit. char.iij. col.iiij. est primus liber Legalis quẽ viderim in vulgari Italo traductũ & impressum Venetiis. facit Cepol.consi. xlv.viso processu.col.j.Secũdo respõde,ꝙ si aduertatur glo.in d.c.inter hæc allegat iura corrigẽtia Lombardã,quæ disponebat vxorẽ adulterã posse occidi. Sed in Lõbarda maior ratio prohibitionis aderat.vt patet in c.admonere. ibi alleg.& in l. j.ff.de paric. & quia præsumitur seducta ab adultero.l.j.C. de rap.virg.quæ rationes nõ militant in adultero. de quo nõ loquũtur illa iura allegata per glo.vnde ꝙ nõ mutatur,cur stare prohibetur.l.sancimus.C.de test.nã vt dicit Archid.in d.c.inter hæc.nõ debemus dicere ius Canonicũ corrigere ius Ciuile,nisi vbi expresse hoc reperimus.Plus disputãdo dici potest, quòd tex.in c.cũ non ab homine.xxiij.q.v.quẽ allegat illa gl. in c.inter hæc. permittat occidere: vt patet ibi, ab inimico.& ibi,an vlciscendi.quæ verba non restringuntur per subsequen-
88 tia,quæ exemplificant in latrone & iudice:quoniam †exempla licet declarant,non tamen restringunt regulam.l. damni infecti stipulatio.ad fi.ff.de damno infect.l.j.ff.quod vulgo. ff.de vi & vi arm.Igneus in repet.authent. ex causa. col.cxviij. Inimicitia erga adulterum videtur tolerabilis, ne videatur maritus

Exempla nõ restringunt.

ritus

ritus esse leno,& particeps delicti. vt patet ex prædictis. Et vltio est tolerabilis,tam iniuriæ propriæ, quàm publicæ. vt dixi in nono inconuenienti. Item quia non est maritus qui adulterum occidit: sed est ipsemet adulter.gloss.not.in cap.iij.in fine.de furt.Papa Pius epist.iij.contra ducem Austriæ. circa fi. dum sic allego, intellige de epistolis quas ædidit post adeptū Papatū,quæ sunt in altero volumine repositæ: quàm ille quas ædidit dum esset in minoribus,quas tunc allego pro epistolis Aeneæ Syluij:quia sic tunc vocabatur. debet enim abstinere,si non vult occidi. vnde sequitur id quod dicit Stephanus Costa in cap.dilecto.col.ix.de senten.excom.vbi limitat gloss.in d. cap.inter hæc. non procedere, nisi talis concessio esset rationabilis & diuino iuri consonans.† facit Barb.in capitulo, at si 89
clerici. de adult.nume.xcj.dicens, quòd non obstante statuto imponente pro adulteriis pœnam pecuniariam adhuc debebit puniri adulter pœna mortis. Confirmo,quia attento quòd hodie non puniuntur adulteria.vt not.Paul.de Castr.in consil. infrà allegando. Ioann.Fab.in §.ex non scripto. instit.de iur. naturali,gentium & ciuili.col.fin.vbi dicit,† quòd in Francia 90
nunquàm fuit auditum adulterum puniri pœna iuris.Idem in Alemania, dicit Petrus de Rauenna in suo alphabeto. est in dispos.incip.valete.col.v.& sequēti.quæ est ibi impressa circa fin.operis.& sic audies,vt hæc committuntur impune, ita impune laudari. facit pulchrè Lysias in oratione excusatoria à nece adulteri, quæ incipit, Plurimi.in char.fin.saltem timore maritorum abstinebunt adulteri, & coërcebitur incontinentia à iure veteri & nouo prohibita.† vt Anchar.in regula,pos- 91
sessor.colum.xxj.in fin.vij.quæstionis. qui in regula, peccatū. col.xj.quæst.j.dicit,quòd de talibus non cadit directa satisfactio:quia castitas perdita est irrecuperabilis.gloss.in verb.non potest.in l.j.in princ.C.de rap.virg.vbi dicitur,quòd hoc solo priuatur Deus.Ias.in l.j.§.si vir vxorē.ff. de acquir.poss.j.not. Rosarium in ij.parte serm.xxviij.litera H.Paris de syndicatu. char.xxxj. col.ij.dixi suprà, vnde † quando agitur de damno 92
irreparabili etiam contra iudicem: licet se & honorem suum defendere.l.prohibitum.& l.sequen.C. de iur.fisc.lib.x.glossa & Doct.in l.vt vim.ff.de iust.& iur.vbi Claud.col.xij. Nizellus concord.glo.vj.fallent.vlt.col.fi.Paris de syndicatu in ver. resistentia.& c.seq.est char.lxix. licet Afflictus in prima parte, constitutione,pacis cultum.col.xix.latè disputet.† Confirma- 93

Hodie non puniuntur adulteria.

Non cadit satisfactio.

tur,quia licet iura ciuilia non permittant maritum occidere vxorem adulteram:si tamen occidat,propter iustum dolorem mitius punitur. Et sic solũ de excessu:quia debebat se vindicare illũ accusando iudici, nõ occidendo eum authoritate propria,puta pœna relegationis.l. si adulteriũ cum incestu.§.Imperatores.ff.de adult.Adde Alex.lib.vij.consi.cxix nu.viij. in tract.de Perfecto clerico.ij.parte.charta xxxiiij.in q.an liceat occidere pro defensione honoris. Alex.lib.j.consil.lxxvj. visa inquisitione.col.j.& lib.ij.cons.cxl.incip.videtur in casu.col. fi.Cepol.cons.xlij.cum Petrus Malusatus. Afflictus in constitutione,si maritus.Maleretus in tract.de electione. circa char.

Excedens in occidendo mitius punitur.

94 viij.†vbi iracũdia etiã aliunde quàm culpa occisi perueuta alleuiat vt non teneatur ad mortẽ.facit latissimè, & omnino vide Fely.in c.significauit.el.ij.col.fi.de homic.in c.dilecti filij. col.pen.de excep.vbi allegat illud notabile cõs.Paul.de Castr. consil.cxcij.in causa incarceratorum.quod est in ij.lib.consil. cclxxvij.qui idẽ voluit in l.si quis seruo.col.j.C.de fur.vbi licet maritus coẽgerit vxorẽ dare horã adultero vt veniret, & ipse maritus conuocauerat affines cum baculis pro eum baculando,& tamen interfecerunt:dicit ibi Paul.ꝙ debebunt mitius puniri. vnde quia accusando faceret se cucurbitã, & Moder.iudices cõmuniter de hoc riderent,nec facerẽt iustitiam, licuit illã sibi facere propriis manibus: quia nemo vir grauis diceret eum malè fecisse.& Paul.sequitur & cõmendat Io.Lupus in c.per vestras.in viij. ampliatione. de donat.inter vir.& vxor.est in opere.char.lxj.Ang.in Malefic.in verbo,Andream auxiliatorem.col.vij.in verbo,dictus Andr.armatus.col.ij. in verb.sciẽter.col.iij.in ver.& appẽsate.ad fi.& in ver.quas si nõ soluat.col.vj.Paris de syndicatu.in verb.pœnas.vers.tu qui vadis quotidie in Birraria.& Paul.simpliciter sequitur Bologn. cõs.xxiij.col.j.Præpos.in c.porrò.iij.col.de diuor.Ias.in l.j.§. fi.col.iij.ff.de oper.no.nũt. Cepol.cons.xxviij. viso processu. col.pen.& in locis.j.allegãdis.facit Aret.cõs.xxxiiij. visis diligẽter.col.ij.& omnes cõsulẽtes pro Florẽtinis qui occiderãt

95 Cardinalẽ.†idẽ Aret.cons.clxv.sicut.col.pen.Curtius cõs.xx. sæpenumero. col.vj.& cons.seq.col.viij. Tortus cõs.suo impresso ad fi.cõsiliorũ Ant.de But.col.ix.vbi volũt,ꝙ excedẽs moderamẽ inculpatæ tutelæ,qui se defendẽdo occidit alium, debet mitius puniri.Et sic solũ de excessu.Io.Vilemati in rep. l.diuus.ff.de sicar.col.iiij.nu.xxix. Etenim quotiẽs iura iubẽt

pœnam

pœnam mitigari, siue alleuiari, si simus in materia quæ ingerit pœnam mortis, nō debebit quis amplius puniri ad mortē, sed leuius. Roch. in c. fin. col. ij. de consuet. dicens signan. Moder. in apost. Decij in consil. ff. de regu. iur. †Et propterea infert Roch. quòd cū in homicidio iamdiu commisso quis debeat leuius puniri. gl. sing. in l. si diutino. ff. de pœnis. ad quam Parpal. in l. j. C. de precib. imp. of. quis non poterit exinde puniri ad mortē. prout dicimus de eo qui damnatur ex vrgētissimis cōiecturis: quia nunquā potest ad mortē dānari. quod est perpetuo tenendū mēti. secundum Ioan. Vilemati. in repe. d. l. diuus. ff. de sicar. ad fi. Et est etiā notabile illud cōsiliū Paul. & supradicta ad aliud. nā ex quo decreuerūt solū baculare, licet mortuus fuerit ille adulter, debēt etiā mitius puniri. Et sic limitatur c. fi. de homic. lib. vj. plures alias ponit Ioan. Vilemati. vbi s. & plures cōcordātes allegat Hippol. not. clxxvj. incip. volūtas & propositū. Petr. de Rauēna in suo aureo alphabeto. & Catel. in ij. parte Memoral. vterq; in verbo, homicidiū. †vbi propterea inferūt si in ludo, ad pugnā, vel ad pilā, quis occideret aliū, non debet puniri pœna statuti punientis homicidā ad mortē: quia tale statutū debet intelligi de occidēte dolose. idē Paul. in l. iij. C. de episc. aud. in l. j. vbi bona postilla, ff. de legib. & ibi Ias. qui idē tradit in l. sororē. C. de his quib. vt indig. in l. ij. col. ix. ff. si quis in ius voc. non ier. in l. si pater tuus. col. iij. ff. de hære. instit. in l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. vlti. lect. ff. de acquir. poss. Fely. in tract. qūo puniatur conatus. in fi. col. pen. in c. lator. de homic. in suo repertorio. in verbo, statutū. col. pe. Crem. sing. cxlix. Claud. in rep. l. vt vim. col. xxxix. ff. de iust. & iur. Decius cons. j. col. ix. & in c. cognoscentes. ante fi. vj. col. de constit. Alex. in l. & si seuerior. C. ex quib. caus. infam. irrog. & cōs. cix. visis & cōsideratis. col. iiij. lib. j. & cxl. videtur in casu. col. iij. ij. vol. Cepol. cautel. xij. est char. j. in repe. l. j. C. de ser. fug. col. iiij. Et in pluribus cōsiliis suis, vt latè congerit Hipp. in l. de minore. col. vj. ff. de quæst. & d. not. clxxvj. Voluntas & propositū. Cacialup. in repet. l. omnes populi. col. cxj. facit frater Ludouic. de Veritate cōtritionis. char. cxxxix. de circūstātia finis. & si tale homicidiū eueniat inter iocantes, non debet puniri. Socin. lib. j. cons. xvj. Paris in tract. de ludo. col. xiij. in fi. vers. an si ludentes. †Et dum Paul. dicit, ꝙ licuit congregare amicos, adde Claud. in repet. d. l. vt vim. col. xlij. vers. succedit alia quæstio. Fely. in c. quæ in ecclesiarū. col. iij. de

[Margin notes: 96 — Limitatio ad c. fi. de homic. — 97 — Intelligi debet statutū de occidente dolose. — 98 — Licet congregare amicos.]

D

de constit.Cepol.in seruit.vrb.in rub.qualiter quis vti debeat seruitute.cxxj.& cõs.iiij.& lxxiiij.Ias.in ff.de iur.om.iud.ver. ij.l.ij.adde Montefer.in repet.l.nemo potest.col.xj.Hipp.not. clxxv.cõcesso.vbi voluit quòd liceat marito cõgregare amicos pro occidẽdo adulterum, & hoc alij mandare.Isernia in §. conuẽticulas.de pace iur.fir. Et tales amici euntes nulla pœna tenentur. Ias.in l.j.in col.iij. & iiij.ff. de oper.no.nunt.Imò si quis clamet,tenẽtur etiã illi qui nullam habẽt affectionẽ,saltẽ de iure canonico,se honestè interponere.Decius in l.culpa caret.in fi.ff.de reg.iur.Bertach.in repertorio,in verb.acclama-
99 tio.sed Cato dicit,Rumores fuge.† tamen Hadr.Papa noster, in Quodliber. char.xliiij.col.iij.in princ.dicit, quòd si potest auxiliari,& non facit,videtur iniuriantem fouere.est in q.v.&
100 in xj.q.principali. char.pen.vers.tertia pars cõclusionis.†Sed quid si fiãt cõtra clericũ?an incurratur excõmunicatio capituli,si quis suadente diabolo.xvij.q.iiij.vbi gl.nec vult eorũ vestes violari.Hippo.not.clxxxviij.vbi ampliat & limitat. Fely. in c.iij,de sent.excõ.Decius in c.peruenit.el.j.de appel.in tracta.de perfec.cler.char.vj. Afflictus cõstitutione, sine grandi. ij.not.Blondus deca.j.lib.iij.char j.dum dicit,quòd sola Roma florebat.& Papa non potest illud priuilegiũ tollere. Barb. de Cardi.q. j.col.xij. nec prodesset forti.l.quicquid calore.ff. de reg.iur.propter glo.in c.j.de sent.excõ.lib.vj. licet nõ habeat locum retorcutio.& sic titulus quod quis.iur.per ea quæ vult Fely.in c.sanctorũ.de præscr.breuiter limitatur in clerico reperto in flagranti crimine cũ filia occiso.Hipp.in l.j.col. ix.ff.de quæst.& xvj.limitationes ad illud cap.si quis suadẽte. ponit Rosariũ Busti.ij.parte. serm.xxxvij.& chart.cccl xxvij.
156 † quòd etiam secuta copula,quòd propter manifestum adulterium vxoris licitum est intrare religionem.Ergo & aliam ducere.quia matrimonium est religio,& sacramentum à Deo institutum.vt infrà dicetur. ¶ Sexto facit Marian. Socin.consi. xxviij.circa primum.quē refert Decius d.consi.cxij.ad fin.qui dicit,iustam causam dispensationis in matrimonio secuta copula esse,si iuuenis fuerit caliditate mulieris circumuentus.& idē dicit Marian.col.penul.quando quodāmodo certum est illam mulierem fidem non seruaturam.sed meretricaturam.

157 ¶ Septimo facit,† quia in tantum astringitur episcopus Ecclesiæ suæ,sicut vir vxori suæ.cap. sicuti.vij.q.j. & tamen ex causa potest ad aliam transire ea relicta.cap.quia frater.in fi.ead. causa,& q.ergo pari modo ex causa maritus poterit aliā capere.vide tamē Barb.in c.ꝑ trāslationem.col.xvj.& seq. de offic.leg.

¶ Octa

¶ Octauo.facit,† quia propter adulteriũ mulier perdit omne 158
ius quod habet in marito.Panor.in cap.literas.de rest. spol.sic respondens ad c. agathosa.nec habet aliquod priuilegium ex matrimonio quod violauit. Decius in c. pastoralis. col.pen.de iudic.ergo nulla fit sibi iniuria per talem dispensationem.
¶ Nono facit, † quòd illa regula, Quos Deus coniunxit,ho- 159
mo non separet:non debet ita asperè intelligi,quin patiatur limitationẽ ex causa legitima.cap.quos Deus. xxxiij.q.ij. Oldr. consi.cxlviij.factum est tale.col.fi.quia si vult intrare religionẽ de partis consensu,etiã post copulam,permittitur.c.cùm sis. & cap.vxoratus.de conuers.coniug.Ioan.Montolonius in Promptuario Iuris.in vers.vxor.col.iiij. iniquũ est enim regulã non fallere, vbi æquitas suadeat:vt ĩ. dicam in viij.limitatione ad regulam,quòd est tenenda cõmunis opin. patet,† quia licet in 160
inferno nulla sit redẽptio, exinde tamen extractus fuit Traianus.Enchir.milit. char. xxxvj. frater Syluester cõtra Lutherũ char.xxvj.Luc.de Penna in l.nemo carcerem.C. de exact. trib. lib.x.col.iiij.facit Barbat.in c.cum tãto.col.vij.de consuet.dicens.quòd Papa ex causa limitat illud, Quod Deus coniunxit, &c.Item licet Deus prohibuerit furtum,præcepit tamẽ Iudæis furari Aegyptios,& ex aliis pluribus quæ solẽt adducere Theologi,defendẽtes Conceptionẽ beatæ Virginis, quæ fuit contra communes regulas:& ponit Io. Mõtolonius in Promptuario Iuris.in verb.Dauid.in fi.ij.col.† Et ita vidimus super matri- 161
monio carnali copula cõsummato fuisse dispẽsatum per Alexandrum Papam sextũ in filia sua d.Pisauri.&.vt intelligo, de consilio Præpositi Mediolanen.tunc Cardinalis, quem ŝ.retuli:& idem postea dispensauit ipse cum Ludouico xij.Francorũ rege:vt Gaguinus in principio vitæ illius. & Nicol. Boërij, in tract.seu consilio de pot.leg.Et hoc fortè est illud quod volebat Petrus Iacobi dicere in sua Practica.in rub.de statu Curiæ Romanæ,quẽ refert Formarium prouinciale.char. l. dũ dicit, quòd plura essent corrigenda in legibus disponentibus circa matrimonia & circa vsuras.& quædã alia. idem dicit Roffred. in rub.quando possit votũ redimi vel commutari.allegans de hoc Innoc.iij.& dato quòd esset aliquod dubium.Papę spectat illius declaratio.c. per venerabilem. qui filij sint legit. Syluester cõtra Lutherum.Hadrianus Papa noster in Quodlibetis. char.iiij.col.j.& chart. xv. col.iiij.in fin. & in quæst.x.colum. xj.Nicol.Boërij de potestate Legati.char.vj.in princip.

¶ † No

162 ¶ † Nono principaliter allegantur alij infiniti sinistri mores quib. sunt imbutæ mulieres, quos longũ esset enarrare: vt Luc. de Penna. in l. j. col. j. C. de mul. & in quo loc. lib. x. facit gl. in l. nam ad ea. ff. de legib. & Odofr. in l. ij. in tertia differentia. C. de his qui ven. ætá. impet. quòd in nulla muliere est probitas animi, nec instituta morum, nisi sanctificetur: quamuis sit sagacior, quàm masculi in retẽtione rerũ suarum: quia auarissimũ est genus mulierum. & Socin. lib. iij. consi. lxxv. difficultatem. num. v. quòd mulieres sunt instabiles, infestãtes viros auarissimè: & Iura præsumunt omnes esse malas cõmuniter, quòd habent multas malitias & vitia quæ narrari difficile esset. Et si sit aliqua bona: rara auis in terris, nigróq; simillima cygno. Lancel. in l. qui Marco. ff. de ann. leg. & si omnia deberent enumerari, eueniret illud Iuuenalis, quẽ refert Alex. lib. ij. cõs. xliiij. viso & discusso. col. j. Scriptus & in tergo, necdũ finitus Orestes. &, vt inquit Diogenes, Nulla tam bona vxor, in qua non inuenias quid. & Terentius: Cẽsen'te posse reperire vllam mulierem quæ careat culpa? videre potes de istis in locis allegatis suprà in primis verbis conclusionis. Et vltra ibi adducta, vide latè Comicos & Satyricos etiam, præsertim de quibus in cap. satyra. ij. dist. Carmelitanum in Bucolic. ecloga. iiij. Merlinum Cocaium Macaronices lib. iiij. ante fin. Bibliam Auream cap. xvj. de fallaciis mulierum. Platinam contra mores. char. pen. & fin. Rosariũ Busti lib. ij. serm. xxviij. ij. parte. litera d. Claud. super Luc. tract. v. super ij. cap. circa prin. Et tu Hispane Sempronium apud Celestinam. cap. j. Et tu Galle vltra Matheolum bigamum potes videre opera magistri Alani Cartherij. Romanum de la Rosa, id est vulgare. Cardin. in clemen. si beneficiorum. quæst. x. de deci. Les dictz de la chiche face, La patience des femmes auec leurs maris, Le trop tost marié, Les secretz & loys de Mariage, Les abus du mõde. ante medium. Le debat de l'homme & de la femme, Lamẽtationẽ noui nupti ad septẽ sapientes Romanos, & quindecim lætitias matrimonij. & tu Zarratane malitias mulierum editas per Io. Alexandrinũ, dictum Florentinũ. & Sonaleũ mulierum. Item & Campanellam mulierum. Ludouicũ Ariostũ in Orlando furioso. cantu xxv. charta antepen. & cantu xxvj. per totum. Corbaciũ, & Nouellas Io. Boccatij, & Manganellum. plura traduntur in Polyanthea. in verb. aduiterium. in verb. matrimonium. in verb mulier. Albericus. in dictionario. in verb. mulier ad hominem.

Omnis mulier mala.

Qui scribãt mala de mulieribus.

Malleus maleficarũ prima parte, in tertia difficultate, quo ad ipsas maleficas dæmonibus se subiiciẽtes, vbi ꝑ tres chart. adducũtur infinitæ authoritates Sacræ scripturæ. & inquit Erasmus ij. parte Prouerb. dccclxxxvj. fœmina nihil pestiletius. ꝙ hodie mulieres strenuæ dant operã ne Poëtæ planè vaniloqui fuisse videantur: & quot ma lis occasionẽ præbuerint, latè Musonius, quem Latinũ fecit Stephanus de Nigris in tract. de nimia obsoniorũ appetentia. in vltimis chart. & Chria. iij. Symphorianus de bello medicinali. c. ix. circa fin. Nec desunt qui dicant, dæmones, qui neutrales fuerunt, propterea non fuisse demersos in profundum cum Lucifero: quia remanserunt nõ in aëre, vt quidam putant, sed in corporibus mulierũ, vt viros crucient. † Sunt etiam qui enumerent septem mulierum proprietates, Sanctas videlicet in Ecclesia, Angelos in accessu, Dæmones in domo. Bubones in fenestra, Picas in porta, Capras in horto, Fœtorem in lecto. Alij enumerãt per ætates singulo septennio quid exerceat fœmina. Primo ergo septẽnio, quòd est lena, id est, quia mater per eam cũ sit infantula nec exinde cõcipere malitiã posse, mittit vocatũ Amasium. Secundo septennio est virgo. Tertio est philocapta. Quarto septẽnio est meretrix. Quinto, est iuuenca seu porca. Sexto, iterũ lena. Septimo, reuenditrix. Octauo septẽnio mendicat cum dolio ad vinum. Nono septẽnio efficitur strigha: & tandem comburitur. Somnium Viridarij lib. j. c. clxxxvij. col. viij. enumerat nouem mulierum vitia semper cum authoritate legali. vltra quas enumerat Capella Tholosana. q. ccccxviij. incip. Nũquid canonici. & Archiepisc. Flor. in iij. parte Summæ. ti. j. c. xxv. vbi earum vitia per ordinẽ alphabeti ad singulam literam vnum earũ crimen adaptat, & glossat, & Alberic. in Dictionario. & Io. Montolonius in Prõptuario Iuris. in verb. mulier. in fi. iij. col. vbi referunt dicta Secundi Philosophi. Omitto illud, Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens. de quo Hadria. Papa noster quodlibet. iiij. est char. xxxviij. col. iij. & q. x. c. iij. petitur. col. j. est char. cv. † in multis præterea sunt deterioris cõditionis, quàm viri. Iacobinus de sancto Georgio in sua inuestitura. in versic. Marchio in Italia. & xxxvj. casus de hoc enumerat Spec. in tit. de procurat. §. j. col. iij. & xiij. vbi sunt melioris conditionis, quàm viri. vide aliquos per Io. Montolonium in Promptuario Iuris. in verb. fœmina. latissimè Deciũ in l. ij. ff. de reg. iur. vbi Io. Pirrhus. Afflictus in cõstitutione, mulie-

163 Proprij defectus mulierum.

164

res.Platina contra amores.char.v. Aegid.de reg.princip.lib.j. parte ij.c.xviij.dicēs,quòd est quasi vir imperfectus.Bolog.in Theodosiana.in vers.& si quis est.char.xxix. Et Gammarus in trac.de extensione.char.v. col.ij. allegat quendā Poëtam Moder.in Bucolicis canere,Fœmineum genus crudele,superbum, &c.Et Carmelitanus ecloga iiij. pro quo Cornazanus in prouerb.se ne accorgerebe gli orbi.chart.iiij.ibi,Ah pereat quisquis demens in coniuge fidit &c. sed cum Carmelitano protestatur se nō tenere Guilielmus Rouille in tract.de descriptione Iustit:lib.ij.c.xj.Somnium Viridarij lib.j.c.clxxxvij.incip. secundū Isidor.est char.lxvj.vbi col.viij.enumerat nouem vitia mulierum.Petrus Subert.in vinea Domini.iiij. parte.c.xx.

Mulieres deterioris conditionis.

165 †de abusibus & defectibus.col.j.Luc.de Pēna in l.j.C.de mul. & in quo loco.lib.x.col.j.quia non est ad imaginem Dei. cap. hæc imago.xxxiij.q.v.est imperfectioris virtutis & imbecillioris naturæ.Soci.in l.si mulier.ff.de reb.dub. in l. quæ cōditio.§.j.ff.de cōdi.& demō.& habetur in tract. de perfecto clerico.iiij.char.ij. partis, in secūdo requisito,quòd sit masculus & nō fœmina.Spec.in titu.de actore.vers.itē opponitur.quòd

166 est prodigus.alleg.in l.filia in orbitate.C. de inof.testa. †imò prohibentur intrare plures capellas Ecclesiarum:vt in ecclesia S.Io.in Burgo Papiæ.in quadam capella, sub penna mortis furentis.secūdum Iac.Gualam in sanctuario Papiæ.chart.iiij.est lib.iiij.idem dicitur in capella S.Io.Baptistæ Ianuæ.idē in Ecclesia S.Fiacri Scoti.& qui temerè tentauerunt ingredi, in rabiem versæ sunt.Gaguinus in vita Clotarij ij.ad fin. Et sic patet quòd l.maximum vitium.C.de liber.præter. impropriè loquitur.& quòd qui non faciunt differentiā inter masculum & fœminā,sapere volūt vltra quàm oporteat.Eccles.j.id est vltra Deū & naturā.d.c.hæc imago. faciūt quæ tradit frater Samuel de Cassinis in trac. ꝙ non est possibile aliquā mulierem, licet sanctissimā,recipere stigmata,prout habuit S.Frācifcus:& mulieres etiā prohibebantur interesse sacro Herculis.fac.Bonon. in annotatis Ad Siliū Italicū,est in annotatis variis,fol.cxciij. habent etiā caput dissimile viro: vt infrà dicam,respondendo ad sextū contrariū de fatuitate. quam differentiā cognoscunt etiam sepultores, quādo exhumant arida capita mortuorum.

167 †Et ex diuino præcepto debent mulieres viris seruire.Genes. iij.Et dicit Formariū Prouinciale,chart.l.allegādo S. August. quòd in tota sacra Scriptura non legitur quòd fœmina vnquā successſ

succeſſerit in regno.pro quo Afflictus cōſtitutione, in aliquibus.col.ij.Eraſmus ij.parte prouerb.cccclxxxiij. mulier impe rator,& mulier mi les. & Socin.inter feudalia Bruni. conſil.x. viſa quæſtione.col.ij.dicit, quòd mulieribus propter fragilita tem ſexus dominari non conuenit.vide Iacobinum in inueſtitura.in verb.Marchio.col.j.in verbo,pro ſe & fœminis.co.ij. in vij.limitatione.Curtium Iuniorem in trac.de feud.iij.parte.q.j.in princip.& dicit Luc.de penna.in l.pen.C.de profeſ.& med.libr.x. quòd ſi regna regunt vuluæ, gens tota proclamat ſimul:& ibi plura in propoſito. & in veritate, ſexus virilis eſt dignior:& quia negari non poteſt, hoc etiā fatentur ipſæmet mulieres. quicquid dicat Agrippa in tract.de dignitate fœminei ſexus.quem refert Bonon.in tract.de nobilitate.iiij.parte. num.26. Et vide mulieresmet ſi pariāt filiā, qualiter ſint mœſtæ.eis enim cōueniūt verba Marſilij Ficini lib.iij.char. lxx. epiſtola incip.habeo.vbi dicit, de tertia filia nuper tibi nata, non prius faciam verbum, quàm reſciuero cōgratulaturúsne ſim,an conſolaturus,gaude tamē,vtcunq; ſit,regis magni mu neribus. nihil enim à magno paruum vel cōtemnendum:quia magnæ dotes quæ dantur hodie,euiſcerant opes agnatorum. Bal.in l.quòd ſcitis.col.ij.C.de bon.quæ lib. Sed nūc inoleuit conſuetudo,quòd cōiungant ſolum vnam, aliàs omnes dedicant Monaſteriis:aliqui Romæ (proh ſcelus) faciūt eas lucrari dotes cum aliquo magnate antequam nubant. †Et hæc no- 168
ta pro defenſione l.Salicæ in Gallia,quā latè tuetur Ioan. Pyrrhus.ff.de reg.iur. per xx. fundamēta.de cuius origine Gaguinus in Chronica Franciæ.chart.iij.Corſet.de poteſtate regia. q.lxvj.Vincētius in allegationib.de bello Italico. chart. xxxvij.Claudius in Monarchia Franciæ.parte j.c.vij. †Et faciunt 169
etiā pro defenſione ſtatutorū cōiter vigētium per Italiam, ꝙ ſtantib.maſculis fœminæ nō ſuccedāt. quod eſt cōforme iuri diuino. Fely.in c.Eccleſia.col.iij.de cōſti.facit Barb.in c. Raynutius.de teſt.col.xxxv.Et cōſequēter eſt fauorabile, quia reducit nos ad ius magis antiquū,ſcilicet xij.tabularū. Curtius Iunior conſ.ix.Bolog.cōſ.lxix.col.pen. Calcan. cōſ.xlviij. viſo dicto caſu.col.ij.imò ad ius diuinū.Corn.cōſ.cxv.in hac cō ſultatione.in fi.col.ij.eſt de mēte Iaſ.in l.inter ſtipulantē.§.ſacram.col.antepen.ff.de verb.obli. licet Decius dubitet.in l.ſi quis nec cauſam.col.j. ff.ſi cer.pet.& l.Salica,& l.Lōbarda, & l.Barbara prohibēt eas ſuccedere,ſtantib.maſculis.Iac.Ardix.

in Summa Feudali.chart.xxv.est in c.iij.part.col.iij. vide latè Brunū in tractaliū statutorum.in articulo ij.& in iiij. Matth. de Afflictis in constitutione,in quæstionib.col.ij.& v. Baueriū in §.sed hæc quidē.instit.de exhær.lib.col.j.faciūt quæ dicā j. char.pen.ꝙ in dubio tenēda est communis opin. quæ reducit nos ad ius antiquius. Et propterea ad euitādū multas amaritudines quæ circa talia statuta oriūtur, vidi aliàs illud sic dictari:Rubrica,Ne mulieres succedāt extātib.masculis.Sunt qui à nuptiis mulierū locupletū abstinēt: quia diuitiæ mulieres ad pōpas quæ vagādi & luxuriæ incitamēta existūt,sępius impellāt,& ad viris minus obsequendū. Alij ecōtrà,diuitias.animæ, & corpori præponētes,in raptus & clādestina matrimonia irreuerēter prorūpūt.Ad hæc igitur obuiāda, diuitiásq; in agnationibus quib.fauere intēdunt,ad reipublicæ vtilitatē conseruandas,authoritate Legis diuinæ duodecim Tabularū, feudalium consuetudinū, & statutorū communiter in Italia mulieres excludentiū plenè confisi,fauorabiliter statuerūt, ꝙ nulla mulier cuiusuis ætatis vel cōditionis maritata, vel non, possit vllo vnquā seu quouis tēpore succedere ascendentibus,vel descendētibus,aut trāsuersalibus,cuiusuis sexus seu gradus,quādiu in agnatione eius, de cuius successione agitur, masculus naturalis & legitimus successibilis superfuerit etiā remotissimi gradus:volens vel pupillū vel eius tutorē tali mulieri, vni, seu pluribus,cui talis successio iure cōmuni primo loco deuoluebatur, alimēta seu cōgruas dotes præstare, si eas aliūde mulier nō habeat præsénsq; statutū sic procedat efficaciter & intantū,ꝙ nec legitimā seu eius supplementū aliàs fortè debitū vllatenus petere possint.& etiā si is defunctus masculo ex altero tantùm, mulieri verò ex vtroq; latere vel gradu cōiunctus fuerit,muliérq; donata in quātauis summa non cōputetur seu locū teneat in computatione legitimæ, inter quasuis personas: sed pro mortua habeatur.Ad agnatos autē masculos non religiosos, nō in sacris existētes (quia eos nec locū,nec gradū tenere vel facere intendunt)talium defunctorū successio omnimoda deferatur integraliter secundū iuris ciuilis dispositionem:ipsis mulieribus.& quibuscūq; ab eis gradū vel causam sumētibus penitus exclusis.Excipiētes semper matrē,quæ ad secūda voto nōdū trāsierit,in cui⁹ prole nullus masculus superesset:vel quādo ex dispositione aliqua expressa inter viuos,vel per vltimā voluntatem aliquid mulieri cuipiā obuenisset.De-

creue

creueram hic finem facere primo libro, materiámq; argumentorum subsequentem in loco magis congruo in vltimo libro subiicere. At quia nimis esset fastidiosa digressio illius loci ad ibi subsequentia, putaui melius esse hic eam annectere: vbi ex quo librũ terminet digressio, nõ esset ita molesta. †Et quia (vt 170
inquit Themistius in primo Physicorũ, quem refert frater Isidorus in primis verbis tractatus de Imperio Ecclesiæ militãtis) initium eorum quæ dicturi sumus cõmodissimũ est percunctari quid significet nomen. Item quæstio, nempe quid nominis in scientiis præsupponitur: vt in primo Posteriorum. & Rosarium Busti j. parte. serm. xiij. litera d. & ij. parte. serm. xiij. in princ. j. partis. qui allegãt Platon. in Timæo. Cicero primo Officior. vbi pulchrè in cõmento, quòd omnis quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à diffinitione proficisci, vt intelligatur quid sit id de quo disputatur. & eum refert gl. xiiij. Regul. Cãcellariæ. Periglus in repet. l. in suis. ff. de lib. & posth. col. vj. Et dicit Ang. consil. cx. incipiente, sanctissima. circa princ. quòd reprehensibile est loquẽti, propriam vocem ignorare, & prius determinare, quàm terminos intelligere: & nisi sciantur principia artis principiata, processus ignorare est necesse. refert & sequitur Io. Rugerij in repet. rub. de cauf. poss. & propr. in princip. Et Aristot. j. Elench. dicit, quòd qui virtutes vocabulorum ignorant, de facili decipiuntur. Et Isidor. in j. Etymol. nisi nomen rei scieris, cognitio rei perit. †& Iuri- 171
stæ semper debent ponderare vocabula, in quibus exponendis etiam attenditur vsus & cõsuetudo. Afflictus in prooemio cõstitutionum regni. col. ij. facit gl. Regulæ Cancell. xxiij. & Io. Montagne in tract. de bigam. q. ij. est char. xij. facit l. j. ff. de iust. & iur. & l. j. ff. si cert. pet. cum sim. vt Bertach. in princ. præludiorũ tractatus de gabel. Baptista de sancto Blasio in arbore actionũ. char. xxv. §. ex stipulatione arrogati, vers. nunc verò. vbi allegat l. j. ff. de testam. & l. omnis diffinitio. ff. de regul. iur. facit Lud. Tessera in rub. ff. de reb. dub. Col. Bon. in tract. de nobilitate. in princip. j. & ij. partis. Et etiam solemus dicere quòd qui nescit diffinire & distinguere, nescit disputare. Ego tamen non intendo diffinire. †Quia diffinitio est propositio 172
substantiæ, propriam qualitatẽ comprehendens. ij. Metaphysicæ. refert Bal. in prooemio Decretal. Boschinus in rub. de cõstit. in fi. col. xxvj. & Philosophus in Topic. dicit, quòd diffinitio est, quæ quod est esse significat. vbi Cic. char. iij. dicit, quòd est ora-

tio,quæ id quod diffinitur, explicat quid sit. Et ideò labor iosa. hinc dicit Io. Garonis in rub. de causa pos.& proprie. char. x. diffinitiones sunt fastidiosæ:quia etiã peritissimi nesciuerũt
173 diffinire. † & propterea dicimus ꝙ omnis diffinitio in iure periculosa est,parũ est enim vt nõ subuerti possit.l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur. Dy. in regula,non licet. ante med. Panor. in rub.de sent.excõ. & patitur diffinitio de facili calũniã cùm ad eã sit facilis argumẽtatio.Hadr. Papa noster q.xj.quodlib. viij.Ratio huius difficultatis potest esse propter plura requisi
174 ta in diffinitiõe.†Requiritur enim primò,quia diffinitio debet cõueniri cum suo diffinito. Bustus in Defensorio mõtis, char.xxxix.col. iij.& col.j.dicit,cui nõ cõpetit diffinitio, non cõpetit diffinitũ.& char.iiij.col.ij.ꝙ cui competit diffinitio, cõpetit diffinitum.Et benè arguitur à vera & formali diffinitione ad suũ diffinitũ,& ecõtrà.Et quòd debeat conuerti cum omni suo diffinito,tenet Bart.per illũ text.in l.j.§. dolũ.ff. de dol.in l.j.ff.de test.Ias.in rub.C.qui admit.col.iiij.in l.si is qui pro emptore.col.xlviij.vers.circa primũ.ff.de vsuc.Bon.de no
175 bilitate.iij.parte,nu.cv.†Intellige dum dicit quòd debet conuerti cum diffinito,scilicet quòd tamẽ sufficit quòd hoc sit cõsiderãdo illud quod plerũq; & regulariter cõtingit:non tamẽ vt attẽdatur quod in aliquibus casibus cõtra regulã reperitur. Decius in prima lect.rubri.de iud.col.iiij.vbi in v.facit frater Stephan.in tract.de Iubileo.char.lxj.qui allegando Philosop. dicit quòd nõ est necesse partes diffinitionis esse proprias, id est cõuertibiles:sed bene ipsam totã diffinitionẽ: quia partes sunt in plus,totũ est in æquo.Et ibi per plures char.multa ponit,dũ defendit diffinitiones orationis.Secũdò,intellige sufficere in effectu: scilicet quòd effectualiter cõuertatur cũ diffi-
176 nito.Socyn.in rub.ff. de cond.& demõ.†Secũdò,principaliter debet diffinitio ponere substantiam diffiniti. quod intelligit Roch.in rub.de cõsuet.col.iij. ꝙ nõ tamẽ est opus exprimere substãtialia rei diffinitæ: sed bene substãtiã & quiditatẽ ipsius rei. Tertiò, diffinitio à nullo diffinito separari potest. Quartò,nõ debet cõpetere alteri à diffinito. Ista ponit Ias.in d.l.si.
177 is qui pro emptore.col.xlviij. versi.circa primũ.†Et vnius rei est tantũ vna diffinitio Aristot.vj.Topic.quod intellige respectu eiusdẽ.nam secũdũ diuersas causas & respectus, potest idẽ diuersimodè diffiniri.vt per eũ in ij.de Anima,dũ ponit diuersas diffinitiones animæ.Et propterea ipse dicit in viij.Metha-

phys.

phyſ.quòd diffinitiones quædam ſunt per materiam,quædam per formã, quædam per vtrũq;. Et illæ tantũ ſunt perfectæ.refert Buſt⁹ in j.parte ſui Roſarij.ſerm.xiij.litera d.in fi.†Quin- 178
tò,diffinitio debet continere genus, ſub quo res eſt diffinita, & differentias:vt per hoc appareat ꝙ differt ab aliis ſpeciebus contẽtis ſub illo genere,ſecundũ Bart.in d.l.j.ff.de teſt.& Bal. in c.cõtingit ad fi.de dol.& cõtu.ponẽs exẽplum.vt, homo eſt animal rationale,mortale.†& in hoc ſecundũ eum,differt dif- 179
finitio à deſcriptione: quia deſcriptio datur per genus & propriũ:vt,homo eſt animal riſibile:& hanc differentiã ponit etiã Cornucopia. Dicit tamen Decius in rub.extrà de probat.col. iiij.verſic.ex quo infero,ꝙ in iure ſatis videtur eſſe diffinitionem cõſtare ex genere & differẽtiis, quomodocũq; illud fiat, ita quòd res diffinita ab aliis rebus diſcernatur. Et in rubr.de iud.j.lect.col.v.dicit, quòd ſufficit diffinitionẽ cõſtare ex genere & differẽtiis,quæ capiuntur vt quandoque ab eſſentia & quiditate rei diffinitæ,& à cauſa finali:quãdoq; etiã differẽtiæ colligũtur,cõſiderãdo illud quod diffinitur ꝑut ineſſe ꝓducitur.Plus Iaſ.legẽdo,me audiente,ſemel dixit,ꝙ dum dicitur diffinitionẽ debere cõſtare ex genere & differẽtiis:hoc eſt verũ ſecundũ Artiſtas,non autẽ ſecũdũ Legiſtas.†Sextò,in diffi- 180
nitionibus verba debẽt capi ꝓpriè:intellige tamẽ in eo quod diffinitur.ſecũdũ Deciũ in rub.extrà de ꝓbat.col.iij.verſ.prędicta ſaluatio. quia diffinitio rei oſtẽdit proprietatẽ vocabuli.Aret.cõſi.v. in cauſa.circa med.Roch.in rub.de cõſuet.col. iij.& Socy.in rub.de cõdit.& demõſt.dicit,verba diffinitionis bene poſſunt capi largo modo,quod intelligit Dec.in d.rubr. de ꝓbat.co.iij.verſ.iij.diffinitio.hoc eſſet verũ ad hoc vt diffinitio ſaluetur:nõ autẽ vt impugnetur. † Item in diffinitione 181
cauſa non debet per effectũ diffiniri; quia cauſa differt à cauſato.niſi eſſet talis effectus, qui immediatè ſequatur. & cõuertatur cum diffinito,& nõ ſeparetur à re diffinita, ſed cũ ea relationẽ habeat, ſecũdũ Deciũ in d.rub.de ꝓbat.col.v.verſ.vlterius & poſtremo. facit Io.Rugerij.in repet.rub.de cauſa poſ. & ꝓpric.char.ij. vbi ſubiũgit ꝙ debet diffinire cauſam finalẽ ad omnes partes.Nõ tñ propterea eſt opus in diffinitione exprimere modũ,per quẽ ineſſe producitᷣ illud quod diffinitur: quia in diffinitione poſita quiditate rei.aliud nõ requiritur:licet aliquãdo in iure hoc cõſideretur,ſcilicet ꝑut eſt in fieri.ita Decius in d.rub.de ꝓbat.col.iiij.verſ.ij.fuit diffinitio.Itẽ non

est opus in diffinitiōe exprimere omnia necessaria in actu diffinito. secundū Deciū in rub. de iud. in ij. lect. in iiij. col. Itē nō est opus exprimere causam efficiētē. Roch. in rubr. de consuet. col. iiij. Et vide pulchrè pro diffinitione nominis, Io. Anneum in antiquit. char. clx. dū loquitur, quare dicatur Viterbiū. in q. xvj. vbi ponit modū cognoscēdi verum nomē alicuius rei. Est enim arguere idē quod respōdere. iuxta illud: Degeneres animos timor arguit: & quod Græcè dicitur syllogismus, Latinè dicitur argumētatio: id est quasi argutæ mētis oratio, qua inuentū probabile exequimur. secundū Isidor. lib. ij. Et hic. c. ix.
182 † & dicimus argumētū, quasi arguēs mentē. Alberi. in Dictionario. in verb. argumentū. l. desideriū. C. depos. vel quasi argutè inuētū. c. forus. §. argumētū. de verb. sig. Socy. lib. j. cōs. xxxviij. pro decisione. col. ij. versi. iij. ꝓbatur. facit. l. qui filiū in fin. ff. ad Treb. c. inter quatuor. de cleric. peregr. vbi glo. Barbat. in c. nullus. col. ix. de for. cōp. in c. prudētiā. §. j. de off. deleg. & in
183 rub. de probat. col. iiij. vbi dicit, ꝙ † argumentū idē est quod arguitè probare: & ꝙ nō est propriè probatio, sed quędā subtilis inductio: quia vbi in iure nō est casus legis, sed per aliquā subtilē inductionē ꝓbatur, ille casus tūc dicitur argumētū: licet virtus legū sit in inductiōe. vt ibi per eū. & in c. j. de lit. cōtest. not. lvj. vbi & in rub. C. qui ad. col. lxiij. inuehit contra gl. & antiquos, qui nō inducebāt iura quæ allegabāt. Ad prędicta facit Bal. & Hipp. in rub. C. de probat. col. j. dicētes, ꝓpterea ꝙ argumentū propriè est Legistarū & Artistarū: nō autē testium vel tabellionum. hinc dicimus ꝙ per argumēta causa deciditur, id est, per rationē disputādi. d. l. quæ filiū. quæ testibus non conuenit. & sequitur Dec. in rubr. extrà eod. col. iij. facit Flori. quē refert & sequitur Io. de Ana. in c. cùm in diœcesi. col. j. de vsur. dicēs, quòd argumētum non dicitur legitima probatio: quia non infert propriè necessariò, sed per cōiecturā. Et prædicta ꝓcedunt propriè & strictè capiēdo istud verbū argume-
184 tū. † Aliter autē & largius capitur, vt diffinit Bal. in l. conuenticulam. C. de epis. & cler. col. ij. & Alberi. in d. verb. argumentum. scilicet argumētū est rei dubiè faciēs fidē: & ꝙ propterea omnis bona ratio potest dici argumentū. ex quo quicquid facit fidem de re dubia, dicitur argumentū. facit gl. in d. c. inter quatuor. tex. in c. cùm ex iniūcto. vers. ꝙ si fortè. de hære. Luc. de Penna in l. j. col. penul. C. de apoc. pub. lib. xij. vnde Bald. in d. l. cōuēticulam. col. ij. promittit prius se velle tractare de argumento

gumēto artificiali, seu disputatorio, prout cōuenit Legistis: & de isto plenè tractabimus. secūdò de argumēto à ratione naturali, ꝓut conuenit testi: quia eius ratio debet esse naturalis. & de hoc secūdo nō dicā, nisi inquātū includetur sub primo. Nec ob. ꝙ diffinitio Bal. deberet potius cōuenire argumēto strictè & in specie, ꝓut debēt capi verba in diffinitiōe: quia respōdet Dec. vbi s. ꝙ imò impropriātur pro saluāda diffinitiōe. quod omitto. ꝙ Alb. in Dictionario ponit pro modo arguēdi, scilicet lege, ratione, & exemplo. c. forus. de verb. sig. Spec. in tit. de aduocat. §. iam nūc vidēdū. vers. verū. & est modus quo solent etiā vti prædicatores in Sermonib. & diffusè vnūquodq; probat Alber. in ij. col. latissimè & subtilissimè Salomon. instit. de iure natur. gent. & ciui. in repet. §. responsa. char. vij. & seq. vbi addit. iiij. scilicet authoritate. Ego in primis euacuabo dicta Bal. in d. l. cōuēticulā. per modū summarij, qui vt plurimū arguit ab vna re: tñ prout ante eum fecerat Dyn. in tract. suo, De modo arguendi. & fuit modus Philosoph. in Topic. vt ibi clarius Cicer. licet Io. Bapt. Castellonius in addit. ad Alber. attribuat illū tract. d. Bar. postea pariter euacuabo dicta Alber. qui etiā subiūgit argumēta de vna re ad aliā, addēdo d. Moder. Et vt breuior sim, vbi incipiā allegationē meā, à tex. legis, tūc tene illud esse Alberic. etiā ꝙ eum non nominem. nec allegabo cōcordātes suos, quos p se quilibet poterit videre: vbi aūt incipiam allegationē à nomine Doctoris, illud nō inuenies in Alber. & vbi nominauero Bal. absq; loco vbi hoc dicat, erit in d. l. cōuenticulā. vbi verò allegabo Dyn. recurre ad illū suū paruulū tractatū Argumētorū: in quo ponit solū xlij. ego ponam vltra cccxxv. Et vt citius inuenias, sequar ordinē alphab. Et licet incipiā argumenta ab vna re tantū, antequam de vna re ad aliam, ne habeā facere parētesim: pono modū inducendi iura, quibus arguimus de vna re ad aliam. †Vnde quotiescunq; videmus ꝙ lex duas res æquiparat: puta de eis disponēdo vno & eodem modo, tunc dicimus quòd valet argumentū de vna ex illis rebus ad aliā. per regulā. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. vbi Ias. col. pen. in vj. not. qui eam etiā tradit in l. in testamento. la j. ij. not. C. de testam. milit. vult quòd† quādo vna determinatio respicit duo determinabilia, debet ea æqualiter determinare: quia virtus termini ad quem fit æquiparatio, trāsfunditur in terminum æquiparatum. l. j. ff. de leg. j. vbi Bartol. post lac. de Aret. ita Socyn. lib. ij. consil. cclxv. visis inuestituris. col.

185 186

x. Hinc dicit Barb. lib. ij. consil. xliij. sempiterna. col. xj. ꝙ vbicunq; vnū determinās sequitur plura determinabilia, tunc illa determinat secūdum naturam & qualitatem vniuscuiusque. Et idem in qualitatibus: quia etiam debent æqualiter determinari. secundū Socyn. in l. si filius qui patri. col. vij. ff. de vulg. & pup. licet vnū determinabilium nūquam determinet alterum.
187 secundū Lancel. in l. ij. C. de impub. & aliis subst. † Secūdò, potes inducere secundum aliam regulam, ꝙ vna & eadē dispositio non debet diuerso iure cēseri. l. cum qui ædes. ff. de vsucap. l. j. ff. de rerum permut. vbi Ias. ij. not. allegat etiā c. cùm in tui. de deci. & alios concord. qui ita arguit in l. potuit. col. j. C. de iure delib. latius Socyn. in l. si cui. col. ij. de cōndit. & demonst. Zanetinus in disput. incip. in sacro. col. lxxix. vers. non ob. vltimum. ex cuius dictis & Rochi latius in c. si. col. xxiiij. de cōsuet. & Picus in repet. l. in quartam. col. xliij. colligere potes
188 octo limitationes ad istam regulam. † Tertiò, potes aliter inducere: quando plura sunt sub eodem constructu verborum, debent omnia pariformiter intelligi. c. maiores. de baptism. in verb. similiter. Roch. vbi s. facit l. Seia. §. Gaio. ff. de fun. instruc. quam allegat Tortus in consil. pro Florentinis. col. iij. facit Bart. in l. talis scriptura. post medium. de leg. j. quem allegat glo. Regul. Cancellariæ. xv. ante fin. Et ista inductione vtitur Decius in rub. de probat. col. xxxiij. versic. non ob. quòd in d. l. si. non est enim conueniens quòd detur vnus intellectus ad
189 caput, aliud ad pedes. d. c. maiores. † Quartò, per aliam regulam, quòd quando duo paribus passibus ambulant, quod obseruatur in vno, obseruari debet & in alio. l. cùm emptor. ff. de rei vend. glos. in l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab. Io. Montaigne in tract. de sacro regio consistorio. char. xl. Confirmatur: nam quādo lex format duas quæstiones, & respōdet solùm ad vnam, illud idē respōdet ad aliā. l. j. C. de diuer. rescrip. Ias. in l. in substitutione. col. fin. ff. de vulg. & pupil. Et cum alia ex istis quatuor inductionib. poteris argumenta tua de vna re ad aliā eruere prout melius ad verba text. quē pro te allegare volueris, videbitur conuenire. Intellige tamen prædicta argumenta procedere quo ad casum æquiparatū. & sic quò ad quid, nō autē quo ad omnia. Pan. in c. ex pte. de postul. Fed. cōs. xxv. Scrutiniū char. xxxiij. col. j. vbi allegat S. Thom. in opere cōtra impugnātes religionē. idē Scrutiniū aliquid in ꝓposito. char. lvj. Quia non valet argumentum de asino ad hominē, licet asinus

nascatur

nascatur,& moriatur sicut homo: secundum Bald.in l.j.col.ij. C.de hæred.instit.Secūdò,intellige prædicta procedere quando duo æquiparata sunt paris potentiæ, aliàs secus. Lancel.in l.si ex toto.§.si ita legatum. in princ.col.pen.ff.de leg.j.facit l. si tibi.§.j.ff. de pact.Quartò, intellige vt non procedāt quando esset diuersa ratio in vno, & diuersa in alio.l. interpositas. §.j.C.de transact.Alias solutiones ad dicta argumenta colligere poteris ex limitationibus quæ dantur per Doct.ad illas regulas suprà positas pro inductione iuriū, per quæ vis probare argumēta.Item & ex latè traditis per Spec.in tit.de disput. & allegationib.§. post hoc autem rei aduocatus.sub rubricella,qualiter sit allegationibus respondendū. vbi inter† cætera 190
in vj.col.dicit,quòd omne contrariū facilè soluitur, attentando adposita in versibus sequētibus:scilicet Causa,locus, tēpus. nouitas, persónaque, rigor: Antiquum bonitas veto, consulo, præcipióq;. His si iungatur permissio,Ius variatur. Ponit etiā Bald.in procem.fforum. prima lect.col.iij.†Cōtra solutiones 191
fugitiuas inuehit Igneus in rep.l. contractus.ff.de reg.iur.col. xxxviij.nec sufficit dicere, est speciale, nisi causa specialitatis assignetur:aliàs esset refugiū miserorum. gl.iij.circa princ.in l.filium quem habentem.C.famil.her.Ias.in l.si ex toto.col.ij. de leg.j.Igneus in repet.auth.ex causa.col.j.& cxiij.C. de lib. præter.Marasco.in repet.rubr.de constit.lib.vj.col.xxiiij. Nisi essemus in materia, in qua essent plurima specialia: quia tunc bene possumus dicere, est speciale. Paul.de Castr.& Bulgar.in l.j.quasi in primis verbis.ff.sol.mat.Socy.in l.singularia.j. no. ff.si cert.pet. Est etiam refugiū miserorum dicere, tale quid est nullum,scilicet in effectu.Igneus in d.repet.l. contractus.col. xxxviij.& auth.ex causa.col.xiij.& cxiij.Est etiā imperitorum solutio dicere aliud de iure ciuili,aliud de iure canonico:quia omnia contraria legum facilè possent euadi, more imperiti Medici vbiq; vtētis vnico collyrio.ita Nata.in clem.sæpe.col. lxxv.de verb.sig.vel solutione diuinatiua. cap.j. vt eccl.benefic.si.dimi.cōfe.Marascotus,vbi s.l.si putator.ff. ad leg.Aquil. Igneus.in d.auth.ex causa.col.lxxviij.Socy.lib.j.consil.vj.col. ij.incip.prædicta.Ias.in l.qui ante Calēdas.col.pen.ff.de verb. obligat.Ias.tamen in l. huiusmodi.§.si cui.de leg.j.dicit,quòd pro concordando iura iuribus, licitum est diuinare. pro quo Riminal.in l.j.col.iij.C.de edendo. prout aliquando subaudimus.sed hæc mihi nunquam placuerunt,quia nō sumus Astrologi.

logi.prout nec illa solut.qua vtuntur miseri Canonistæ, quòd ad tollendam consequentiam sufficiat dare instantiam. Ias.in l.creditori.ff.de operis no.nunt.col.ij.

192 ¶ †Ab absurdo euitãdo validum est argumentũ.l.nam absurdum.de ope.lib.l.fin.in princ.C.de vsur.rei iudic.cap. cum inter.vbi Dec.vij.not.de excep.l.existimo.ff.de verb.ob. vbi Ias. ij.not. dicit hoc argumentum valere etiam si authoritas non allegetur. Tremolus in addit. ad practicam Bonacursij. chart. cx.col.iij.Idem Ias.per illum text.in l. de pupillo.§.si quis fortè.ij.not. ff. de oper. no.nunt. dicit quòd in omni dispositione legis vel statuti,debet euitari absurdũ.& idem vult in l.diuortio.v.not.per illum text.ff.sol.mat.in l.si sic.iij.not.ff.de verb, ob.Socin.conf.xxxj.incip. prosequendo. col.ij. post medium. lib.j.Bald.in d.l.conuenticulam.col.iij.Alber.in Dictionar.in verb.argumentum.col.iiij.Ang.conf.cxix.viso puncto.Corn. lib.j.consi.cxcix.circa primum.litera z.& lib.ij.consi.xxxiij.visa copia literarum.Calcan.conf.lvij.visis consiliis.col.iij.vers.

193 vj.Luc.de Penna in l.fin.C.de consul.lib.xij.†Et absurditas & iniquitas ex toto euitanda est.Ang.consi. cxxvj. testamenti in fin.Fulgos.conf.xxij.visis quatuor.col.fin. Curtius Sen.consil. lxxv.dominus.col.antep. Et aceruus absurditatum est euitandus.Bal.lib.ij.Consil.conf.cccclxx.statuto.in fine.& consi. xvj. factum.in fin.Et hæc conclusio procedit in omni materia : vt Bolog.infinita consilia accumulans in suo consi.xxxiij.colũ. ij.maximè cùm tractamus de correctione iuriũ. Curtius Sen. consil.xxxij.consideratis.in fin. col.iiij. vel de interpretatione statutorum.Bal.lib.j.consi.clxiij.statutũ.& lib.ij.consi.lxxxvj. statutum.in fin.Imol.consi.cxlv.visis ac diligenter.in fin.col.j. Barbat.lib.ij.consi.lv.præclarè.col.vij.hinc dicit Panor.lib.ij. consi.xxxviij.punctus.col.ij. ꝙ interpretatio,quãtum fieri po-

194 test,debet taliter sumi,vt euitetur absurdũ,& intellectus contra ius.& subiicit col.iij.quòd†potius debemus verba impropriare,quin euitetur absurdum,& absonus intellectus.idẽ vult Curtius Sen.consi.lvj.super eo.col.xij.& lix.dux.col.fin. & Iunior consil.v.facti contingentia.post medium. colũ.xvj. Alex. lib.v.in fin.Bologn.conf.lxix.colũ.penul.Socin. in repet.l.cùm auus.ff.de condit.& demon.col.lv.Felyn.in cap.solitæ.de ma. & obed. Et dicit Decius in d.cap.cùm inter.vij.not. quòd statutum quod debet strictè intelligi,intelligitur largissimè, vt

195 absurdũ euitetur:& † quòd toleratur quandoq; absurdum, vt

magis

magis absurdũ effugiamus.Decius in cap.cùm inter.viij. not. de except.dicens quòd pro euitando absurdum, statutũ quod erat strictè interpretandũ interpretabitur latissimè.†Et econ 196
trà,vt euitetur absurdũ, verba generalia restringuntur. secundum Panor.in cap.ij. col. iij. de constit. Et hoc est quod dicebat Lap.alleg.cxxviij.factum.ij.col.quòd debet euitari absurdum,etiam si fieret violentia literæ. Et dicit Salomonius in repet.l. Gallus. char.xxxv. & in §.responsa.instit.de iure natur. char.xcij.quòd potius permittimus verba esse inutilia, quàm quòd inducant absurdum. Et Corset.ad Abbatem in repertorio.in verb.argumentum.col.ij.plura etiã allegat ad hoc idem dicens,quando resultaret aliqua inhumanitas.l.furti.§. pactũ. ff.de his qui not.infa.Item debet euitari ridiculũ.c.ridiculum. xj.q.iij.& tamen quandoq; toleratur absurdum,scilicet vt euitetur aliud magis absurdum.secundum Decium in d.cap.cum inter.Non tamen facias vt aliqui,qui semper multiplicant absurda in solutionibus suis,exeundo de vno intrando in aliud: quia est multiplicare inconuenientia : non autem soluere contraria.l.ratas.C.de rescin.vend.

¶ †Ab adiectiuis, quia quando præcedunt duo substantiua, 197
adiectiuum subsequens determinat vtrunque. Bart.in l.extat. col.j ff.quod metus causa.per illum text.

¶ †Ab allusione seu etymologia vocabuli.l.ij.§.appellata.ff.si 198
cert.pet.latè Ias.post Alex.in l.j.per illũ text.ff.de acquir. pos. Bald.in l.conuenticulam.col.ij.exemplum:Mutuum, quasi de meo tuum : Possessio, quasi pedum positio.Ias.in l.imperium. col.iiij.ff.de iu.om.iud.Ang.instit.de testam. in princ. Signorol.cons.lx.in quæstione.col.ij.in fin.& cxxix.col.iij.vers.v.oppono. Corn. lib.j.consi.cxcix.circa primum. litera b.la ij.pro ioco.vide Codrum serm.x.

¶Ab antecedenti destructo.d.Bald.col.iij.Alber.col.iiij.circa medium:nam si tenet antecedens, tenet & cõsequens.c.cùm ex officij.de præscrip.dicam ĩ.à consequenti destructo.& Ias.in l. si homo mortuus.col.j.de verb.oblig.

¶Ab authoritate Doctorum.Dyn.Alberic.col.ix.dicit quòd improbabile,sed non necessarium.per l. Labeo.ff.de supel.leg. dixi s̃. quòd sit tenenda cõmunis opinio.& ista vincitur per rationem vel per legẽ.Bal.col.iij.Authoritas autẽ legis est probabilis & necessaria.l.prospexit.in fin. princ.ff. qui & à quibus.

¶De absente ad mortuũ Card.in clem.j.de offic. vic.q.xviij.

¶De

¶De actore ad reum.Ias.in l.qui condemnare.col.ij.ff.de re iudic.per l.fin.C.de fruct.& lit.expen.

¶De actu liberali ad necessarium non valet.Barbat. in cap.significasti.col.vj.de foro compet.per l.si maritus.C. de donat.

¶De actu cõiugali ad possessionẽ.Hadrianus Florẽt.nũc Papa.sua quæst. quodlibetica.ij. col.ij.par.c.si virgo.xxxiiij.q.ij.

¶De allodialibus ad feudalia non valet argumentum. Socin. lib.iij.consi.xlvij.facti narratione.nu.iiij.

¶De appositione ad recusationem valet. Decius in cap.postremo.col.j.de appel.per cap.super eo.el.ij.eodem titul.

¶De arbitratore ad procuratorem non valet. Burgos in cap. cùm causam.col.x.de empt.& vend. per text.in l. si voluntate. C.de rescin.vend.

¶De arbitro ad iudicem delegatum.Fulg.consi.cxliiij.syndici.col.j.per l.item si vnus.§.fin.cum.l.seq.ff.de arbit.

¶De arrogatione ad legitimationem. Ias.in rub .ff. de liber. & posth.col.ij.per l.iubemus.C. de natur.lib.§.de legitimato.

¶De augmento ad diminuitionẽ.l.si ex toto in prin.de leg.j. Alex.in l.serui electione. §.fin.ff.eod. habes pulchrum tractatum de Augmento,conciuis nostri d.Alber.bruni.

¶De beneficiis ad vltimas voluntates. Ias. in l.si is qui pro emptore.ff.de vsucap.in recollecta.char.xxxvij.parua.

¶A carentia habitus. Bald.col.iij. quia priuatio præsupponit habitũ.l.decem.ff.de verb.obl.& nihil est in priuatione, quod prius nõ fuerit in habitu.l.Titio vsufr.ff.de cond.& demonst.

199 ¶†A causa:quia, vt inquit Philosophus, tũc arbitramur rem scire, quando primas causas & prima principia intelligimus. Ias.in l.in suis.col.v.& in l.& si pepercerit.§.purè.col.j.ff.de liber.& posth. materiali, formali, efficienti,finali & impulsiua. secundum Dyn. Alber.qui idem tradit declarando in l. generaliter.& ibi Salyc.C.de epis.& cler.Cald.& Panor.in proœm. Græg.Præpos.in cap.cùm cessante.col.ij.de appel. Ioan Rugerij.latè in rubr.de causa poss.& prop.in primis sex chartis, de causa efficiente & de finali.Brunus in tract.de forma.chart.iii.& seq.& chart.iiij.ponit de causa materiali & de formali,referendo etiã dictã Logicorum.de causa impulsiua.Doct.per illũ text.in l.j.§.sexum.ff.de postul.Baueria in §.illis autem.instit. de testam.milit.Gammarus in tract.de extensione.col.xxxviij. vbi ponit quomodo cognoscatur causa finalis ab impulsiua. de quo Salyc. post Bal. in d.l.qualiter. & Perus.& Præpos. in

d.cap.

d.cap.cùm cessante.char.j.Ias.in l.j.§.si is qui cccc. ff. ad Trebel.col.pen.Corn.lib.iiij.consil.ccliij.litera g. vbi etiã ponunt an in dubio causa censeatur impulsiua,vel finalis. † Quæ autẽ 202
causa magis attẽdatur,satis colligitur ex traditis in locis prædictis,scilicet quia magis attẽditur formalis,quàm materialis quia forma inter omnes causas est fortior : quia sine ea materia stare non potest.l.adeò.§.cùm quis.ff.de acquir.rer.dom.& est illa quæ dat esse rei.l. Iulianus.§.si formæ.ff.ad exhib.Bust⁹ in Defensorio mõtis.char.xlviij.col.j. & quicquid facit causa efficiens,facit vt imprimat in formalem:secundum Alber.†& 201
propterea dicimus quòd maius est vitiũ in forma,quàm in materia.l.& an inutilis.vbi etiam Alber.ff.de accept.rationem ponit ipse post Cyn. in l.nam codicillum. C. de testam.Itẽ attenditur secundũ Alber. & Salyc.plus causa immediata & proxima:& ab ea potius denominamus effectum , quàm à causa remota.l.ligni. in fin. ff. de leg.iij.dummodo causa remota non imprimat in effectum,sed in causam efficientem.l. ex placito. C.de rerũ permut. causa enim remota potius dicitur occasio, quàm causa. Præpos.in d.cap.cum cessan.col.j. de appel. Item causa prima & originaria semper attenditur. in prologo epistolarum Pauli.incip.principia.†& ad ponderandum naturam 202
actus,attendimus originem rei , non accidens.l.tutor.ff. de fideiuss.Selua in tract.de benefic.part.iij.q.lxvj. col.j. Calc.consil.lxxiiij.quòd dictis.in prin.col.xj.Bustus in defensione mõtis.in iij.part.ij.tract.col.ij.l.j.C.de imp.lucr.descrip.lib. x. & omnia ad id referuntur,vnde vim & originem capiunt.l.in ratione.§.si filio. ff. ad l.Falcid.& causa prima semper induendã est,& causa secunda semper operatur , quãtum sibi à prima influitur,& non vltrà.l.peto.§.prędium.de leg.ij.l.si quis domũ. ff.loca.quia prima causa magis influit in causatum,quàm causa secunda.& ideò nõ tantùm ei tribuimus sicut primæ:quia causa secunda est subalterna.l. Publius.§.j.ff.de condit.& demon. principium enim est fundamentũ in quo totus rei status recluditur.l.qui id quod.ff.de don.hæc sunt verba Curtij Iun. præceptoris mei in Feudalibus.consi.j.col.iij.& cons.ij.col.ij.ibidem subiicit causam originariã valde attẽdendã.faciunt quæ dicam in sol.ad ix.contrariũ medicorum loquendo de principiis.†Item magis attenditur causa finalis,quæ est causa causarum,secundũ Philosophum, quàm causa impulsiua quæ nõ est 203
propriè causa,sed quoddã motiuũ.secundum Bald.in d.l.generaliter.

raliter.col.iij.in ij.op.facit idem Bal.in l.j.col.ij.C. de fal.cau. ad.leg.in l.j.C.de lib.præter.Iaſ.in l.cum quid.col.vj.ff.ſi cert. pet.Felyn.in cap.poſtulaſti.colū. iij. de reſcript.in cap. ſolitæ. col.j.de maior.& obed.in cap.dilecti.col.vj.de accuſat. Defen ſorium montis.chart.xij.vbi etiam de cauſa ſine qua. & chart. xxvj.col.ij.Et propterea dicimus quòd cauſa multa attēditur ſecundū Alber.q allegat.l.cùm pater.§. dulciſsimus.de leg.ij. l.adigere.§.quamuis.ff.de iur.patr. quia ſecūdum eum veritas nō poteſt ſciri,niſi per cauſam.xxiij.q.viij. cap. occidit.l.ſolā. C.de teſti.& Hadr. Papa noſter quodlib.iij. char.xxxj.col.iij. pro hoc allegat Hilarium dicere,Non ſermoni res,ſed rei ſermo ſubiectus eſt.Et ſic capit cauſam pro ratione.prout faciunt Præpoſ.& Decius in d.c.cum ceſſante.col.j. & illa iura Alberi
204 ci probant quòd † dictū legis regulatur à ratione, quæ dicitur anima ipſius legis.Iaſ.in l.qui quadringēta.col.ij.ff.ad Trebe. Buſtus in Defenſorio montis.chart.lvij.col.ij.Hadr. Papa noſter in quodlib.q.vj.col.viij.Tremolus in addit.practicę Bonacurſij.char.xxxiij.col.iiij. Maraſcotus de cōſtit. lib.vj.col. xliij.& lj.Prato de ſecun.nup.chart.xiij.colū.iij.hinc dicimus
205 † quòd ceſſante cauſa, ceſſat effectus.d.l.generaliter.& d.c.cū ceſſante.Alb.in l.j.ff.ſo.ma.cōcor.ponit Niger in l.j.in prin. col.lxiiij.poſt Iaſ.ibi in vlt.not.ff.de offic.eius.idē Iaſ.in l.ſciē dum.§.fin.col.pen.ff.qui ſat.cog.Io.Angerij in d.rub.de cauſa poſ.& proprie.chart.vj.Baueria in §. illis autem.j. not. per illum text.inſtit.de teſtam. milit. Igneus in rep. auth. ex cauſa. col.xviij.verſ.iiij.Felyn.in cap.quæ in eccleſiarū.col.ix.de conſtit.Quicquid enim ex cauſa conceditur, debet ſecundum illā regulari.Bulgar.in d.l.j.col.xxv.ff.ſolut. mat. & hoc procedit etiam in ſententia.ſecundū Socin.in l.ſi à te.col.j.ff.de except. rei iud.in contrarium tamen facit l.quęſitū.ff.de tutel.& plura quæ ponit Hippol.not.clxxix.viget.colū.ij.vbi ceſſante cauſa priuilegij,durat nihilominus priuilegiū. latius idem Hippol. in l.ſi redhibitus.ff.de quæſtion.& propterea Salyc.in d.l.generaliter.dicit,quòd eſt materia brocardica.& ibi ponit vnā doctrinam quæ cōprehendit omnes cauſas de quibus ſ.idē modicū magis diſtinctè per ſex regulas Io.Rugerij,vbi.ſ.doctrinam ponit etiam Præpoſ.in d.c.cum ceſſante.chart.ij.vbi magis ordinatè Decius col.j.ponit quinque fallentias.Prima, vt
206 non † procedat in cauſa impulſiua.pro quo Corn. lib.j. conſil. lxxxviij.litera R.quia ea ceſſante,nō ceſſat effectus.quod moderat

derat in causa beneficiali propter ambitionẽ refrænandam. Secūdò principaliter limitat regulam d.c.cùm cessante.nisi effectus esset iam cōsummatus,& ius alicui quæsitum de iure cōmuni: secus si quodam iure extraordinario. adde Lancel. in l. si constante.col.ix.ff.sol.matr.Bon.in tract. de nobilitate.iiij. parte.num.41.& vij.parte.num.2. Bald.in trac. de præscrip.in prin.chart.xviij.facit l.fin.ff.vnde lib. Tertiò limitāt quando causa certo & determinato tẽpore requiritur: quia sufficit causam illo tempore adesse,quāuis postea cesset. Ias.in l.sciendū. §.fi.col.antep.ff.qui satis.cog. †vbi bene cessat effectus pro tẽ 207
pore futuro.sed nō pro præterito. facit ꝙ sufficit conditionẽ semel fuisse impletā,licet implementum nō duret.l.si quis hæredẽ.C.de inst.&substi.vbi Ias.col.ſ.& Corn.col.pen.& fi.Decius cōs.xxiiij.col.ij.& xcv.in fi.vj.col.facit,quia sufficit præsentationem fuisse factā,licet præsentatio nō duret.l. duobus reis.§.si ei qui.cū gl.in verb.exhibuerit.ff.de iureiu.†Quartò 208
limitant quādo essent plures causæ finales: quia vna cessante, nō cessabit effectus.§.affinitatis.instit.de nupt.consi.vj.Ias.in l.cùm filio.col.xxiij.de leg.j.in l.dedi.la j.in j.not.ff.de cōdic. caus.da.Zanetinus in disputatio.inci.in sacro.col.xij.August. Can.in Scrutinio char.xxv.Purpur.in l.edita.C.de edẽ. num. 183.facit quod dicit Roch.Curtius in c.cùm accessissent.char. ix.est super gl.in verb.cōtrauenerit.de consti.vbi dicit, ꝙ nisi causa cesset in totum,licet cesset in parte, nō cessat effectus. & isto casu possent procedere dicta Hippol.s. in contrariū allegata.Istam limitationẽ moderat Decius,quādo quælibet causa de per se nō sufficit ad producẽdum effectū de quo agitur. Nam quādo sunt cōnexæ duæ causæ ad eundẽ effectū,requiritur omnium cōcursus.Bald.in tract.de præscrip.chart.xvij.in fi.Ias.in l.in testamẽto.col.xij.C.de test.facit Lācel.in l. singularia.col.iij.ff.si cert.pet.dū vult §.affinitatis.procedere quando vtraq; ratio est in lege expressa:aliàs secus. facit quod vult gl.Regulæ Cancel.char.cxxj.dum vult,ꝙ quando duæ qualitates concurrūt circa idem,quarū altera est insufficiẽs,illa insufficiẽs nō attẽditur.nec auget dispositionẽ.facit Monser. in l.re cōiuncti.col.ij.de leg.iij.vbi limitat §.affinitatis.nō procedere,quādo sumus in materia,in qua vna ex dictis rationib. non cōsideratur.facit Ias.in d.cōsi.Ang.in d.§.affinitatis.glo. Regulæ Cancel.cxx.etiā si aliæ rationes essent plures. ar.l. nā & si parẽtibus.ff.de inoffic.test.Socin.in repe.l.cùm auus.ff.de

¶ Limita duodecimò, vt d. l. sciant. procedat quando tutor in testamento datus est remotus vel excusatus. Et remanserũt reliquiæ

liquiæ testamentarij, quorum prætextu excluditur legitimus, vel casu quo proximior in gradu est inhabilis inhabilitate temporali: ita. quòd interim fuit locus datiuæ quam mater obmisisset petere. Aliàs secus.ita Signor.d.consi. cxcv. & Ang. d.consi.clxvj.& Corn.consi.lxxxiiij.in hac consultatione. col. fin.lib.iij.hoc videtur moderare Nic. de Vbal. vbi s. & Bald. lib.v.consi.lxxij.quidam Petrus.& lib.iij.consi.ccclxxxiiij.sta tuta.Guido Papa consi.clxxix.omissa.

¶ Limita decimotertiò, quando ille qui erat dandus tutor, erat absens: vel ipsa mulier erat infirma, vel suberat alia iusta causa propter quam non potuit peti iste tutor. Socin. in consiliis alleg.in j.limitatione.Et faciunt allegata in limit.proxim. præcedenti. Fulg.consi.cxxxviij.visis.in fine.& iusta causa non faciendi aliquid, est tempus pestis. Hippol.in l.j.§. præterea. col.xx.ff. de quæst. vide dom.Francis.de Ripa in tract. de Peste. vel quando alij pro maiori parte ita faciunt.l. si creditor. vbi Paul.de Cast.C.de pig.act.vel quãdo est communis opin. de hoc,vel rumor populi.Alex.in l.si cùm dotem.§.si maritus. col.ij.ff.sol.matr.dum tamen Socin. dicit de absentia, cogita propter §.fin.instit.de curat.

¶ Limita decimoquartò,vt solùm procedat d.l. sciant. respectu bonorum quæ iste pupillus habuisset ab alio,quamuis con templatione mariti. Decius in d.cap. ecclesia sanctæ Mariæ.de constit.col.xviij.Plus dicit Aret.consi.xl.ad fin.quòd priuatur solùm successione filij,nõ alio legato sibi facto per maritum: puta qui legasset vsumfructum.facit pro eo Feder.cõsi.xxxvj. casus.in fin.Potes tamen videre Sandol. in d.l. qui duos.col.v. ff.de reb.dub.Oldr.consi.cxiij.bonis autem pupilli siue ex legato ei obuenerint,siue aliter,bene priuatur.Salyc.in l.d.sciãt. col.fi.vbi dicit quòd propterea non priuaretur substitutione fideicommissaria:quia per eam non succeditur pupillo,sed testatori:nisi substitutus pupillo per fideicommissum esset grauatus restituere hæreditatem pupilli matri:quia tunc videtur potius hæreditas pupilli, quàm testatoris. Corn. in d.l.sciant. col.ij.& in l.omnem.ad fin.C.ad Tertul.Et sic habes istam am plam viduam cum aurea dote.

¶ †Ampliant sextò principaliter suprascriptam cõclusionem 54 maximè procedere in capiente diuitem vxorem. Gell.lib.ij. cap.cxiij.quia Licurgus legem tulit,quòd vxores sine dote ducerentur.nam,Intolerabilius nihil est,quàm fœmina diues. &

inquit

inquit Seneca: Inuenies, si nihil quæris, nisi bonã vxorem. Refert frater Bernar. in j. parte Rosarij. serm. xxiiij. litera o. Et Sapientis dicit authoritas: Vxorem fuge, ne ducas sub nomine dotis. vbi Ascensius. Et Martialis lib. viij. Epigrãmatum: Vxorem quare locupletem ducere nolim, Quæris; vxori nubere nolo meæ. & dicit Historia Ianuæ, nona parte, allegando Aureo-
55 lum philosophum, † quòd qui ducit vxorem pauperem, ponit in domo sua paupertatem: & qui diuitem, ponit tempestatem. facit Petrarcha de remedio vtriusque fortunæ. lib. j. dialogo lxviij. de optima dote. Pontanus de obedientia, lib. iij. in fin. c. iij. allegat illud Plauti: Argentum accepi: dote imperium vendidi. Et plautus: Si enim morata rectè veniat, dotata est satis. In dotibus magnis sunt incommoditates magnæ, sumptúsq; intolerabiles. Et quæ indotata est, ea in potestate est viri. Dotatæ mactant & malo & damno viros. Et Iuuen. Veniunt à dote sagittæ; Libertas emitur: coram licet innuat, atq; Rescribat: vidua est locuples, quæ nupsit auaro. refert Polydor. prouerb. lxxxiiij. facit Erasmus iiij. parte prouerb. cxlij. quid opus Sapragoræ dote. Marsil. Ficin. lib. vj. epistola, diligentia circa matrimonium. chart. cxxv. Malè enim res se habet, cùm quod virtute effici debet, id tentatur pecunia. Cicer. in Offic. chart. lxxviij. sequitur Bald. in repet. l. Barbarius. ff. de offic. prætor. & post medium secundi Offic. allegat illud Themistoclis, Malo virum qui pecunia egeat, quàm pecuniam egentem viro: licet corrupti mores deprauatíque sint admiratione diuitiarum. facit Albertanus de forma vitæ, lib. ij. cap. de opib. acquirendis. Ascensius, secundum illud Catonis: Despice diuitias. & Ecclesiast. vij. Trade filiam, & grande opus feceris, & homini sensato da illam. & Felyn. in cap. in nostra. col. fin. de testib. dicit, quod plus benignitas & grauitas morum, quàm facultas. & Ioseph. de Antiquit. in vj. lib. c. vj. Dicite illis, non inspicere pecuniis, nec honoribus, quibus rebus venditur filia potius, quàm nuptuis collocetur: sed eligere generum habẽtem fortitudinem, cæterásque virtutes. facit Carmelit. ecloga vj. quia boni mores diuitias superant. l. magistros. C. de profes. & med. lib. x. Et quid prodest stulto habere diuitias, cùm sapientiam emere nõ possit. Prouerb. xvij. Erasm. j. parte prouerb. ccclxiij. Paupertas sapientiam sortita est. & in hanc opin. concordat Francisc. Barb. de re vxoria. cap. ij. qua dote, & quibus moribus vxor sit ducenda. & cap. vj. de vxoris ducendæ diuitiis. honestus amor pendet

pendet ex animo, non ex lucro. glos. in l. hæc ratio. ff. de donat. inter vir. & vxor. Amad. in dialogo de amicitia. char. xv. & dicit Ioan. Lup. de donat. inter vir. & vxor. char. iij. in prin. quòd sponsus debet venerari sponsam, & non ecõtrà: in cuius signũ ipse debet recipere, nõ dare, vt amatores amasiis suis. Ezechiel. j. idẽ Io. Lup. char. xix. col. ij. dicit, quòd meretrix licitè capit ea quæ sibi donantur, & sibi promissa per amatores consequi potest in iudicio: ideò peruertunt bonos mores, qui volunt capere ab eis quibus dare deberent. Præterea vxor diues non solùm est intolerabilis, sed & filiis, quibus semper obiicit & minatur velle auferre suas magnas dotes: ideò nõ est semper bonũ velle ditari, imò quãdoq; prudẽtia est perdere de proprio: vt Pythagoras: quẽ refert Sthephanus Niger in illius cõmẽto. char. x. vbi subiicit, quòd quandoq; lucrũ spernere, lucrum est. omitto quod habetur in Naui Stultifera, chart. lx. dum inuehit contra capientẽ vetulam propter diuitias, dicens, quòd aruinã quærunt sub podice asellı. Ang. d. consi. cccxcvj. ad fin. & illud Iuuen. Vetulæ vesica beatæ. quẽ refert Lancel. in l. nõ amplius. §. cùm bonorũ. colũ. ij. de leg. j. Et magna dos apud Romanos erat de ducatis quatuor centũ. secundum Gellium & Blondũ, quos refert Claud. in l. ij. col. ij. ff. sol. mat. & Decius cõsi. xxvj. col. ij. quòd dos mille ducatorum est congrua vni Comiti. Sed postea cõsil. clxxx. col. ij. dicit, quòd hodie dos de octo cẽtum ducatis datur etiã popularibus & artificibus. circa quod vide Ioan. Lup. in c. per vestras. de donatio. inter vir. & vxor. in toto opere. chart. lxxxj. dũ dicit quæ sint cõsideranda in cõstitutione dotis: & in chartis seq. pulchrè Monferr. in l. si constante. ff. sol. mat. col. xxxiiij. & vnam haberẽ apostillã ad Paul. de Cast. in l. si non mortis. C. de inoff. testam. †Et vide si sunt fatui isti 56
capientes vetulas: quoniam vltra votũ captandæ mortis, †coi- 57
tus mulierũ vetularũ est adeò noxius, vt eos ipsis vetulis quæ ex hoc vegetantur breuius viuere faciat, vt ipsi in mortẽ quam vetulæ expectant, priores incidant. Et sic euenit illud Menandri, quod refert Gell. lib. ij. c. xxiiij. circa med. Dũ eius mortẽ inhio, egomet viuo mortuus inter viuos. facit illud Philosophi, Vetulã non cognoui, cur debeo mori? & illud, quòd capra iuuenis comedit sal: sed antiqua deuorat & sal & sacculum: & corium vetus indiget maiori adipe: & propterea audiui à Medicis, quòd coitus cũ vetula valde iuuat in ardore vrinæ: quia multùm attrahit de spermate. & dicit in annotationib. variis,

Capiẽs vetulam propter diuitias.

char.cxvij.Baptista Pius in posteriorib. cap. xv. quòd cunnus vetulæ est fœtidũ,& vermes quandoq; generat. Nec tu adolescens propter minorẽ ætatem aduersus matrimonium vetulæ restitueris in integrum.secundum Spec.quem refert Petrus de Rauenna in suo aureo Alphabeto.in verb. restitutio. col.ij.nec etiam posses te iuuare:quia ista vetula diceret se habere dena-
58 rios sepultos, & fortè erat pauper : †vel si cõtraheres per procuratorem,& crederes eã pulchrã,& esset turpis:quia talis error non vitiat matrimoniũ. Portius instit. de patr.potest. col. fin.vel si eã caperes sub spe habendi hæreditatẽ quam fortè pater eius tibi promiserat.l.si maiores.C.de transactio. Portius in §.cũ autem.iiij.col.instit.de adop.pulchrè Ioã.Lupus in ca. per vestras.de don.inter vir.& vxor.iij.not.est in opere. chart. lxxj.col.j.Et quia propter diuitias hæ vetulæ vtplurimum capiuntur : vide quæ s.proxi.dixi in v. ampliat.& quæ dicam j. proxi.si esses valde pauper,& non haberes alium modũ viuendi,si posses habere vxorẽ opulẽtissimam, vt eius diuitiæ sufficerent pro ea & pro te nutriendo honorificè in peregrinatione vel aliqua curia.absq; quòd cũ ea cohabitares,fortè tali casu posses pati duci te ab ea etiã ad eius domum : licet sit signũ maximæ tristitiæ , quando mulier virum ducit ad domũ suã: quia deberet esse ecõtrà.Crem.singul.lxvj.statuto Florẽtino. Io.Lup.in rub.de don.inter vir.& vxor. char.xxviij. in fi.Bal. in c.iurauit.de probat.col.ij.& in cap.ex parte. de consuet. dicit quòd tũc mobilia quæ reperiuntur in domo,præsumuntur vxoris.& Io. Lup.vbi s.char.ij.col.iij.ponit quòd valet pactũ per quod maritus promittit vxori habitare certo loco cũ ea. Esto etiã memor,ꝙ fornicari cum vetula est turpe,& grauius peccatum,quàm cũ iuuene pulchra,gl.fin.in cap.fur.xiiij.q.v. Fely.in c.cum quidã.colũ.iiij.de iureiur.de qua disputat Micha.Can.in suo Parochiali curatorũ, de pœnitentiis recipien-
59 dis.cap.iiij.est chart.cciiij.†Caueant semper , & primo isti capientes istas mulieres diuites , ne si eueniat casus restituendæ dotis,depauperent eorũ filios:quoniã communiter dotes mulieris dantur per se ista & interualla, & in pecuniã quæ fragilis est;& de facili expẽditur,imò perditur.& ideo qui habet pecuniam,dicitur habẽre ea quæ de pecunia comparari possunt:sed qui habet res,dicitur eas habere,& pecuniã valẽtẽ illas.l. pro-
60 pemodũ.ff.de verb.sig.hinc dicimus,†quòd citius res in pecuniam,quàm pecunia in res cõuertitur.ista sunt verba Andr.de Isern.

Error in diuitiis non vitiat.

Grauius peccatur cum turpi, quàm cum pulchra.

Iſern.in ti.per quos fiat inueſt.col.iiij.qui allegat l.ſi chorus.§.
j.ff.de leg.iij.ad quã Socin.in l.ſi ex toto. de leg.j.in l.j.§. fuit
quæſitũ.col.iiij.ff.ad Trebel.Fabian.in tract.de empt.& vend.
in v.q.principali.col.vj. Et quandoq; poſtea permittunt tales
veſtes ſibi furari.cõtra ea quæ dicit Ang.in l.in actio.ff.de fur.
quòd quilibet debet cuſtodire ſuã veſtem. Aliam partẽ dotiũ
exponunt in iocalibus,vt ſponſa ſibi pulchrior videatur. Cyn.
in l.j.col.pen.C.cõmod.facit Spec.in tit.de aduoca.§. ſequitur
videre de veſtibus.col.j.Matthæus Boſius, ne ornamenta mu-
lieribus Bononienſibus reſtituantur, epiſt.vj. & vij. Aegidius
de regim.princip.lib.ij. parte j.cap.xxj.Gilbertus in quæſtio-
ne poſt ſecundũ Oeconomicorum Philoſophi,chart.pen. Co-
drus ſerm.j.char.iiij.& ſic in ſtultitia.Nicolaus Boerij in apo-
ſtil.ad Dyn.in regula,certũ.quì opportunè loquitur.Ioã.Lup.
in rub.de donat.inter vir.& vxor.chart.xiij. & Ouid.in iij. de
Arte: Quis pudor eſt cenſus corpore ferre ſuos. Nec prodeſt
excuſatio illius malè intelligentis dictũ Biantis, Omnia mea
mecũ porto.de quo licet non faciat mẽtionẽ Margarita Poë-
tarum in dictis Laërtij: facit tamen Matthæus Boſius epiſt.lj.
nuper.char.iij.Gellius lib.vij.c.xij.Surgetus in Enchiridio di-
ſciplinæ militaris.chart. lxxvj.& ſeq.vbi dicit inter cætera,ꝙ
mulieres nõ debẽt portare veſtes ſciſſas ante:& de portãtibus
diuiſas in vij.ampliatione,de pulchra.Et quãdo mulier eſt be-
ne ornata, congruit vt ornamenta oſtendat: & ſic vadat ad
conuiuia,& ad feſta: vnde euenit infrà in ſolut.ad ſeptimũ ar-
gumentum huius partis: vt frater Iac.in Sophol.Sapient. lib.
vj.ca.xxxiiij.col.pe.& tribus capitulis ſeq.& cap.xix.de rapi-
na.col.fi.frater Lud.de Veritate cõtrit.cap.vij. quòd† luxuria 61
deſtruit temporalem ſubſtãtiam.vbi inter cætera dicit mulie-
res hoc facere, vt dum viri veſtes contemplantur, tandem in
mulierum faciem oculos figant. vbi etiam vij.remedio luxu-
riæ. facit Ioan. Andr. in Mercurial. ea quæ Biblia Aurea.cap.
xcv.de ornatu mulierum.Fran.Barb.de re vxoria lib.ij.ca iiij.
de† veſtitu & cultu vxorio.melius per Oliuerium de la Mar- 62
cha,in tit.Le parement & triumphe des Dames:in lingua Gal-
lica.quamuis ſimia ſimia ſit,etiã ſi aurea geſtet inſignia. Eraſ-
mus in j. parte prouerb. ccccccviij. & ccccccclxxv. aliter catu-
li &c.eſt enim tunc impenſa fruſtratoria. Ideo inquit Ariſtot.
quem refert Iaſ.in prælud.feud.col.iiij.cùm decoquis lentem,
non infundas mirrham; id eſt aromata. Nec omni aſino con-

uenit deferre sellam. Ang.in l.item apud.§. adiicitur.ff. de iniur.& dicitur postea,æquari vult rana boui. Et Aesopus,& me
63 lius Codrus serm.ij.char.j. Et inquit Sapiens, † Inuidiam nimio cultu vitare memento &c. Et tamen Cleobolus dicebat, magis cauendū ab amicorum inuidia,quàm inimicorum insidiis: licet sola miseria careat inuidia,secundū Socratē:& quando mulier turpis est adeò ornata,potest dici illud:Materiā superabat opus.de quo glo.in l.mulieris.ff.de verb.signific. ideo Gallus tunc dicebat se malle plumam, quàm carnes. & quando defert grossam catenam auream, non oportet te vti incantationibus ad fugandum tempestates. Felin.in rub. de hæret. in fin.Gemin.consi.liiij.Angel.in ver.lex.col.vj.quia de eis timendum non est,quo dæmon est catenatus.postea tales vestes faciunt sibi legari à marito in testamento : qui,secundum eos, melius faceret disponere ꝙ nihil habeant præter dotes suas: vt si fuisset aliqua præsumptio donationis, per tale testamentum reuocetur.Nicol.Boerij vbi s.Pan.in c.fi.iij.not.de dona. inter vir.& vxor. vestes enim pretiosæ quæ non sunt ad vsum quotidianum, debent remanere hæredibus viri.Bart. in l. pen. §.j.vbi apostilla.ff.sol.matr.Ang.in §.fuerat. col.antepe. insti. de act. Alex.in l.si is qui quadringenta.§.dos legata.ff. ad leg. Falc.& consil.xlij.viso tenore.col. vj.lib.j.Vitalis de clericis, char.antepenul.Ioan.Lup.in rubr.de donat. inter vir. & vxor. char.iij.& v.& seq. vbi isti duo latè ponunt de iocalibus datis sponsæ.de quibus in dicta apostilla Bar. & Butr.cōsil.xxxviij. incip.quia maior.ij.dub. Afflictus decis.cccxv.incip.vt plurimum.latè Portius in §.fin.instit.de donat.Et ponunt etiam de lugubribus.de quibus Io. Garonis in repet. rub.C.de secund. nupt.in xviij.pœna,Campez. de dote.ij.parte. q.lvj. Et si mulier sit relicta vsufructuaria, illas sibi tenetur emere, non hæres. Curia Delphinatus q. ccccxlj. incipien. quidam testator. Redeundo ad propositum, mariti stulti, pro alia parte ipsas dotes exponunt in ornando domum, emendo lectum & culcitras, quæ parantur pro vxore ducenda. Ioan. de Plat. in l. fin.C.de can.larg.lib. x. quia sine lecto viuere non possumus. Bart.quem refert Bolog.consi.xlviij.col.ij.Ang.in l.ij.§. si pu-
Aedificat. blicanus.ff.vi bon.rap.Et in ædificando: vt d. Aegidius de regim.princip.lib.j.parte ij.c.xix.col.fi.vt sit honorabilior quādo ducetur sponsa:quod est signum phrenesis: & ædificanti sine necessitate, esset dandus curator, tanquàm prodigo & furioso:

rioso: per ea quæ vult Petrus de Ferrar. in sua practica. in for. nuntiationis noui operis. in princ. gl. j. Cepol. de seruit. vrb. c. xxvj. incip. dicamus. Lucas de Penna in l. in his. C. de præd. nauicul. lib. xj. licet Bart. ibi dicat quòd est signũ magnanimitatis. & Lucas de Parma in tract. de fisco. char. xij. ver. xiiij. Bald. in proœ. rex pacificus. col. pen. Et ingeniositatis. Platina libr. j. de optimo ciue. char. vij. & contra ædificia superflua Claud. super Lucam. char. liij. allegãdo Prouerb. xvij. Thomas Morus in sua republica. lib. ij. est char. xlv. Erasmus in Moria. chart. xviij. & ij. parte prouerb. ccxlij. optimum aliena frui insania. Est enim ædificare, dulce impauperari. secundũ Lucam de Penna in l. ij. C. de præd. & om. reb. nauicu. col. iij. vbi allegat illud Prouerb. xxiiij. Præpara foris opus tuum, & postea ædifices domum tuam, facit illud Gellij: Catoniana cẽsura dignus est, qui minus vult arare, quàm verrere. pulchrè Cardin. Papa epistol. lxxviij. ad literas. propterea dicimus † quòd ditior est ille qui 64 habet prædia rustica, quàm vrbana. Ang. in l. j. C. de deb. ciuit. libr. xj. quia domus est supposita incendio & ruinæ, secundum eundem Ang. in l. fi. §. sinautem legata. C. de bon. quæ lib. vbi refert quòd propterea d. Io. Paglarẽsis semper stabat in domo cõducta. Et hi magni sumptus nõ sunt fiendi, præsertim quando solũ nõ meretur talẽ superficiem: nam sunt perditi, si postea domũ vendere cõtingat: quia nõ reperitur pretiũ quo constarunt tegulæ. Item cõsyderandus est aër. Aegidius de regim. principũ. lib. ij. parte iij. c. iij. & seq. Gilbertus in q. post. ij. Oeconomic. Philosophi. char. pen. Itẽ ꝙ non ædifices repẽte: quia constabit duplũ. Nauis Stultifera char. xxvj. de fatuis ædificandi inceptibus. & facit Lucæ xiiij. circa fi. Itẽ nõ habita domũ de recenti cõstructam: quia ob humiditatem parietum in aliquam diutinã ægritudinem incurres. Et quomodo ædificanda vt sit sana, Aristot. j. parte proble. liij. Vittruuium, & alios. & pompa damnatur, nedũ in ædificiis laicorum, sed & in ecclesiis: licet episcopus Constantien. vt refert Petrus Mara in eius oratione funebri, incip. si mihi. char. iij. dicere soleret, se malle operari volentibus in ædificiis, ne starent otiosi pecunias elargiri, quàm mendicantibus validis, quos Iuris sanctio persequitur atque improbat. fateor quòd de his nõ loquitur Bern. nec authoritates istæ: sed de aliis tot pauperibus quos in passione Christus dixit nobiscum semper futuros. Meritò ergo inuehit Hieronymus. † Marmora nitent auro, splendent la- 65

quearia gēmis.quem refert Hostien.in Summa de exces.prælat.§.j.col.ij. &,vt inquit Bernard.de pauperibus nihil, à quibus illa expensa subtrahitur, vt pascantur oculi diuitum. nam Dicite Pontifices in templo quid facit aurum?latè & pulchrè Petrarcha epist.lxxxvij.in Fœlicē Archiep.Florēt.in iij.parte historiæ.tit.xviij.c.iiij.§.xx.vbi refert Bernard.de quo ī hinc Platina de optimo ciue.lib.ij.charta vj. dubitat, ne Deus prætered permittat talia diripi à Turcis:imò vel à principibus. vt Philosophus in fin. Oeconomic. & videmus raro quod Deus in istis imaginibus ita pōposè depictis permittat gratias, seu miracula; prout in aliqua imagine veteri, & simpliciter facta. & nō immeritò:nam Christicolæ illuc accedentes magis sunt intenti in cōtemplando artē picturæ, vel impensam, quàm in deuotione & reminiscentia eius quod imagines repræsentant. quod non sic, quādo sine tanto sumptu & artificio. propterea

66 † S. Gregorius occultari fecit illas statuas antiquas Romanorum: quia peregrini Romam potius accedebant gratia curiositatis,quàm religionis:& vulgò dicitur, quòd vbi sunt fœneratores,ibi pulchrę cappellæ in ecclesiis:nam facilius per vsurā acquisita ita impēdunt,quàm restituere. cap. non sanè.xv.q. v.

67 †Item etiam in ecclesiis damnantur cantus figurati. xcij. dist. c.cantantes.& c.seq.& cōtra habentes libros miniatos auro,& non dantes eleemosynā.Luc de Penna in l.fin.ad fin.C.de ann. ciuil.lib.xj.Marascotus in repet.c.ij. de constit.lib.vj. col.iiij. Item prohibentur fieri paramenta sacerdotalia ad Missam de vestibus laicorum.Cardin.in cle.j.vlt.not.de cele. mis.vbi tamen dicit non seruari de consuetudine.& malè,secundum Panorm.in c.ad hæc. de relig.domib.vbi etiā dicit Panor.quòd male faciunt religiosi,qui vestes sacras antiquas seu semiconsumptas venduut pro faciendis bursis,vel aliis.imò & fortius super talibus paramentis permittūt apponi arma, siue insignia illius qui ea fieri fecit.contra legem Basilicam.C.de oper.pub. quæ apponuntur magis gratia conseruandæ memoriæ agnationis & pompæ,quàm cultus diuini. Anch.cōs.cxij.iura quæ loquuntur.Ana.cōsil.lxxxvj.pro expeditione. Decius consil. clvij.quæritur.de expens.funeraliū. facit Card.Papa epist.vlti. est testamentū suum.& char.cccxxxv.& xvj.q.v.Ang.in l.prætor.§.si quis.ff.de sepul.viol.Odofred.in l.j.§. sed & qui.C. de lat.liber.toll.clem.exiui.de verb.signi.col.v.vers.quamuis. Et sic amen dico vobis,receperunt mercedem suam. Matth.vj.de pœnit.

pœnit.dist.iij. c. cauendum. quicquid dicat Io. Montolonius in Promptuario Iuris.in verb.arma.quia, vt dicebat Io. Picus Mirandula, vt refert Ioan. Fräciscus eius nepos in illius vita. char.vj. famam viuis, nonnihil mortuis minimè profuturam. & tamen soluto matrimonio in restitutione oportet omnes pecunias dotium habere promptas, etiam cum augmento monetæ. † Imò ad hæc euitanda bonum esset vt ex tota dote eme- 68
retur fundus dotalis, & permittere frui eo mulieré pro vesti- Eme fundũ dotalẽ.
bus & aliis minimis ad suum vsum emendis, de quibus quotidie viros fastidiunt. Et ita vidi obseruare viros prudentissimos triplici causa. Primò, ad euitãdum depauperationẽ filiorum in restitutione. Secundò, ad euitandum iurgium mulieris obiicientis suas dotes viro. Tertiò, ad euitandũ fastidium emendi vestes vxori: quia potest sibi responderi: habes vnde emas. si esset meretrix, vnum scutũ de tali redditu ei præbebit facultatem & excusationem emẽdi vestes pro decẽ, iuncto earum quasi castrensi peculio: nam semper inueniunt mercatorẽ fingentem egere pecunia, & coactũ vendere vili pretio: & † ita 69
simulabunt marito: & tamẽ clàm ipsa vel amasius reliquũ sup- Vxor adultera fingit
plebit ipsi mercatori. & ita vidi practicari. Et idẽ effectus es- habere bonum forũ
set si ab vxore reciperes fundũ dotalem inæstimatũ: quia aliàs de vestib.
æstimatio facit emptionem. Ias. per illum text. in l. ex conuentione. C. de pactis. vbi ponit quatuor fallentias, & ibi secundo Aestimatio
not. infert, propterea † quòd fundus datus æstimatus in dotẽ, facit emptionem.
intelligitur datus cum omnibus suis oneribus & obligationibus: nisi aliter fuerit conuentũ. cui adde l. neq; stipendium. ff. 70
de imp. in reb. dot. facit gl. fin. in l. j. C. de mul. & in quo loco. lib. x. Alex. lib. v. consi. iiij. incip. videntur. col. j. & cxlvij. perspectis instrumentis. col. pen. Et procedit hæc regula, siue tũc æstimatio fiat, siue cõmittatur arbitris, seu alteri personæ quæ debeat æstimare. Socin. consi. lvj. stantibus. iij. col. ¶ † Amplia 71
etiam si mulier dederit dotem, partem in pecunia, partem in vestibus: puta maritus confitetur habuisse centũ in pecunia, & xx. in vestibus ad ornatum ipsius mulieris ad tantũ æstimatis: certè tenebitur in restitutione restituere pecuniam, non res: & sic deterioratio est periculo mariti. licet secus in aliis guarnimentis quæ mulier à domo patris portauit vltra dotẽ: quia sufficit quòd restituantur qualia reperiuntur tempore soluti matrimonij. Istam ampliationem tenet Socin. consi. cclxxxix. difficultas. Io. Lup. de donat. inter vir. & vxor. char. xcviij. col.

72 j.vbi† quid si dentur animalia, quòd inspicietur valor tempore mortis, non traditionis. ¶Limitat primò Ias. vt procedat in dubio: secus si apparet quòd esset facta ad alium finem: puta cognoscendi valorem rei, vt posit probari si postea maritus fundum damnificauit. Adde Barb. lib. iiij. cons. xix. clementissimum. col. fi. & cons. xij. illud. col. pen. Socyn. consil. xciij. circa primum. iiij. col. Aret. in cõsil. lxxxiiij. diligenter. col. ij. vbi esset solùm facta ad demõstrandũ de quãtũ esset secura mulier. Socyn. in d. cons. ¶Limita secundò, vt procedat quando æstimatio fit à princ. tũc benè facit emptionem: secus si postea. adde Aret. d. cons. lxxxiiij. intellige seu commisio de æstimando propter ampliationem proximè dictam. ¶Limita tertiò, in animalibus datis in socidã: talis enim æstimatio non facit emptionem, ex quo emolumentũ non spectat totũ ad pastorem. l. si inter virum. C. de iur. dot. Corn. in tract. socidæ. col. ij. vbi propterea infert Corn. idem esse quãdo res traditur æstimata & partes cõueniunt vt eademmet restituatur. Socyn. consil. lvj. stantibus. col. ij. vbi format quinque casus, quando conuenitur quòd eadem res restituatur. & ibi col. pen. post Bal. dicit quòd si in instrumẽto dotali non cauetur de re vel æstimatione reddenda, quãdo res est data æstimata in dotem: sed instrumẽtum dicit, quã dotem reddere promisit &c. tunc enim pręcisè debet reddi pretium. sequitur Barb. in consiliis proxi. alleg. Bald. in tract. dotium. vij. parte. priuileg. xl. & seq. ¶Limita quartò, vt regula quòd æstimatio rei dotalis faciat emptionẽ, procedat quãdo maritus est soluendo, aliàs secus. adde Crem. sing. xviij. incip. habebis millies. Bald. de dote. vij. part. priuileg. xxiij. & Bal. lib. j. cõs. xxiiij. incip. libellus. ¶Limita quintò, vltra eum, vt nõ procedat in cõtractibus de quorũ natura est dominium non transferri: vt in cõmodato, deposito &c. Bart. in l. si vt certo. §. nunc videndũ. in fi. ff. commod. Bal. in l. j. iij. q. C. cõmod. ad quem semper recurre in materia. ¶Limita sextò, procedere quãdo res est præsens, secus si absens. Bart. in l. si propter. ff. rer. amot. per text. in l. hoc si res. cum gl. ff. de rei vẽdic. cogita. ¶Limitat septimò Bald. Nouellus de dote. vij. part. priuileg. xxiij. vt non procedat quãtum ad hoc quòd sicut in vẽditione venditor tenetur promittere duplam, etiam si non sit conuentum, non tamen sic isto casu: quia dans res æstimatas, licet vi-
73 deatur vendere, non tenetur ad duplã. ¶†Redeundo ergo ad propositum. Sint cauti mariti nubentes, & non permittant se

inuol

inuoluere, prout plures faciunt: taliter quòd quasi inoleuit quædam consuetudo, ꝙ socer licet non soluat tunc totas dotes, voluerit tamē quòd gener faciat quittationem dotis integram:& postea in alio instrumento socer recognoscet se debitorem generi de illo residuo. Caue ne hoc facias: quia si casus eueniret, oportebit hæredes tuos restituere mulieri integram dotem: nec illa recognitio soceri, quãuis incontinenti facta, prodesset hæredibus tuis, qui nec liberarentur etiam cedendo actionē. Bart.& Paul. de Cast. in l. pen. §. si vir. ff sol. matr. cum quo inclinare videntur Ias.& Pich. in l. legem. C. de pact. ad fi. licet remissiuè loquãtur. Bal. in addit. Spec. in tit. de cōfes. post med. Felyn. in c. si cautio. col. xx. vers. fallit quintò. de fid. instr. Ange. in §. fuerat. col. xj. vers. ij. ad intellectũ. instit. de act. Clarè idem voluit Cãpezius in tract. dot. j. par. q. lij. col. iij. vers. in secundo casu. Alex. lib. v. consil. cxlviij. in causa. col. j.& libr. ij. consi. xxxvj. viso themate. col. j. Corn. lib. iiij. cōs. cix. viso puncto. Decius consil. cxcviij. in princ. col. pen. Opizonus in §. diui. col. lxxx. Bal. Nouellus in tract. dotium. viij. parte. priuileg. xxiiij. & seq. Et sic videtur cōmunior opinio, & fauorabilior doti.& dicit Socyn. lib. iiij. cons. lxxxviij. abũde. col. fi. ꝙ hanc opin. vidit semper in practica obseruari:& ita obtinui Mediolani coram Regio senatu, in causa dotis dominæ Lauræ de Scarampis, quæ erat de ducatis mille & sexcētis. quãuis in cōtrarium latè teneat Curt. Sen. cons. liiij. super duobus. Barb. lib. ij. cons. xix. præclarè scribitur primo Regũ. Limita tamē prædictam opin. nisi muliermet cognouisset, vel consensisset tali recognitioni. Paul. de Cast. Felyn.& Corn. vbi ŝ. idē Corn. lib. j. cōs. cclxxxiiij. in præsenti. Vitalis in tract. clausularũ, char. xx. in rub. ex quib. causis possit simulatio præsumi. col. fi. in tertio casu. vel quãdo ista mulier successisset isti socero. Cor. d. cōs. cix. lib. iiij. non credo te alibi inuenire hanc q. sic breuiter resolutam. ¶ †Caueant secundò mariti ne promittant restitutionem augmenti seu antefacti: & sic quòd in instrumēto dotali non dicat, Quas quidē dotes vnà cum augmēto prædicto restituere promisit &c. Quia regulariter sicut dos, mortua vxore, redit ad hæredes vxoris: ita augmentum, mortuo viro, redit ad hæredes viri. c. fi. §. fi. de donat. inter vir.& vxor. gl. in auth. dos data. C. de donat. ante nupt.& in corpore vnde sumitur. vbi Bart.& Ange. in §. pen. instit. de donat. col. ij. vbi latius Io. de Plat. quia æqualitas est seruanda inter coniuges. in auth. 74

Caue confitearis recepisse dotes propter instrumētum debiti quoniam post ea fit.

Propter augmētũ.

æqualitas.C.de pact.cõuen. Socin.regula cvj. vbi limitat,nisi tale augmentũ factum fuisset ante cõtractũ matrimonium de præsenti. sed per tale pactum & talia verba perderet maritus dictum augmentũ: quia eo mortuo remanet cum dotibus penes mulierem.gl.in l.legem leonis.in fi.C.de pact.cõuen.vbi Salyc.Corn.lib.iiij.consil.ccciij.in hac. col.iiij. vbi volũt quòd valeant talia pacta.& not.per hoc stringit text.in d.c.fin.§.fin. quicquid videatur velle Alex.in l.post dotẽ. ad fi. ff.sol.matr. intellige semper dũmodo ipsa mulier dotem marito soluisset.

75 † Quinimo si statutum diceret quòd mulier debeat lucrari augmentum dotis, lucrabitur solummodo pro ea parte pro qua dos fuit soluta.Ang.in §. fuerat. col. xvij. versi.& aduertas ꝙ mulier.instit.de act.Afflictus decis. cclxij. in causa. Socin.iij. vol.consil.xxxij.circa præsentem. vbi singulariter limitat non procedere quando debẽti soluere dotem, maritus dedisset inducias seu tempus ad eas soluendũ,cum ex tali promissiõe sit satisfactus.Curia Delphinatus decis.cclxxiiij. incip. in cõtractu.Afflict.decis.cccxxxiij.si dos.sunt enim laudabilia ista augmenta dotium facta per maritos.Bald.in d.auth.dos data.in lect.antiqua.clarius in l.quod scitis.C.de bon.quæ lib.ad fin. quia præsumuntur dari mulieri in præmium pudicitiæ & virginitatis:licet etiam posset constitui viduæ. Io. Lup. de donat. inter vir.& vxor. char. vj. col. iij. dicens,quòd propterea iura eis multum fauent:& sapit naturã dotis cui adhæret:nisi esset diuersa ratio.Corn.lib.iij.cõs.ccl.in præsenti.ad fi. circa quod multas quæstiones ponit Afflictus in suis decisionibus:vt colligitur ex eius tabula.in ver.ante factũ. Lucrabitur ergo tunc mulier dictum augmentum totum etiam respectu residui non soluti. Est bene verum,quòd extantibus filiis mulier habet solum vsumfructũ talis augmenti: qua defuncta tale augmentũ redibit ad filios.l.fœminæ.C.de secũd.nup. Ang. in §.j.instit. ad Tertul.Nic.de Vbal.in tract.de success.ab intest.ij.parte.in fi.iij.col.Mathesil.in eodem.col.xvij.Cremen.sing.vlt.vbi dicit, quòd propterea filij secundi matrimonij nihil habebunt. Fulg.consil.xlix.ex facto.circa medium.& lxiiij. Blasius colũ. iij.Ioan.Lup.in rub.de donat.inter vir.& vxor.char.xxvj.col. iij.Io.Garonis in repet.rub.C.de secund.nup. pœna prima, & duabus seq.¶ Amplia primò,hoc dictum etiam procedere in marito de dotibus seu aliis bonis quæ habuisset ab vxore. Roma.consil.xc.incitp.clarum.Plus dixit notãter Salyc.hoc procedere

Mulier habet solùm vsumfructũ augmẽti.

cedere etiam si talia bona habuisset ex successione. Ex exemplificat in quæstione de facto. Cauetur statuto, quòd masculus succedat patri & matri, exclusa filia: moritur mater, & sic succedit masculus, cui masculo postea pater succedit: & demum secundam vxorem accepit, & decessit superstite vno masculo ex tali secudo matrimonio, & dicta filia ex priore matrimonio. Dubitatū fuit, an illa filia deberet habere bona materna ad patrem prouenta, mediāte successione filij: ipse dicit se obtinuisse quòd sic. & eum sequitur Socin. consi. xxxiiij. prosequen. col. ij. & cclxiij. capio primum. col. ij. in ij. dubio. Corn. lib. ij. consil. cclxij. incip. circa quod videtur. col. pen. versic. nec obstat. Decius consil. lxxxvij. col. iij. Ioan. Lup. dicta char. xxvj. colū. iij. Not. benè hanc decisionem: nam quælibet de facili diceret cōtrarium: quia videtur esse contra tres communes regulas, quas in materia ponit Brunus in tract. statutorū excludentium fœminas. artic. xiij. q. v. ¶ Secundò amplia procedere non solùm in dotibus & augmento, seu aliis bonis quæsitis constan. matrimonio, sed etiam post matrimonium: puta ex forma statuti, prout est Neapoli, quo cauetur, quòd † moriente marito, 76 omnia bona quæ maritus causa vxoris parauerat, sint vxoris. Tenetur enim mulier talia bona reseruare filiis primi matrimonij. Aret. in l. ij ff. de leg. j. col. iij. versi. j. conclusio. ¶ Tertiò amplia, vt prædicta in tantum procedant, quòd ipsa mulier de talibus bonis non posset in secundū maritum vel aliam personam disponere. Corn. lib. iij. consil. cccix. circa primum. col. penul. in tantum. ¶ Quartò amplia, in tantum hoc procedere, quòd si ex primo matrimonio essent plures filij, non poterit de tali lucro plus relinquere vni, quàm alteri. auth. lucrū. C. de secund. nup. Curt. de feud. in iiij. part. q. penul. iiij. col. est char. xlvij. in fi. ¶ Quintò amplia, etiā si tales filij prioris matrimonij non essent hæredes parentum. vt Corn. d. consil. cccix. lib. iij. Limitat tamen Crem. sing. lxxiiij. incip. si maritus. hoc nō procedere si mulier habuisset à viro vel filiis primi matrimonij licentiam nubēdi. † Inferens propterea, quòd si ma- 77 ritus legauit vxori centum, si vidualiter vixerit: & quinquaginta, si nubat, non cogetur illa quinquaginta reseruare filiis primi matrimonij, ex quo censeatur sibi data licentia nubendi. Nicolaus de Vbald. vbi suprà; dicens, quòd de hoc debet esse cautus aduocatus mulieris. Angelus consilio cccxcvj. columna tertia. incip. doctor insignis. Iason in l. filium quem haben

Mulier debet reserua re proprietatem filiis. Not. quomodo Salyc.

Vidua quę rat licentiā nubendi à filiis.

habentem.C.famil.ercis.colũ.vij.in l.ij.C.de indicta vid.tol. Fulg.consi.lxiij.Blasius.col.iij.Ioan.Garonis. in repet.rubr.C. de secund.nupt.in tribus chartis vltimis.Decius in consi.ccvj. incip.quæritur.& ccxxx. proponitur. & in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. colũ.xviij.de constit.vbi dicit communem opin.esse,

78 †quòd licet pœnæ secundo nubentium hodie sint sublatæ per dictum Apostoli.non tamen sunt sublatæ inquantum concernant fauorem filiorum primi matrimonij. Idem vult Hercul. disput.incip. Perusinus.col. lxxxv.in princ.Socin.consi.xxxix. visis.colum.vj.Anchar.consi.c.ex prædicto.in princip.Ias.in l. sed si post.C.de inoffic.testamen.Corn.in l.si qua mulier.C.ad Tertul.Ioan.Garonis in repet.d.rub.de secũdis nuptiis.in xij. pœna. Aret. licet arguat contrà in cap.ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. ad fin.dicens,quòd pro ista cõmuni est tenendum in iudicando & consulendo.

Pœnæ secũdo nubentium inductæ fauore filiorũ,non sunt sublatæ.

¶.Caueant tertiò mariti quando capiunt vxorem, ad illam vulgatam regulam: quia dos à patre profecta,ad patrem redire debet. Et licet consuetudo Mar.eam limitet,

79 † quando adsunt liberi:tamen talis consuetudo solùm procedit in terminis suis,scilicet quando mulier decedit in matrimonio superstitibus liberis,& patre:secus esset quãdo matrimoniũ fuisset dissolutũ morte mariti, & postea decedit mulier vidua superstitibus ex ea liberis & patre ipsius mulieris:quia tunc dos adhuc redibit ad patrem.ita concludit d. Alex. in l.post dotẽ.ff. sol.matr.vbi valde commendat,dicens esse vtilissimum in practica,& quòd vidit iuuenes aduocatos errare.& Ias.ibi colum. xix.num.102.dicit,quòd omnes indifferenter ita tenent.: licet ipse teneat postea contrarium.& placet eius opin. propter benignitatem & fauorem filiorum pro qua vide Socin.ix.consi. incip.prosequendo.vbi per viginti & vnum fundamentũ probat quòd opin.Mar.non solùm de consuetudine,sed de iure est approbata: tamen in practica esset dubia propter authoritatẽ tenentium oppositum. Ideò cautela esset prouidere isti casui per pactum expressum. Est verùm quòd nunquam vidi istam limitationẽ obseruari.& sic habes tres notabiles aduertentias pro maritis quãdo volunt nubere. Has tres aduertentias posui pro maritis,quorũ plures vidi errare. Cauti enim sunt affines qui non dicunt ista à principio,quãdo tractant matrimoniũ: sed postea faciũt vt malitiosi locatores equorum, qui à principio dicunt pulchra verba,& postquam est conuentũ de pretio, dicunt,

Dos à patre profecta.

dicunt, Domine non habeatis pro malo, volo quòd corã istis testibus accipiatis equum,& promittatis quòd si equus periret incursu latronũ,vel incẽdio,seu alio casu, quòd periculum sit vestrum.sunt verba Cy.in l.j.col.ij.C.de cõmod. †nõ tamen 80
debet propterea velle maritus in aliquo locupletari cum iactura vxoris,quia esset contra naturã.l.nam hoc natura.ff. de con dict.indeb.in regula,locupletari.lib.vj. Isocr.de bello fugiendo,oratione incip.omnes.col.xxxiiij.& Morus in repet.lib.ij. chart.lxj.& dicit Bald.in cap.cùm accessissent.in primis verbis.de constit. quòd regula regulariter in via conscientiæ est, Non est locupletari cum aliena iactura: nec debet quis propter suam requiem alienas vitas corrumpere.in auth.de tabel. ante medium.dixi inter feudalia Bruni.consi.xij.colũ. xxviij. Et cum vxor sit socia diuinæ & humanæ domus, non quod priuatim interest vnius ex sociis,seruari solet,sed quod societati expedit.l.actione.§.Labeo.ff.pro soc. Aliàs esset societas lupi cum puero,quẽ cauda linit vt comedat.secundũ Curtium consi.lxvj.col.v.vel leonina,quæ vult totum pro se.& Bellamera consi.xxiij.quidam bastardus.col.ij.in fin.Erasm.in parte j. prouerb.dclxxxvij.dixi in d.consi.xij.col.xx. Et esset amicitia vulgaris,iuxta illud:Vulgus amicitias vtilitate probat.glos.in §.vt igitur.in verb.vulgi.in clem.pastoralis.de re iud.Gel.lib. xvij.cap. v. incip. Cicero. & tales sunt amicitiæ fœneratores, non cultores.Amadeus in dialogo de Amicitia.chart.xv.facit Luc.de Penna in l.quicunque.C.de cohortal.lib.xij.hinc antiqui prohibuerunt donationes inter virum & vxorem: dant enim alieni,& qui non amãt:secundum Plutarchum,quem Latinum reddit.& refert Ludouic.Tesera in l. si inter virum.col. ij.ff.de reb.dub.¶ †Nunc volo ponere alias tres aduertentias 81
fauore parentum, pro conseruatione masculorum & domus suæ. Aduertant ergo primò quando dotant filiam, vt faciant eam sibi promittere & iurare,quòd nunquam alienabit dictas dotes,nec alienationi consentiet, imò nec ad aliquem actum obligationis vel alienationis deueniet. Nam dato quòd postea consentiret alienationi fiendæ per maritum cum iuramento,dũmodo aduiset illum cum quo contrahet de tali primo iuramento, tale secundũ iuramentum tanquam posterius nihil valebit.ita not. Ias.plura adducens in l.duobus reis.†.idẽ Pomponius.ff.de iureiu.cum similib.vt latè posui in meis clausulis generalibus.in ver.obligauerunt & hypothecauerunt. char.v.

Faciat filiã iurare ꝙ nõ alienabit.

¶Ad

¶ Aduertant secundò ad ea quæ ponit Catell. Cotta in ij.parte Memoral.in verb.dos data,seu promissa. nam licet filia dotetur à patre non tamen excludetur propterea à bonis maternis,quando maximè mater iam defuncta erat: & sic hæreditas erat iam delata: quia pater præsumitur dotare de bonis propriis,non de bonis filiæ.vide Natam in cap.quamuis. de pact. lib.vj.col.xxxix.Brunum Asten.in suo tract.statutorum.vj.art. iiij.membro.q.xij.& xvj.Alexand.lib.ij.consi.clj.Campez.de dote.v.parte.q.lj. Curt.Iun.consi. x. Ideò loquere clarè quando das dotem & facias partem dotis de bonis tuis,& aliam partem de bonis maternis: & his mediantibus facias renuntiare vtriq; hæreditati & bonis & rebus,& iuribus quibuscunq;, & legitimæ,& eius supplemēto cum iuramento:& isto modo euitabis conflictum opin.quia,vt dicit Ioan.Lup.in repet.cap.per vestras.char.lxxxvj. vers.iiij. ex quacunq;. etiam si pater dotat filiam in mille,incluso omni eo quod ipsi filiæ debetur tam de bonis patris, quàm matris: hoc non obstante,patre mortuo, poterit petere bona materna vltra dotem, probando esse tot bona in facultatibus paternis quæ sufficiant ad dotem: licet relinquat cogitandum.Item esset bonum vt per pactum etiam prouideres ad illam decisionem Salyc.quam s.retuli pro notabili: & vtilius esset fortasis quòd talis renuntiatio fieret coram iudice qui interponeret decretum,& absente patre, vt cesset periculum timoris.vt Catell.ibi in verb.contractus mulierum.& postea pater ad requisitionē filiæ per aliud instrumentum ratificaret illam talem renuntiationem. & hoc ad euitandum opin.Doct.in l.fin.C.de pact. quòd pactum de hæreditate viuentis non valet,nisi ipse consentiat ad euitandum votum captandæ mortis.Et si mater adhuc viuit, consiliū est quòd pater & mater etiam simul dotent, dando de consensu mariti aliquid de dotibus suis,quas maritus per aliud instrumentū poterit postea reintegrare isti suæ vxori: & sic consuletur masculis ne posit ab eis ista soror petere dotes maternas.Et quia extāt vt plurimū statuta excludentia dotatas à successione, Doctores dubitant an excludantur solùm ab hæreditate dotantis. si vtamur ista via, euitabitur conflictus opin.de quibus Brunus in tract.dictorū statutorum.art.viij. q.xvj.Natam in c.quāuis col.lvij.& seq.q.ij.Alex.consi.clj.themate.col.j.lib.ij.Anchar. consi.lxxvij.Bald.lib.j.consi.cccxciij. quędam mulier Leoneta. col.fin.Curt.consi.xxvij.col.xvj.Ias.& Lancel. in l. vt libertis.

[Margin notes:]
Vt nō molestet masculos in dote materna.

Ad excludend. filiā ne molestet masculos.

Excluditur solū ab hæreditate dotantis.

C.de collat.Iaſ.in l.quoniam nouella.ij.col.C.de inoff.teſtam. Bolog.conſi.xxviij.Calcan.conſi.xj.col.ix.Socin.conſi.xxx.col. x.& lxxxiiij.col.iij.verſic.v.moueor.Corn.lib.j. conſi.lxxiiij. in fin.iij.col.& in ſeptẽ aliis cõſiliis,vt in eius tabula.in verb. ſtatutum.Petr.Gerard.ſuo not.vij.fiunt aliquando conuentiones inter agnatos ad excludendum fœminas. de quibus vide quæ addidi inter feudalia Bruni in calce conſilij xj.

¶Aduertant tertiò,quia ſi habent iſti parentes dotantes plures filios maſculos , non obſtante tali ſtatuto ,ſi nihilominus poſt patrem moriatur vnus ex maſculis , ſoror ſuccedet eidem 82
pro ſua rata cum alio maſculo:†quia poſtquam patris hæredi *Hæreditas*
tas fuit adita,non dicetur amplius hæreditas patris,ſed fratris. *adita nõ eſt*
Iaſ.poſt alios in l.j.§.veteres. ff. de acq.poſſeſ.col.iij. in l.eius *amplius hæ*
qui in prouincia.col.v.ff.ſi cert.pet.in verſi.quòd ſi ſtipulatus. *reditas.*
in l.venia.C.de in ius voc.in §.actionũ.col.fi. inſtit.de action. Brunus in tract.ſtatutorum excludentium.viij.articul.q.xviij. Cremen.ſingul.cxxvij.vbi concludũt,quòd propterea tale ſtatutum non excludit à tali hæreditate fraterna. Natã in repet. cap.quamuis.de pact.lib,vj.col.lviij.eſt in v.q.iiij. quæſtionis principalis.Cacialupus in repet.l.omnes populi.ff. de iuſtit.& iure.col.cxviij.q.lxix.dicens, quòd ſtatuentes debẽt eſſe cauti in concipiendo verba adeò latè quòd comprehendant etiam hæreditatem fraternam & patrui. concipe ergo tale ſtatutum vt ſ.poſui in nono fundamento de infinitis ſiniſtris mulierum moribus. Ideò conſilium erit,quòd in renuntiatione,de qua in aduertẽtia ſ.proximè poſita, filia etiam renũtiaret bonis & rebus fraternis præſentibus & futuris. Limita hanc deciſionem non procedere quando cõmunis vſus loquendi haberet quòd hæreditas fratris adhuc poſt aditionem dicitur hæreditas patris.ita eſt de mẽte Iaſ.in d.§.veteres.col.ij.verſ.tu adde,quòd contra iſtam.Alexan.lib.iij.conſ.xlix.viſo proceſſu. & cxxiiij. ſuper primo quæſito,ad fin.facit,quia imò adhuc propriè dicitur hæreditas.ſecundum Curt.Iun.in d.§.quòd ſi ſtipulatus.Et dato quòd ita diceretur ſolutùm impropriè & de lata ſignificatione vocabuli,vt omnes fatentur.& facit Butr. conſ. lxiij.viſo libello.quem ſequitur idem Curt.in l qui ſe patris.char.xij.C. vnde lib.& Alex. lib. v. conſil. clxxxiij.viſo puncto quæſtionis præmiſſæ.quem refert Pich.in rub.ff.de rei vend.chart.iiij.Sequitur id quod in ſimili reſpondeo ad regulam ſtatutorum in ſolut.ad octauum fundamẽtum de Incontinentia.in illa quæ-

ſtione

ſtione,de nato in villa,an debeat admitti in collegio.& ſic nedum limitari, imò deſtrui videtur hæc deciſio, igitur cogita. ¶Secundò limitat Decius conſi.cccix. viſo puncto. vt ita demum procedat quandò ſtatutum diſponit quouſq; vel quoad maſculus ſuperfuerit:ſecus ſi ſimpliciter excludat. quia ſemel excluſa,remanet perpetuò excluſa.Cogita tamē in quibus terminis loquatur, vt per eum: & de renuntiatione hæreditatis paternæ,an trahatur ad fraternam,vide per eum conſil.cclxvj.
83 incip.ad excluſionem.Quæro iuxta prædicta,† ſi ſunt duo ſocij omnium bonorum:an filia alterius debeat dotari de bonis communibus.Decius conſi.lxvj.col.v.& lxviij.col.ij.Alex.lib. v.conſi.lxx.caſus talis eſt,Chechus.Et lib.ij. conſi.cxxxiij. tit. col.ij.in apoſtil.Bald.in l.fin.C.de dot.promiſ.Socin.iiij. vol. conſi.iiij. incip. quantum ad primum.& duobus conſiliis proximè ſequentibus. Butrius conſi.vij.dubium primum.dicunt quòd ſic.Contrarium tenet Petr. de Vbal. in tract.de ſocietate. vj. parte.q.ix. incip. quæro an onus. Corn.lib.iij.conſi.lij. quamuis.Et lib.iiij.conſi.lviij.ad euidentiam.litera h.& lib.j. conſ.cxxiiij.viſa.litera k.vbi ad quem redeat ſoluto matrimonio,an ad patrē, an ad ſocietatem.& cxxv.col.iiij litera r.vbi. quid de aliis oneribus matrimonij.Socin.cōſ. cxcij.capio.col. iiij.Iaſ.in authen.quod locum .col.v.C.de col.in l.diuortio.§. quod in anno.col.v.ff. ſol.matr.Alexā.lib.iiij.conſi.lxxvj.viſo themate.col.ij.& duabus ſubſcriptionibus ſequentibus.& iſtā dicit communem Monferrat.in repet.l.ſi cōſtante.ff.ſol. mat. chart.viij.in fin.allegando Socin. & alia.Et hoc indubitanter procedit in dote ſecundo loco conſtituenda. Iaſ. in §. fuerat. col.pen.inſtit.de act.in l.inter ſtipulantem.§.ſacrā.ff.de verb.
84 oblig.†Et ſi vnus fratrum,patre viuente,de bonis patris maritauit filiam, patre poſtea defuncto:poteſt alius frater dicere ꝙ talem dotem imputet in partem ſuam.Rom.ſingul. ccccij. incip.pone caſum.
85 ¶†Ampliat vij.in ducēte pulchrā. Chronica Ianuæ ix.parte. Pulchra. & hoſpes meus Mediolan. Chi ha caual biancho,& bella mogliere,nō he mai ſenza penſiere.& vltra ea quæ cōgerit Buſtus in j. parte Roſarij. ſerm.cccxxxj.litera b.& ſerm.ſeq.litera o.
86 vbi dicit inter cætera,ꝙ † turpes vxores ſunt ſimiles macellariorū tabulis, quæ die noctúq; ſine cuſtodia abſq; ablationis periculo remanēt in plateis.& Petrarcha de Remedio vtriuſq; fortunæ.lib.j.dialogo lxvj.de vxore formoſa. & inquit Florē.
Hai tu

Hai tu la bella: tuo dãno. Superba enim res est pulchra mulier: vt inquit Menãder Græcus, Fastus inest pulchris, sequitúrq; superbia formã. nec mirũ, quia aufert nomen marito, & dicetur: eamus domũ dominæ Tenerinæ: nõ ad domum domini bon homi eius mariti: imò pulchritudo mulieris causat quòd amicus etiã ea inscia & inuita maritum occidat; vt Dauid Vriam, & quidam Sueuus, de quo in Phalarismo. dialogo incip. quid corporis. chart. ij. & Vlrichus Vtẽ. in dialogo, Aula. pag. xxvj. & cuidam socio contigit, & alteri de quo genitor meus iudex iustitiam fieri iussit, & caput truncari. Et lis est cũ forma iuncta pudicitiæ. Corporis egregij miseros trepidósque parentes Semper habet, rara est adeò concordia formæ Atq; pudicitiæ: sanctos licet horrida mores Tradiderit domus. &, Formosis leuitas semper amica fuit. Et, Difficile est custodire, quã plurimi adamarunt. nam aliquo modo expugnatur, quod vndique incessitur. vt inquit Hieronymus. & quidã nobilis de diœcesi Taurinensi vxori suæ adulteræ nasum abscidit, vt ob deformitatem amatores eam relinquerent. Et audio hoc frequentari in Flandria. & ista est pœna adulteræ in regno: vt patet ibi in constitutionibus sub rub. de adulter. quæ est grauior quàm si abscinderetur manus, vel effoderetur oculus. Paris de duello & re militari. char. xlij. sub rub. quando vnus effodit oculum. & in tract. suo syndicatus. char. xxxj. col. ij. dicit, quòd in muliere difformitas non recipit æstimationẽ. quod maximè procedit in his quæ non solùm natura, sed arte se pulchras faciũt, fucamentis scilicet & vnguentis. contra capitulum, fucare. in vlt. chart. Decreti. de consecra. dist. v. Rosarium ij. parte. serm. xxviij. per totum. Ouidius de medicamine faciei. Frater Iaco. in Sophologio Sapien. lib. x. cap. xv. de mulieribus. colũ. j. pulchrè Volaterranus in Oeconomica Xenophontis, contra matronas externo colore fucatas. char. vij. Guilelmus Coquillart in tract. Des droitz nouueaux. in rubr. de dolo. colũ. ij. & seq. Maphæus Vegius in tract. de educatione liberorum. lib. iij. c. quod autẽ in maribus. vbi loquitur de illis quæ dispaliatæ & calamistratæ incedũt, quæ cuncta sunt alimenta libidinum. & lib. iiij. circa fi. melius quæ ad mœchũ veniunt lota cute: quãdo videri vult formosa domi. pulchrè Barba. in proœm. clem. col. pẽn. latius Philelphus decade. iiij. satyra ij. incip. O pueri. Et saty. seq. & decade viij. saty. ix. inci. Antonij. imò amatores emunt amasiis suis talia fucamẽta. Lancel. in l. turpia. col. ij. ff.

Pulchra superbia.

Fucata.

de leg.j.qui plus dicit in l.vxori.ff.de vsufr.lega.ꝙ licet aliâs non valeat donatio inter virum & vxorem, valet tamen pro
87 emendo belletum vel rosetum. † Et quamuis aliquando liceat fucamẽtis tegere defectum naturę, puta infirmitatis. Cacialup. in repet.l.omnes populi. ff. de iustit.& iure.in iij.q. principali Bart.est col.xliiij.esset tamẽ melius quòd quæ minus se commendabilem forma putat, sedulò operam daret, vt virtutis lau de turpitudinẽ tegeret. Apuleius in Apologia j. pro quo Bald. in procem.Rex pacificus.col.vj.Sallust.circa prin.Catilinarij: Nam diuitiarum & formæ gloria fluxa est atque fragilis: virtus clara, æternáque habetur. refert Morus in Republica Vto-
88 piæ.lib.ij.est chart.lxxxv.dicens † ꝙ mulieres ideo fucamẽtis vti vel naturam iuuare prohibentur: quoniam vt forma nonnulli capiuntur, ita nemo nisi virtute atq; obsequio retinetur. Etenim curat pelliculam. Erasmus ij.parte prouerb. ccclxxix. tótque artibus vtuntur, quòd adhuc quicquam decipitur. Cocles de Physionomia. lib.j. c.iiij.allegãdo Cicum Esculanum. parua habebit subsoleas eminẽtiores, & videbitur grandiuscula: macra sardilia, seu vestibus conflatis se circũdabit, quæ darent formã vni sacco, & videbitur pinguis. Nam sunt tria mala macra, anser, fœmina, capra. Non nisi dœmonibus conuenit ille cibus: pallida braxilio & bombicella se faciet rubicũdam, & labia cum cereta. Nigra cum cerusa Veneta se dealbabit. dicunt enim: Calcina vende muro: biaca vende caualo: & biacha vende culo. nam & si vultus sit deformis, albedo est tantæ pulchritudinis quòd omnia restaurat: habent enim plures colores, quàm enumeret Gell.lib.ij.c.xxvj.Phauorinus. Exiguæ frontis illa expilatione ampliabit. Sed facit pœnitẽtiam cum peccato, prout illa, quã qui vidit, testimonium perhibuit, quæ sulphure subfumigat frontem pro dealbando crines, & tam horridum fœtorem sustinet: nescio si hanc receptam posuerit Achilinus in Viridario, dum loquitur de fucamentis. non potui videre pro nunc, vide etiam fratrem Thomam in tract. de Potestate Pontificis.char. cxxij. adeò vt etiam si hodie faceremus quod Thomas Morus in sua Repub.li.ij.est char. lxxiij.
89 dicit facere, vt Opienses, † qui volunt mulieres nudas videre antequã eas despõsent. nec immeritò, vt Seneca epist.lxxxj.in fin.incip.hodierno.& Apuleius de deo Socratis.lib.j.circa fin. quem refert Ioã.Andr.in cap.constitutus.col.penult. de appel. quòd in emendis equis non phaleras consideramus, & ornatissimæ

tiſsimæ ceruicis diuitias, ſed ſolùm corpus eius & animum intuemur: illa tamen quæ oſtenduntur veniunt vendito equo. Ang. in l. eum qui. §. non ſolū. ff. de furt. ita ergo veſtes quas filia habebat quando fuit oſtenſa futuro ſponſo ſequuto matrimonio. imò aliqui retinent eas prius in cōcubinas ad prolis experimentū, antequàm capiant in vxorē. gl. in §. necnon. ver. præſtiterunt. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. facit regula, qui cū alio. ff. de reg. iur. licet ſi non pariant ſit potius peccatum viri, quàm mulieris. gl. in §. ſed nos. in ver. peccauit. inſtit. de ſenatuſconſul. Tertul. & ꝙ adhuc non ſit plenē ſuccurſum tot malitiis, patet in caſu in quo conſuluit Aret. conſi. cxlij. ex facto. & ideo aliqua apparebit pulchra, & poſtea habebit vuluam in tranſuerſo. Bald. in cap. quemadmodū in figuratione caſus. de iureiur. Et licet aliqui velint dare ſigna, ex quibus per apparentia cognoſcamus latentia. Io. de Platea in l. j. C. de cano. frum. lib. xj. vt ex turgido pectore turgidum cunnum, & ex delatione ponđte pedum ſeparatarum valde. Item ex longitudine pedis, longitudinem vuluæ. Michaël Schotus de Phyſiognomia. cap. vj. clarius Cocles. lib. ij. quæſito. xiiij. licet illa meretrix dixerit, Naſe me decepiſti: tamen plures fraudantur, vt patet ex prædictis: nam Cicero de officiis, † Nec ſimulatum quicquam poteſt eſſe diuturnū. facit Petrarcha epiſt. xx. ſemiſopitū. poſt med. dū loquitur de ſua Laura. Quod maximè procedit quando portat diuiſias, ſeu varios colores, quæ ſunt ſigna laſciuiæ: ac in §. quanta igitur. in authen. quomodo oporteat epiſcopos. ibi, maligna ſuſpicione. in authent. de monachis. §. cogitan. ibi, bonum ornatū &c. facit Anteros Fregoſij char. xxxiij. & vt dicit Bal. quem refert Præpoſitus in cap. j. quid ſit inueſtitura. col. ij. Al ſignale ſe cognoſceno le balle. Alber. in l. de minore. §. tormēta. ff. de quæſtio. Nauis Stultifera chart. x. virorū effœminatio. & chart. lxviij. voluptatis incommoda. & chart. cij. de ſuperbiæ authoritate. & Eccleſiaſt. xix. circa fi. Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enuntiant de illo. faciūt quæ ponit Specul. in tit. de aduoc. §. ſequitur videre de veſtibus. & Aegidius lib. j. parte j. cap. xix. Gellius lib. j. c. v. Demoſthenē. & libr. iij. c. v. Plutarchus. quæ ponit Philotinus in dialogo vulgari capitis & birreti, chart. iij. dū loquitur de gallantaria. & char. ſeq. dum loquitur de inſigniis militaribus. & dicit Paris in tract. de Syndic. in ver. probatio. quòd equus cognoſcitur ex merco. & Bauerius inſt. de teſt. §. teſtes. el. j. col. viij.

60

Diuiſia.

Al ſignale ſe cognoſce le balle.

viij. quòd ex signis & signaculis res cognoscitur: nam qualis quisq; est, talis finis ei videtur. iij. Ethicor. & talia agit, & dicit iiij. Ethic. c. de veritate. Hadr. Papa noster in quodlibet. q. x. est chart. cv. litera a. vel quando portant literas conglutinatas seu zifras, quæ nõ possunt legi, nisi à scientibus: & dicunt marito quòd important vnum, & erit aliud. Bart. in l. quotiens. §. sed si non. ante fin. ff. de hæred. instit. Guilel. Coquillart. in tract. des droitz nouueaux. in rub. de præsumpt. colum. viij. Gellius lib. xvij. cap. ix. incip. libri. vel quando non loquuntur nisi verba lasciua: quoniam lyra cognoscitur ex sono, & auis à cantu. secundum Bal. in l. comparationes. col. fin. C. de fid. instrum. col. fin. pulchrè docet Franciscus Barbarus de re vxoria. lib. ij. cap. ij. de moderatione vxoris: nã sicut peregrinus cognoscitur ad scarcellam & bordonũ. Baueria in §. hi quos. instit. de hæredi. institu. ita philocapta per hæc signa cognosci potest: licet ipsæ non putent hoc, quia amor excæcat eas. Non tamen etiam decet mulieres esse immundas, vt infrà dicam respondẽdo ad illud, sint capræ &c. versi. seq. nã, vt inquit in Pœnulo apud Plautum, Mulier, scena, Negotij; Nam cũ sedulò munditer nos habemus, vix ægrè amatorculos inuenimus. Hoc vnũ tamen cogitato, Modus omnibus in rebus optimus est habitu. Nimia omnia nimium exhibent negotium. facit. l. continuus. §. item quia insulam. ff. de verb. oblig. nec dicant se hoc facere ob pulchriorem sobolem procreandã. vt docet Ioan. Fab. in rub. instit. de nuptiis. Aegidius de regim. princip. lib. ij. parte j. capit. xiij. Socin. lib. j. consi. j. col. ij. versi. cũ ergo iste. quia pueri maternisant in corpore. Ideo dicit Capien. formosam magnitu-
91 dine & pulchritudine: & ratio est. † quia pulchritudo semper est in magno corpore: vnde parui formosi dici possunt, non autem pulchri. Vide tamen Aret. in procem. translat. Oeconomiæ. vbi summè laudat res paruas. Aeneas Syluius episto. cxij. dũ laudat Maria. Socin. habentur in cõmento Persij. in princi. Erasmus iij. parte. Prouerb. ccclviij. Amens longus. vbi etiam allegat illud Statij dum loquitur de Oenide, Maior in exiguo regnabat corpore virtus. pro quo Doctores in l. j. ff. de iurisd. omnium iud. dum dicunt iudicis officium latissimum est, nõ longissimum. Et Phantinus de tradotio in transtulo dominarum. colum. xix. versic. deh non tincresca. Ouidius pro Sapho Phaoni, Nec me despicias si sum tibi corpore parua, Mensuramq; breuis nominis ipsa fero. Dicit tamẽ idem Erasmus ij. parte

part.prouerb.cxlvij.ignis,mare,mulier,tria mala.quòd quidã voluit vxorem paruã tãquam minus malũ,quàm magnam.sed rarò pulchritudo parentũ in filios trãsit! † quoniam imagi- 92
natio in coitu,dissimilitudinẽ causat.Barto.& Doct.in l.Gallus. circa fin.princip.ff. de liber.& posthu. Martialis circa fin. lib.vj.in Epigram.incip.pater.Ioã Pyrrhus in tract.fictionis. chart.ij.Arist.Problem.x.particula x. Symphorianus in Bello Medicinali.libr.ij.cap.v.Maphæus Veggius de educatione liberorum.chart. ix.etenim imaginatio facit casum.secundum Bald.in l.executorem.col.ix.C.de execu.rei iudic. sed illa prudens matrona dicebat quòd in eo actu tantam delectationem capiebat, quòd nisi de ea cogitabat, & totũ sensum in illã duntaxat iaciebat:non autem de alio viro,sed de alia re.Est verum quòd Fortunius in d.l.Gallus.in princip.num.lxxxvij.Et marius Salomon. chart. antepenul. infinita adducunt, ex quibus coniecturatur potius filius mariti ille qui magis est sibi similis.vltra quod adde illud Medeæ Iasoni, Et minimè similes tibi sunt &c.Et Didonis in iiij. Aeneidos, Luderet Aeneas, qui te tantùm ore referret.Macrob.lib.j.Saturnalium.cap.xj.circa fin.quòd quæ vulgo se prostituit,ideo filios semper patri simi les procreabat: quia nisi naui plena non tollebat vectorem. & commentum Petrarchæ in Thriumpho Amoris. c.j. dum loquitur de Faustina, dicit, quòd eius filij ex vultu & moribus iudicati sunt filij gladiatoris, non Marci Antonij. Et refert Fortunius.ff. de iustit.& iur.col.quadragesimasexta. post Philosophum Politicorum, quòd apud Libycos hæc consuetudo viguit, vt illius filij haberentur, cuius imaginem ac corporis lineamenta duceret: sed matronæ nostri temporis statim inuenirent medellam, scilicet vt si non patri, alicui eius fratri vel attinenti assimilaretur. Petrarcha tamen epistola octuagesimaquarta.non sum nescius.probat deformem artificem formosum opus effingere posse. infrà dicam in limitatione, dum ponam de bene nata. Item licet soleat dici, quòd quem Deus pulchrum. non pauperem fecit. & habetur in oratione Isocratis de pulchritudine Helenæ, impressa cum Herodoto.& Beroald.in opere de Felicitate.ante fin. quòd sine pulchritudine non potest esse absoluta felicitas, & in Cepol.de imperat.mil. deli.char.xij.Tamẽ hodie pulchritudo potius est dãno,quàm commodo:si non solùm moderna, sed prisca exempla conspexeris: vt habetur de Virginia in l.ij.§.initium.ff.de orig.iur.

Imaginatio facit filios dissimiles.

Et patet ex marito tot sanctarum virginũ pulcherrimarum, quo ad mundũ loquendũ. Itẽ de Hippolyto & Narcisso, quorum alter laniatus, alter necatus. Facit Petrarcha libr. j. de remed. vtriusque fortunæ. c. lxxij. de insigni natorũ forma. Matthæus Bosius de tolerãdis aduersis. vbi etiã plures enumerãt. & prouerbium rusticorũ dicit, Pulchram mulierem destinatam ad prostibulum: pulchrum virũ ad patibulum. & sic ad faciendum finẽ Pyrrhi. secundũ Cy. in l. certum. col. ij. C. de rei vend. vide plura contra pulchritudinẽ per Platinã, De vero & falso bono. lib. iij. chart. iiij. Et si dicas quòd capiẽdo pulchrã, si alij & ex eius pulchritudine delectentur, tu huberius, dicunt quòd, maritus vtplurimum de nocte qua omne berretum bonum est. vide Franciscum Barbarum de re vxoria libr. ij. c. vj. de coitus ratione. Phantinus de tradotio in transtulo domi-
93 narum. colum. xv. versi. adonche chi non vol. & col. xix. † præterea plura requiruntur vt mulier possit dici pulchra. vide Codrum serm. ij. chart. iiij. Anterota Fregosij circa fin. vbi ponũt etiam veram mensuram pulchritudinis. aliquid Calistus in Celestina. cap. j. Bocatius in Ameto. chart. xv. & pluribus sequentibus. vsquequo illæ nymphæ incipiunt narrare amores. & triginta requisita enumerantur per Gallicum in lib. de la louẽge & beauté des dames. circa fin. quas Latinas fecit Franc. Corniger, quem nunc refero, quia non est impressus: sed bene Vincentius Calmeta idem ponens in carm. vulgari. incip. dolce Flaminia. & ecloga proxima seq. incip. perdare risposta. Lege ergo versus Cornigeri:

Pulchritudo nocet.

Triginta hæc habeat quæ vult formosa vocari
 Fœmina, sic Helenam fama fuisse refert.
Alba tria, & totidem nigra, & tria rubra puella:
 Tres habeat longas res, totidemq; breues.
Tres crassas, tot idem graciles: tria stricta, tot ampla.
 Sint ibidem huic formæ sint quoque parua tria.
Alba cutis, niuei dentes, albíque capilli,
 Nigri oculi, cunnus, nigra supercilia.
Labra, genæ, atque vngues rubri, sit corpore longa,
 Et longi crines, sit quoque longa manus.
Sintq; breues dentes, auris, pes, pectora lata,
 Et clunes: distent ipsa supercilia.
Cunnus & os strictum, stringunt vbi cingula, stricta.
 Sint coxæ, & cullus, vuluáque turgidula.

Sub

Subtiles digiti, crines & labra puellis.
Paruus sit nasus, parua mamilla, caput.
Cum nulli aut raræ sint hæc, formosa vocari
Nulla puella potest, rara puella potest.

Potest videri Anteros Fregosij circa fi. vbi ponit veram mẽsuram pulchritudinis. Præterea volunt quòd sibi dicatur, Facies, non vxor amatur. Et inquit Theophrastus, Modici temporis tyrannus est pulchritudo. refert & alia plura Anteros Fregosij char. xxx. facit Ouidius de medicamine faciei. Frater Iacobus in Sophologio Sapientiæ. lib. x. c. viij. de iuuenibus & eorum statu. col. iij. Quàm stultum est ob formam fragilem, quæ quantum cẽdit in annos Fit minor, & spatio capitur ipsa suo, amittere dulce munus libertatis: quia si non ab infirmitate, à senecta omnis pulchritudo deturpatur. Erasm. in parte Prouerb. xxvij. Pulchrorũ etiam est Autumnus. latè Rosariũ. Busti ij. parte. serm. xxxj. litera t. & inquit Salomon, quòd petransit decor mulieris velut flos agri, & Stepha. Niger chria. j. char. j. & Baptista Pius in annotationib. posteriorib. cap. liij. ante fin. de forma autem hominis, Anteros Fregosij vbi ſ. ponit mensuram. & Sidonius Apollinaris lib. j. epist. ij. incip. sæpe numero. vt inquit Virgilius in j. Aeneidos. Picturáque animum depascit inani. † & studiose inspicere picturas vitium est. l. fin. in princ. ff. de ædil. edic. Mart. de Fan. in tract. de modo studendi. in xxx. documento. facit Erasmus iij. parte Prouerb. ccccc-xxviij. nulla candidorum virorum vtilitas. facit, quia forma perditur per nimium studentes. Luc. de Penna in l. j. C. de prof. qui in vrb. Constãtinop. lib. ij. col. ij. vbi ponit plura de pulchritudine: & tamen pulchra sponsa vult pulchrum sponsum. Bal. in c. inquisitionem. de elect. Nec dicas te malle ducere pulchram, quàm turpem, ne dæmonem expauescas. Adeò quòd te signo crucis munire oporteat: quoniã respõdet Hieron. quòd minore miseria deformis habetur, quàm formosa seruetur. Nec dicas, quòd si fortè contingat fieri adulteras, minus malum est de pulchro ligno strangulari. Erasm. ij. parte Prouerb. cvij. Pulchræ formã vendere cura est, & pretium plena grande referre manu. Deformis enim largietur mœchis substantiam mariti. Portius instit. ad Tertul. ante fi. quia respondetur quòd hoc ita potest euenire in pulchra sicut in deformi: & in vtraq; hoc est insuetum. Ezechiel. xvj. quia † mulierum genus auarissimum est. gl. in l. quæ dotis. ff. sol. matr. Ideò in eis non præsumitur

Picturaina nis. 94

Mulier aua ra. 95

mitur donatio.vt ibi,cum sim.vt Iaſ.ibi & Socin.conſ.xx.colũ. fi.iij.libr.dicens,quòd ſi mulier vtitur magna liberalitate, ex quo facit id quod repugnat naturæ ſuæ, præſumitur decepta. Io.Lup.in rep.rub.de donat.inter vir.& vxor.char.iij. col. j. & Anteros Fregoſij char.xxx. Nam propter earum puſillanimi-
96 tatem ſemper dubitant ne terra eis deficiat ſub pedibus.†Ideò diligunt pecuniam quæ eſt fideiuſſor futuræ neceſsitatis.Petr. Gerrad.not.xxiij.Sed ab auaro etiã iuſtè nihil extorqueri poteſt.Paul.de Caſt.in l.ſi quis in ſuo.in fine princ.C.de inoff.teſta.Et dato quòd lucretur, memẽto eius quod dicit Auſonius: Sed modò quæ vobis lucroſa libido videtur, Iacturam ſenio mox ſubeũte feret.Præterea nulla adeò turpis quæ amatorem non inueniat, ſaltem turpem. Imò quandoque adſunt mariti odientes pulchram vxorem,& ardentes amore alicuius meretricis deformis.& cum illius deformitas eis obiicitur:reſpondent,eam nõ vides oculis meis. Frater Bernard.j. parte Roſarij.ſerm.xxiij.litera e.Lãcel.in l.cum ſeruus.§.ſcio.ff. de leg.j. ſed Sẽpronius apud Celeſtinã dicebat in c.cum oculis, ſcilicet ſpeculi ignei,quòd paruum facit videri magnum.facit Eraſm. char.iiij.Prouerb.cxiiij.ſuũ cuiq; pulchrum:& quod ſapit,nutrit.Fely.in c.tua nos.de homicid.col. j. facit Fregoſius in ſua Anterote,ante fi. vbi dicit hoc procedere ex cõformitate planetarum,ſub quibus nati ſunt tales amãtes. allegat Platon. in Timæo.Sõniũ Viridarij libr.ij.c.cccxxvij. Plura in propoſito ponit Aeneas Sylulus epiſt.cvj.querebaris. dicit tamen Bal. in c.j.vt lite pend.quòd ſapiens dominabitur aſtris. Secũdò, aliqui dicunt quòd non capiunt tantam delectationem cum vxore,quantã cum alia:quia ipſa non vtitur erga eum tot blanditiis,ſicut amaſia.ſed vxor non. Tertiò,aliqui accuaſnt vxorem de latitudine. vt Cyn. in l.fin.C. de repud. Et dicit Hoſtien.in Sũma de frig.& maleſ.§.quę impotẽtia.col.j. quòd fuit apud Craſam mulier habẽs vuluã tam amplam,quòd nemo poterat eam cognoſcere. debebat eſſe os mõtis Aethnæ. de quo Barb. in c.nouit.col.viij.de iudi.vel illa cui maritus dixit, ꝙ ſi haberet duo pũcta,eſſet melior mulier illius vrbis: vnũ ſcilicet ad os ſuperius, aliud ad os inferius. ideo obiiciunt vxori, quòd fuiſſet bona nux:quia lata. Sed tunc mulier debet reſpondere, quòd imò vir fuiſſet bona rapa,quæ habet caudã paruam. Aliqui & quartò dicũt ſe adeò non delectari cum vxore:quia hoc faciunt ex debito.c.ij.de coniug.lep. vnde quod ex neceſsitate fit,

Volentes quod vxor lucretur.

Cur relicta pulchra qs amet deformen.

fit, non tantum placet, ſicut quod voluntate arripitur. c. quicquid enim. de conſec. diſt. v. nullum enim bonum niſi voluntarium. Philoſophus, quem refert Paris de re milit. chart. xxxix. quando equus vnius. & Aegidius de regim. principum. li. j. c. v. Guillielmus de Mõtefert. cõmento Pragmaticæ ſanctionis. char. xij. & definit primũ vbi neceſsitas imponitur. Seneca in fi. lib. j. Declamationũ: quia neceſsitas eſt contraria voluntati. Bal. in l. ſi C. de pœn iud. qui mal. iud. facit Roſariũ Buſti. lib. ij. ſerm. x. litera e. Et etiam ex parte vxoris videtur quòd ipſa non complaceat: quia ad hoc tenetur ex debito l. proximè. ff. de rit. nup. quia † in neceſsitatib. nemo liberalis exiſtit. l. rem 97
legatam. ff. de adim. leg. hinc dicit Io. Lup. in rub. de donat. inter vir. & vxor. charta xxvj. col. ij. quòd ſi mulier ſeruiat viro, per hoc non dicitur taliter merita, quòd cõualidetur donatio ſibi facta per maritũ: licet in muliere non requiratur tanta voluntas, ſicut in homine: quia ipſa habet ſolùm pati, non agere, & ſine aliquo motu caloris debitum reddere poteſt. Henricus Boich. in c. j. de coniug. lep. v. Aliqui dicunt quòd varietas omnibus placet. quia, vt inquit Eraſm. Prouerb. dclxxij. † ſecũda 98
viciſsitudo, rerum varietas, tantã in omni re vim habet, vt cõmendatione nouitatis interdum etiam peſsima pro optimis placeant. Et quãdoq; palea eſt melior frumento. Bald. in l. Deo nobis. iij. not. C. de epiſ. & cler. facit num. xj. incip. Interea. Baptiſta Egnatius racemationũ fol. xc. in c. xviij. ſed iſtæ excuſationes non valent: quia poſtquam etiã cum detriméto corporis, animæ & facultatum tanta experti ſunt, comperiunt quòd eſt totum idé. & tanto vale ſupa, quãto pan moio. Iaſ. in l. quæ extrinſecus. ij. not. ff. de verb. obl. Redeũdo igitur ad propoſitum. Non tamé credas quòd paruã, claudam, luſcam vel giboſam tibi ducendã cenſeã: quia talia monſtra bene quãdoq; generãt filios ſimiles. vt de leproſa dicit Hoſtien. in Sũma de pœniten. iij. char. §. de quibus peccatis. in princip. & ita procedit quod dicit Ioã. Fab. in rub. inſtit. de nupt. ſed intelligo de mira & nitẽti forma: quia tales ventis paſcuntur. & de illis cõcludit Sapiés, Eſt pulchra: ergo fatua. ſecundum Ioan. Fab. Ideò dico quòd † cũ media ſemper gaudebã ludere forma: Maior enim 99
mediis gratia rebus ineſt. gl. in c. quærenti. verſ. per æquitatis, Media forde offic. deleg. Quod mediũ eſt, atq; inter vtrunq; probatur, ma.
Nec volo quòd cruciet, nec volo quòd ſatiet. Imò elige mediocrẽ. vt Io. Fab. in rub. inſtit. de nup. Gellius lib. v. c. xj. incip.

existimauit. Quando enim sunt adeò pulchræ, compellunt naturam agere vltra quàm facere possit. Ecclesiast. xvj. quia tunc homo non est dominus mẽbrorum suorũ. l. liber homo. ff. ad l. Aquil. Hipp. in l. quæstionis habendæ. col. ij. ff. de quæstion. Decius in l. nemo fraudare. ff. de reg. iur. nec in hoc habet locum materia l. si cõstãte. ff. sol. matr. scilicet vt ad hoc maritus cogi non possit. Quia nemo ita sapiens qui possit abstinere, etiam licet non esset semper cum sacco paratus. gl. in verb. opportuno. in c. quoniã. xxxj. dist. Ang. in l. quòd dicimus. in fin. ff. de solut. Vnde in colicam, in podagram, in hemicraneam, & alias ægritudines immoderatus coitus te deducet. Et vt dixi

Cum sacco paratus.

100 secundũ Auerr. †Animalia multũ coeuntia sunt breuioris vitæ: licet nullum crimen vini est, sed culpa bibentis. facit Hieron. cõtra Iouinianũ. lib. j. c. vlt. Xenophon in Pædia Cyri. lib. v. char. ij. facit regula, damnũ. lib. v. & quod de vino dicit Bald. in c. & si Christus. col j. versi. porrò. de iuramento. & ita respõdebatur Gallo pereunti ex morbo Gallico, qui cõquerebatur: Fẽmes m'ont faict, Fẽmes m'õt deffaict. Item quandoq; videbis de nocte aliquã mulierem contra præcepta Ouidij de Arte amandi, Quia nox mutat, & aufert Colorẽ rebus, secundũ Cepol. consil. xxxij. quidã rustici. col. iij. Et propterea quis nõ cogitur capere solutionem de nocte. Alex. in l. si mora. col. iiij. ff. solut. matr. Licet idem Ouidius ante fin. de Arte amãdi: admoneat hoc mulieres, vt semper se collocent ad obscurum: videlicet quòd vertãt dorsum ad fenestras, ita ꝙ lux eas non percutiat in facie. & mercatores etiã hoc obseruãt in ostensione mercium suarũ. & ipsæ quæ in eis sunt cautæ, si sunt in aliqua aula, semper talia loca eligũt, vel portant aliqua ornamẽta abscondentia faciẽ, & videntur longe pulchriores. Et ipsæ se excusant quòd deferũt propter solem: quẽ tamen Diogenes dolebat sibi ab Alexandro impediri, quia eum dare nõ poterat. Cepola de seruit. vrb. c. xxxvj. col. fin. de seruit. ne luminibus officiatur. Ideo nõ confide nisi videas eas in pleno aëre & in societate alterius pulchræ, vt possit fieri cõparatio. l. viduæ. §. j. C. de nup. dixi in præfatione huius q. quòd opposita iuxta se posita. &c. Erasm. ij. parte. Prouerb. lxxv. Purpura iuxta purpurã adiudicanda.

101 ¶ †Amplia octauò maximè procedere in ducente mulierem doctam valde: nam omissis quæ contra sapientes cõgerit Erasm. in Moria. char. xj. hoc raro euenit. Aristot. parte xxx. problemate j. in prima col. cum seq. inquit Pamphilus

Mulier docta.

Saxus:

Saxus:Intret nulla domum coniunx: sed si tamen intret, Nec sit pulchra nimis, docta nec illa nimis. Latius Philel. decade viij. satyra ix. incip. Antonij. rationem ponit Manganellus c. iij. quod incipit: Venice vna matrona Padoana. vbi latè. & dum chart. ij. dicit de illa quæ scit ducere epatam lunæ. adde Petronium in satyra. chart. xvij. habent Galli librum, Les Euangilles des quenouilles. Talibus enim mulieribus omnia chariora sunt, quàm pudicitia aut decus. vt inquit Sallust. ante medium Catilinarij, de Sempronia quæ literis Græcis & Latinis erat satis edocta psallere, & cantare: quæ instrumenta luxuriæ sunt, elegantius quàm necesse est probæ mulieri, de qua meminit Mapheus Veggius in tract. de educatione liberorum. lib. iij. c. quod autem in maribus. vbi subiicit, quòd ista nullam virtutẽ arguũt in muliere. Polycraticus lib. viij. c. xij. est char. cxcviij. facit Anteros Fregosij. char. xxxiij. & seq. & chart. xxxvj. vbi refert illud dictum Sallustij. & Ouidius in ij. de Remedio amoris: Eneruant animos citharæ, cantúsque, lyræq;. Et subdit: Eloquar inuitus, teneros ne tange Poëtas: quoniam & eorum lectio prouocat ad lasciuiam. latè Bertach. in tract. de episcop. chart. xj. est in j. parte secundi libri. chart. pen. Petrarcha de remedio vtriusq; fortunæ. lib. j. dialogo lxvij. de vxore fœcunda & facunda. vbi allegat illud Iuuenalis: Solœcismum liceat fecisse marito. Iamq; aliquid impolitũ vel cõmune sine cõiugis censura & irrisione proferre non poteris. Et quãdo sciunt scribere, non est opus alio lenone. secũdum Phil. vbi s. tamen ego vidi per tales literas mulierem detectam. Et hoc timebat Gineura in Peregrino Antonij. lib. j. c. x. facit Cornazanus Prouerb. piu fen che paglia dorze. circa mediũ. vbi subiicit, ite dare ignotis natas, nunc discite matres. Item quando sunt doctæ intrant in quandam ambitionem dominandi, taliter quòd dubitantes ne dominio expellantur, proprios filios enecant: vt exempla recitat Fregos. in Valeriana. libr. ix. c. xj. de sceleratè dictis aut factis, dũ loquitur de Laodice regina Cappadociæ, & aliis duab. seq. facit exemplũ Calphurniæ, seu Caiæ Aphramiæ. de qua in l. j. §. sexum. ff. de postul. Gammarus in tract. de extensione. col. xxxviij. Bauerius in §. illius autem. col. ij. instit. de testam. milit. Codrus serm. iiij. chart. penul. quæ erat ita docta, quòd orabat causas, & erat impudicissima.

[Margin: Sẽpronia. — Calphurnia.]

102 ¶ † Ampliant nonò procedere in capiente mulierem de aliena natione, seu de aliena secta, per ea quæ infrà dicẽtur in limitatione

[Margin: De aliena natione.]

tatione de vicina.facit Surgetus in Enchiridio militari. chart. xliiij. dum loquitur de conuersatione Iudæorum cum Christianis.Barbat.in clem.ne Romani.§.porrò.viij. not. de iureiur.in clem.j.in fine.ij.col.de elect.est num.12.l. ne quis Christianam.C.de Iudæ.vbi Iac.Butr.dicit quòd Guelphus non poterit contrahere matrimonium cum Gebelina:nec econtrà.facit in arg.l.si quis asinũ.vbi Ang.ff.de furt.Et de hoc dicit esse statutum Florentiæ.Ias.in l.ij.circa fin.ff.de iur.om.iud. quod dicit Bald.valere,quando est causa boni publici. in l.j.§.ius naturale,ff.de iustit.& iur.col.ij.vbi Ias.in §.huius studij. col.iij. dicit,quòd valebit saltem respectu pœnæ.Barbat.in apostillis. Bald..in l.omnem.C.ad Tertul.& cõs.iiij.scribitur.j.Reg.iiij. lib.j.Corset.singul.cccxiiij.statutum. vnde viij.Aeneidos:Natum exhortarer, nisi natus matre Sabella.Hinc partem patriæ traheret. & Gaguinus in vita Ludouici xj. Matri ne credito: cùm enim Sabaudiensis sit, Burgundis fauere mihi semper visa est.Et ita habes nouem ampliationes, quas isti ponũt ad suã conclusionem.Quòd non sit vtile nubere.Nescio quid velint: sed debuerunt processisse ab illis Hebræis philosophis Esseis. de quibus Iosephus de bello Iudaico lib.ij.cap.ij. qui nuptias fastidiebant: non quia coniugia, vel humani generis successionem censeant perimendam:sed quia cauendum putent intemperantiam fœminarum,nullam earum vni viro fidem seruare credentes. hinc Stephanus Canuti in tractatu de regim. castitatis.chart.antepenul.ponit quæst.quòd sequaces Iudæorum raro matrimonium contrahunt cum alienigena: vel fortè isti dum vellent nubere, nullam reperierunt vxorem quam caperent.vnde euenit eis vt vulpeculæ de qua meminit Aeneas Syluius epist.cxj.venit ad me,quæ cùm vidit tendentes aselli testiculos, propè casuros credidit:secuta est, prædam sperans: at postquam diu frustrata est,quia non cadebãt testes,O quàm inquit,nigri sunt,nunquam illos edere potuissem. Et Io.Langeus in prefatione Oeconom.disputationis. Ioan. Ekius cum Luthero allegat vulpeculam Aesopi, quæ cùm piris ob arboris altitudinem potiri nequiret, amaritudinem eorum culpabat. Idem refert Erasm. in prouerb. Et hæc sufficiant pro ista eorũ
103 conclusione.†Nam licet interdum expedientius sit in totũ veritatem tacere,quàm non perfectè dicere.gl.in clem.constitutionem.in verbo, de nouo.ad fin. de elect. quam refert Felyn. in cap.cum ordinẽ.col.j.de rescrip.in cap.ad aures.col. j. cap. nonnul

nonnulli.§.sunt & alij.colū.xij.eod.tit.Gellius lib.xix.cap.iij. turpius.rationē ponit Amadeus in dialogo de Amicitia.chart. xviij.Hadrian.Papa noster in Quodlib.q. xj. col. ix.vt inquit Cicero.quē refert Perusin.in c.solicitudinē.ad fin.de appel. vt histrioni nō semper in finē vsque peragenda est fabula, dummodo in quocunq; actu fuerit, placuerit:ita nec sapienti semper vsque ad Plaudite veniēdum est. Ego autem tenebo cōtrarium,vt infrà latius in responsione ad istam ampliationem.Et ita habes nouem ampliationes quas isti ponunt ad suam conclusionem,Quòd non sit vtile nubere.Est verum quòd præ verecundia eam limitant vno modo,in quo tot qualitates adducunt quorum vix reperiri possent, & fortè nunquam. Sed hoc faciunt ne viderentur frustrà niti. Et nihil aliud quàm se fatigā do odium quærere: quod dicit Sallustius historicorum princeps.secundum Cyn.in l.j.col.ij.C.de caduc. toll.in princ. sui Iugurthini.quem refert Luc.de Penna in l.j. C. de suar.lib. xj. & tacito Sallustio, Bald. lib. iij.consi. ccxxxij. Recolo. Amadeus in dialogo de Amicitia,char.xxxv.imò Hieremias, quē refert Hadrianus Papa noster in Quodlibeto ij.in chart. xxj. colum.iiij.

¶LIMITANT ergo † suprà scriptam eorum conclusionem 104
non procedere in viro diuite, sano, carente sobole propria & fraterna,continere non valente, qui non præcipitet: capiente vicinam,virginem volentem, bene natam, bene educatam: Qualitates quæ nō sit affinis,nec fuerit amasia.Et sic plura requirūt quàm vxoris. gl.in l.testium.ff.de testib.Conditio, sexus, ætas, discretio, fama,Et fortuna,fides,in testibus ista require. Pro aliquibus ex istis qualitatibus facit Isid.in fin.ix.Etymologiarū.Ioan. Fab. in rub.instit.de nup.Calcan.consi.iij.col.x.vbi † ponit qualita 105
tes quas debet quærere,& quas præferre vxor in marito.Bald. Qualitates in l.viduæ.C.de nup.In proposito autē nostro frater Bernard. mariti.Aetas nubendi. de Bust.in j.parte Rosarij sermo. xxiiij. litera o. Dicunt viro. Nam licet masculus annorum xiiij.& fœmina viri potens, & sic xij. annorum, de iure possunt matrimonium contrahere. instit.de nupt.§.j. c. continebatur. & cap. attestationes. de despon.impub.gl.in cap.ij.eod. tit. Calcan. consi. cxx. spectabilis.licet text. in §. generaliter. in auth.de tempore non solutæ pecuniæ.& gl.instit.de nup.in verb.viri potētes.dicant de con suetudine tunc non solebant nubere ante xv.annum. † Et cur 106
citius pubescat fœmina,quàm masculus,ponit etiam Bauerius instit.

instit.qui testam.fac.pos.in §.præterea.col. vj. Aegidius de regim.princ.lib j.parte ij.cap.xxiij.dicés, quòd est quia natura de ea modicum curans,citò eam perducit ad augmentum. Et si antè contrahantur sponsalia inter impuberes,vel inter impuberem & adultum,licita erit pœnitētia vsquequo impubes venerit ad pubertatē.Et hoc militabit etiam in adulto,licet quidam putassent quo ad eum matrimonium tenere, & pœnitentiam solùm esse permissam impuberi.Et minor læsus nō restituitur aduersus matrimonium.Bald.in rubr.extrà de iudic. in l.j.vbi Alber.C.si aduer. dotem. ideò non expectat, vt gladiator,capere consilium in arena.Bald.in l.vt vim.col.iij.ff.de iustit.& iur.sed errant.text.est in cap.j.§.j.de despon.impub.lib.

Sponsalia impuberū.

107 vj.Bald.lib.j.consi.cccxcvj.in causa.col.j.quia † matrimonium non potest claudicare:& sic excedens xiiij. annum posset dici vir.secundū Bart.in l.si quis decedens.§.codicillis.ff.de leg.iij. gl.& Ang.in §. minorem. instit. de adop.Isti tamen volunt intelligere secūdum Philosophum in vij.Politic.qui dicit, quòd congrua ætas nubendi in viro est xxxvj.annorum. In muliere xviij.Mapheus Veggius in tract.de educatione liberorū char. ix.Gilbertus in quæstione post secundum Oeconomicorū Aristot.chart. vj. Codrus serm.iiij.chart. penult. & Beroaldus in Epitalamio habito Mediolani.char.j. & ꝙ sic cōtrahentes dicerētur pares ætate, rationē assignat ibi ipse, & gl.in procem. Sexti.in verb.perfectus.dicit ꝙ virilitas incipit à xxv.& durat vsq; ad quinquagesimū annū.Perus.in c.si pater.col.v. de testa. eod.lib.vj.vbi latè ponit distinctiones ætatum. prout Portius instit.de adopt.§.minorem.col.ij. Iac.de Beluiso in cap.j. col. ij.de pace iur.fir.Io.de Ana.in rub.de delict. puer. Petrus An-

Congrua ætas viri & vxoris.

108 terboli in tract.de muneribus.chart. xj. † Et inter ætates adolescentia est gloriosior.Ang.in l.licet.C.de testam. milit. Sunt qui dicant,in viro ætatem congruam nubendi,non potest amplius practicare illud,Vbi te inuenero,&c.gl.in l.j.C.vbi conuen.qui cert. loc. dar. pro.Paris de Syndicatu. chart.lij. col.j. Imol.c.fin.de eo qui mit.in pos.causa rei ser.cùm sua instrumēta non habeant executionem paratam.l. minor xxv. annis cui fideicōmissum.ff.de minor.Curt.in tract.de sequestro.q.xxij. & nimis properè Marcelle festinas.l.j.C.de execu.rei iud.ideò tempore eget vt aliquid maturius agat.c. ponderet.circa princip.50.dist.nec speret nubere in alio seculo,quia est fatuum dicere & trufa,cum li fanti lassa star li sancti. Card. in clem.j. in

Aetas nubēdi in viro.

verb.

verb.nos igitur.ad fin.de summa Trin.quando clàm virginis claustra erga parietem festinanter ingredi posse desiit. Tunc enim vxorem ducendam:vt quod furari nequit, in lecto commodè possideant. Sunt alij qui dicunt quanto citius esse contrahenda saltem sponsalia.& allegant Alex. in l.ij.col.iij.versi. sed licet.ff.de vulg. & pup. Pauinus in tract. de visitatione.vij. q.ij.partis.col.fin.vbi dicit Salomonem genuisse filium in vndecimo anno.idem Hostien.in Summa de pœnit.§. cui confité.col.xxiij.versi.cui pueri.Io.Pyrrhus in l.ferè in omnibus.ff. de reg.iur. Ioan. Montolonius in Promptuario Iuris.in verb. malitia. † sed corpora impediuntur crescere, quando ita citò coitum incipiunt.Philosophus, quem refert Iodocus in tract. de nobilitate.cap.xx.Barbat.in procemio clem.§.quoniã nulla.col.ij.vbi refert quendam puerum septem annorum impraegnasse nutrices.Alber.in Dictionario.in verb. matrimonium. ij.refert vnam puellam nouem annorũ peperisse filium. quorum opin.fortè procederet in istis rusticis pauperib⁹,qui cum opera rustica vel malitia, quæ longa doctrina non eget, hoc faciunt: quia tempestiuè indigent suffragio filiorum. Aegidius autem de regim.princip.lib.j.part.ij.cap.xvj.dicit in muliere anno xvj.in viro anno xxj.idem vult ipse lib.ij.part.ij.c. xij.Finaliter isti de congruo intelligunt quòd vir debeat expectare vsq; ad xxxvj.annum.& si dicatur quòd tempore Philosophi iandiu erat expectan.quia homines diutius viuebant, & ætates, & complexiones erant robustiores.c. fraternitatis. xxxiiij.dist.Panor.in cap.at si clerici.col.x.de iudic.Somnium Viridarij lib.j.cap.clxxxiij.Io.de Vigo in lib.de natura simpl. dum loquitur de elleboro.Marascotus in repet.c.primi de cõstit.lib.vj.col.xiij. At nunc voluptas & modus viuendi nimis delicatus & nimis exquisitus vitam abbreuiat. cap. nihil. & c. seq.de cons.dist.v.Hostien.in Summa. de temp.ordin.§.& cui. vers.iij.ad fin.Ioseph.de bello Iudaico,lib.ij.cap.ij.post mediũ. Polydor.prouerb.ccxij.te mattea iuuant.† Et plures, secundũ omnes,occidit crapula,quàm gladius.Ecclesiast. xxxvij.in fin. Iodocus in tract,de nobilitate.cap.xix. frater Gregorius Britannicus serm.funeb.iiij.incip.tua auté.& in vulgarizan.serm. xj.incip.quanquam.Luc.de Pẽna in l.j.C.de erog.milit. anno. lib.xj.vbi plura cõtra ebrietaté,& plura de sobrietate ponit in rub.de legatis.col.iiij.lib.x. Et dicit Anton.de Butr.in cap. ex parte.de celebr. miss. quòd Doct.experti dicunt, quòd homo plus

Margin numbers: 109 (beside "malitia. † sed corpora..."), 110 (beside "Polydor.prouerb...").

pius viueret ex sola aqua, quàm ex solo vino. sed Enchiridion militare chart.lxj. dicit, quòd boni bibaces hoc non admitterent: vt qui bibunt libenter vernaciam, quæ est melius vinum. secundum Bart. in l. stipulationũ quædam. in princ. ff. de verb. oblig. & contrarium fortè procedebat ante diluuium quod omnes aquas corrupit. vide quæ dicam infrà in respõsione ad ix. de aliis infinitis sinistris moribus mulierũ, quòd hoc prouenit culpa nostra, & nõ defectu ætatis seu complexionum: quia licet homo à quinquagesimo anno vltrà semper sit in descen-
18 su. Hostien. in Summa de pœniten. §. quę inducunt hominem. verb. diuersorum consideratio. Aristot. parte xx. problem. vij. & Gulielmus Rouille in tract. de descriptione iustitiæ. lib. ij. cap. xiiij. imò dicit Gellius lib. x. c. xxviij. Tubero. quòd vsq; ad annum xlvj. iuniores, supra autem seniores appellasse: non euenit homini vt Anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas: Nec faciunt ceruos cornua iacta senes. gl. fin. in l. ij. ff. de vulg. & pug. Seneca, quem refert Lancel. in l. proponebatur. ff. de iudic. vbi in idem nobis descendimus, & non idem descẽdimus & dum ista mutari video, ego iam mutatus sum. idem Seneca lib. xiiij. epist. xciiij. incip. in epistola innuit octauagesimũ annum esse vitæ longæ terminum. pro quo Psalmo lxxxix. dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis: si autem in potentatibus, octaginta & amplius eorum labor & dolor. Barbat. in cap. quoniam. col. vij. vt lit. non contest. refert Rosariũ Busti. ij. parte. serm. xxxvj. litera f. Papa Pius ad Turcum epist. vij. chart. vij. Fulg. consi. ccxij. quædam mulier. col. iij. vide Petrarch. epist. lxxxix. vbi inter cæteros refert quòd Dauid adeò senuit, vt licet operiretur vestibus, non calefiebat, & adeò refrixerat senectute vt accubãtis puellæ patrocinio vteretur. idem de Matthæo vicecomite ponit Corius in Chronica sub anno M.cccxvij. est in iij. parte. chart. ij. nemo tam debilis nascitur, & tam malè complexionatus est, qui regulariter viuendo non possit attingere lxxij. annum. vt in ij. procem. Calendarij Pastoralis Gallicè compositi. quinimò videmus rusticos adhuc hodię attingere centesimum & vigesimum annum, & narrare
111 gesta centum & decem annis elapsis: † & tamen Deus post diluuium statuit ætatem hominis non excedere hoc tempus centum & viginti annorum. Gen. cap. vj. Iosephus de Antiquitatibus Iudæorũ. lib. j. cap. xiiij. circa fin. Imò ætas hominis centum annorum dicitur longissima. Ecclesiast. xviij. Ioseph. de bello

Viuere centum ann.

bello Iudaico lib.v.c.ij.post mediũ, adeò ꝙ vltrà quis viuere non præsumitur, nisi probetur. Barb.in rub.C.qui admit. col. xlvij.facit l.fin.C.de sacrosanc.eccl.quam si vis sanè intelligere, vide Corn.lib.ij.consil.clxxxj.visis nonnullis.col.vij.litera q.Alex.in l.sed & si de sua.col.fi.ff.de acqui.hær.& lib.vj.cõsi. ix.in causa & lite.ꝙ hodie ista præsumptio non procedit. Socin.in l.si inter.col.ij.ff.de reb.dub. Et propterea Gaguinus in princ.vitæ Ludouici Grossi non vult credere dicentibus tunc periisse Ioannem de temporibus: quem historici dicebant vixisse annos ccclxj.plures alios enumerat Fregosius in Valeriana, lib.viij.in c.xiiij.de senectute.Ioã. Montolonius in Promptuario Iuris.in verb.viuere, ista remittamus ad Philosophos de longitudine & breuitate vitæ.

¶†Dicũt diuiti per ea quæ s. dicta sunt in prima ampliatiõe. 112 Diuiti.

¶Dicunt sano per ea quæ s.dicta sunt in secũda ampliatione. Sano.

¶Dicunt carente sobole propria vel fraterna; quoniam eius gratia matrimonium contrahendũ est.Doct.in l.j.ff.sol. matr. faciunt supradicta in tertia ampliatione. Carente sobole.

¶ Dicunt continere non valente, propter ea quæ dicta sunt in quæstione, quòd liceat relinquere adulteram, & aliam ducere. Continere non valente.

¶Dicunt qui non præcipitet: quoniam res est nimis magni præiudicij: & dicit frater Bernardinus in j.parte Rosarij.serm. xxiiij.litera o.post Ouidiũ Nubere si qua voles, quãuis proba bitis ambo, Differ: habet parua cõmoda multa mora.&, Grata superueniet quæ non sperabitur hora. Cepol. cautel. lxxvj. incip.nota secundũ Vbertum. Nec obstat quod quidã dicunt, scilicet ꝙ si quis tardat, moritur, & relinquit filios paruos qui se regere nequeunt. Et si acceleret, cõmuniter antequam pater moriatur filij sunt grãdiusculi & viri, adeò ꝙ sciunt se gubernare. Quia respondeo quòd etiã aliquando moriuntur patres qui in iuuentute nupserunt: & sic etiã filij remanent pueri. Secũdo est minus malum relinquere filios paruos, quàm eos ita grandes, quòd insidientur vitæ parentũ, prout quotidie videmus: quia vellent esse domini domus. Sophologium Sapiẽtiæ lib.ij.c.xviij.gl.ij.in l.fi.C.de pac.&, Filius ante diem patrios inquirit in annos. Lancel.in l.frater à fratre.col.iiij.ff. de condict.indeb. Et quamdiu proles est parua, paruis curis parentes afficit: dum magna, magnis anxietatibus cruciat propterea nurui ridenti de solatiis puerorũ, dicebat eius socrus: Ride, quoniam quando erunt grandiusculi, non ridebis amplius.

Item si nubunt iuuenes,vident filios filiorũ, & aliquando amplius. & sic non solùm cruciantur de aduersitatibus filiorum, sed & nepotum & pronepotum. Itẽ si quis plures fœmellas habeat. Codrus serm.j.chart.v. de posteritate non multũ curandum dicebat.Campanus ad Papiensem de fratris obitu.charta.vj.& vij.& Afflictus in procemio constitutionum regni.incip. vnam naturam. in princ.Sed caue à cantilena Gallica tardè nupti, vel ne eueniat tibi vt illi episcopo seruanti castitatẽ, cui affines & medicus suaserunt coitum vt liberaretur ab ægritudine,& ita sequutum est:cúmq; fleret,& cõsolaretur ab affinibus credentibus eum hoc facere ex pœnitentia delicti: respondit,se non flere peccatum,sed quòd citius non incœperat, refert Fulg.in l.fi.vltra fi.ff.de pig.act.

¶ Dicunt vicinam, quia eius mores melius noscuntur,ex quo vicinus præsumitur scire facta vicini.l.octaui.ff.vnde cog.l.j. § j.ibi,circũcolentium.ff.de flum.quem ad hoc no.Bal.in.c.j. in fin.qui feud.da. pos.in l.conuenticulam. C.de episc. & cler. Prout etiam dicimus in cõiuncto.l.de tutela.vbi Paul. de Cas. vlt.not.C.de in integ.restit.min. vbi bona postilla Socin. in l. qui duos.in fi.princi.ff.de reb.dub.&fallen.lxxj. coniunctus: Barbat.consi.liij.præclarè.lib. ij.col.j. maximè in facto notorio.Aret.consil.cij.in causa.col.vj.Etiã si fama non esset in vicinia de illo actu.Alex.in l.is pot[illegible].col.iij.ff. de acquir. hære. Et sufficit testem dicere quòd scit,quia vicinus : licet deberet aliàs deponere per sensum corporeũ.Alex.in l.j.col.v.ff.si cer. pet.Et idem in habentibus assiduam conuersationem.Bald.in l.quotiens.ff.de hæred.instit.in apostil.ad Alex.in l.Titius .§.

113 Lucius.ff.de liber.& posth.† Item melius est habere affines vicinos,quàm distantes.nam melius valet baculus retro ostium, quàm ensis in platea.Prouerb.xxvij. Et Erasmus ij. parte. prouerb.ccxxix.Non sunt amici qui degunt procul. & conqueritur. Psalm.lxxxvij. Elongasti à me amicum & proximum &c. refert Rosarium Busti.ij.parte.serm.xv.litera s.melius est vicinus iuxtà,quàm frater procul. Albertanus in rubri. de amicis dubitatis.col.fi. ¶ Limitãtur prædicta si coniunctus sit in ciuitate,& alius coniunctus in comitatu vel villa,& actus sit factus breui tẽpore,quia tunc non præsumetur scientia.Socin. consil. clxxxvij.in controuersia.col.x. versic.secunda via. Ias.in l.si is qui pro emptore.col.xiij.ff.de vsuca. in d.§.Lucius.ij.not.vbi in apostilla limitatur non procedere in actu momentaneo.

Socin.

Socin.consi.cliij.col.penul.Et limitat etiam Alexã.in d.§. Lucius.vt bene præsumatur scire iura sanguinis, & processum naturæ:id est,ætatem : alia non,prout etiam vult Socin.d. consil. cliij.col.pen.Fely.in c.quotiés.ij.not.de test.Hinc dicebat Hesiodus : Hanc autem maximè duc in vxorem,quæ prope te habitet:omnia valde circunspiciens , ne inimicis gaudia sint tuæ nuptiæ. ¶ Dicunt virginẽ,propter ea quæ dixi in quinta ampliatione. Et licet sit difficile scire: vt ibi. Imò sunt aliqui qui contrahunt cum puella cum hac cõditione, Si te virginem inuenero. Nam si postea non inueniatur virgo, non tenet matrimonium.vt per Alber.in Dictionar.in verb.matrimonium.v. intelligendo vt Aret.consil. lxxxij.factum.col.fi.Sed si reperiretur virgo quòd constaret : puta ex inspectione linteaminum sanguinolentorum , & maritus dicat eam non esse virginem, tenebitur maritus in siclis centum. gl.in c.hæc imago. xxxiij. q.v.& hoc pro vno signo virginitatis, cum aliis pluribus ponit Decius in c.propósuisti.de probat.Fel.in c.causam.eod.tit.nõ enim fiunt nunc illa miracula quæ refert Lactant. relatus per Vinc.in apol.contra fratrem Samuel. chart.xij. de linteamine sanguinolento est leuis probatio.vt Io. Montol. in Promptua. Iuris.in verbo virginitas.imò oculus obstetricũ sæpe fallitur: vt Præpos.in c.j.col.pen.de frig.& malef.& in c.fraternit.eod. tit.col.ij.ponit quomodo cognoscatur,an vtatur medicamento vt appareat virgo:prout Aenea muliebris c.j.vbi de fraudibus quibus mulieres vtuntur , vt s.dixi in v.ampliatione. vbi domina Caracosa puella autem dicitur donec durat pubertas. Ioan.Lupus de donatio.inter vir.& vxor.char.lxxvij.vers.viij. — *Virginem.*

¶ † Dicunt volentem:quia nuptiæ inuitæ pariunt malum exitum.c.ij.desponf.Imol.in c.tuæ.col.xvj.eod.tit. Corn.lib.iij. 114 consil.cxvj.Decreueram.ad fin.glos.in c.j.de despons.impub. Guiliel.de Monteferrato in commẽto Pragmaticæ sanctionis j.parte.est chart.xij.facit Erasm.j.parte prouerb. dclxiij. vxor inuita est hostis. Et dicit Plautus , quòd hostis est vxor inuita quæ ad virũ nuptui datur. Ideò clàm fac à persona cui liberè filia audeat dicere opin.suam,eam interrogari,an sit contenta. — *Volentem.*

¶ † Dicũt bene natam:quia sæpe solet filia similis esse matri. 115 l.quòd si nolit.§.qui mancipia.ff.de ædil.edic.Ioan. de Platea. in procе.institu.§.cúmque frater. Ant.de Florentia in trac.de censuris.in procе.tract. quem subiicit de matrimonio. in vlti. col.procemij.Barb.lib.ij.cõsi.xxxiiij.prælatus.col.xxiij vers. — *Bene natã.*

N 2 modo.

modo.Bon.in tracta.de nobilit. parte j. & Iudocus in tractatu consimili.c.vj.Hosti.in summa,de fil.presb.§.qui est causa.Ce pol.de imper.mil.delig.chart.iij.vers.propter nationem. Mapheus Veg.de educatione liberorũ.char.v.& vj.& xxij. est circa princ.ij.lib.& in suis rusticalibus.chart. vj. Philosophus ij. Oeconom.c.ij.vbi Gilber. & Borardus, Corsar fu el padre,& esso era latrone. hinc dicitur, Si genitrix castè, castè quoq; filia viuet;Si mater meretrix,filia talis erit.l.si cohortalis.vbi Io. de Plat.alleg.Iuuen.C.de cohor.li.xij.Fortun.in l.j.ff. de iust. & iur.colũ.iiij.alleg.Arist.prout Aegid.de regim. princ.lib.ij. parte iij.c.xviij.& Pythagoras,vt Steph.Niger in suo commẽ, char.pen.dicẽs,ꝙ plures deteriores, pauci verò meliores sunt parentibus. imò dicit Isocrates in oratione panegyrica incip. illos char.xij.vt progenitorũ suorum scelera minora videantur,suis criminibus efficiuut,neq; vllum delinquendi modum posteris relinquunt. licet quandoq; eueniat contrariũ. Frater Lud.de Veritate cõtritionis chart.xiiij. dum loquitur de Ezechia.Ioseph. de Antiquitatibus Iudæorũ,lib.vj.c.iij. & Eras.j. parte prouerb.ccccclxxx.heroũ filij noxæ.& seq. in proditoribus tamen de raro:quia oua pisciũ,& sanguis proditorũ nunquã pereunt.Afflict.cõstitutione pessima.vj.not.dixi in feudalibus Bruni consil,xij. colum.x.vers.tacetur iiij. Eras.prouerb. dccccxxxij.Mali corui,malum ouum.Codrus serm.ij.char.fi.& quæ dixi s.in vij.ampliatione de pulchra:& quæ dicã in materia partialitatis,ꝙ patres sapiẽtes faciunt filios stolidos.Et dicit Ioã.Fab.in rub.instit.de nup. vt plurimum nedũ labẽ sanguinis,sed & morum ad posteros trãsmitti:& si possis, probes ante omnia mores eius. Præterea nõ potest esse quin aliquando videant quæ faciunt matres,vnde postea fiunt audentiores ad peccandũ.Prouerb.xxix.facit l.in arena.vbi Ias.col.fi.C. de inoff.testam.vnde,Insequitur leuiter filia matris iter.vnde Terentius:Mater sub cuius imperio mala, cui nihil præter pretiũ est dulce.& præsumitur quis viuere secundũ mores eorum inter quos versatur.c.illam.xij.dist.

116 ¶ † Dicunt benè educatam. Nauis Stultifera char.lvij.mala parẽtum exempla. hinc Barb. lib.j.cõs.j.col.xxxiij. ꝙ non debemus dare mala exẽpla.Eras. char xiiij.annus producit,non ager. Codrus serm.iiij.char.fi. quoniã,vt inquit Bal.per illũ tex.in c.ex studiis. de præsumpt. Spina chi de pongere da picola si ponge. Et si ab initio aduertatur ad tales mores,facile corriguntur in bonã educationem,

Bene educatam.

quæ

quæ postea couertitur in alteram naturam: vt s.dixi in v.ampliat.de vidua. ¶ Dicunt quæ nõ sit affinis: quia docet experientia, exceptis principibus, quibus pro bono pacis Apostolica dispẽsatio satisfacit. In reliquis tales nuptias adducere aliquod infortunium. Aegid. de regim. prin. lib. ij. parte j. c. xj. & talis dispensatio fortè non erit in conscientia tuta. vide tamen Bellamerã cõsil. xxviij. in facto. & disputationẽ Theologalem magistri Ioã. Perrini, de dispensatione Fratrũ Minorũ. Perus. in rubr. de testa.n. lib. vj. col. penul. & fi. & Ioã. Lup. in tract. de matrimonio. q. xiiij. recitat vnum mirabile de vno equo, qui fraudatus à domino, cognouit matrẽ, & sibimet abscidit testiculos. refert Bustus in j. parte Rosarij. serm. xxiiij. litera q. col. ij. & refert Mapehus Veg. in trac. de educatione liberorũ. lib. iiij. in cap. proxima est. post Varron. de re rusti. & Plin. de duobus equis qui simile fecerũt: & de elephante. idẽ refert Nic. de Lyra j. ad Corint. xj. Sunt tamen aliqui Deũ & religionẽ eius paruifacientes, qui cognatione ad incestũ lenonis loco abutuntur, dicẽtes incestũ non esse prohibitũ iure diuino, sed solùm iure Pontificio. Sed errant. vt habetur Leuit. xvij. & xx. refert Præpos. in c. fi. col. fi. de cõsang. & affinit. vbi imponitur pœna mortis incestuoso. latè Rosariũ Busti. j. parte. ser. xxiiij. litera q. præalleg. & sic apparet prohibitũ iure diuino, imò & iuregentiũ. l. fi. §. fi. ff. de cõdict. sine causa. & l. fin. ff. de rit. nup. refert Form. prouinciale char. lj. Item priuatur feudo ipso iure. Barb. in c. atli clerici. §. de adulter. col. xix. de iudic. Quinimò si statuta imponãt minorẽ pœnam, iudex adhuc potest nihilominus punire ad mortẽ. Ioan. Fab. insti. de publi. iudic. §. item lex Iulia. de adult. hinc Deus permittit quòd expleta libidine habeant se odio. vt de Thamar. ij. Reg. iij. & vidimus duas marchias nobis vicinas exinde destructas. Quinimò, prout dicere solebat illud Ioan. Iacob. Triuultius marchio Vigleuani: Si tu incipis dehonestare familiã & affinitatem tuã, quid faciẽt alij? Et quis ita stultus ꝙ confidat accipere vxorẽ de illa agnatione: quia dubium ne agnati propter facilem conuersationem & eorũ consuetudinem acceperint primũ bolum, & florem: non enim potest dici fidelis, qui suis fuerit infidelis. Iosephus, quẽ allegat Luc. de Penna in l. j. C. de cond. in pub. horr. lib. x. col. iij. & quanto maior fiducia exhibetur, tanto maior est perfidia frangentis. l. j. §. cũ verò. vbi Bal. ff. deposi. & grauior est iniuria quãdo fit ab his qui nos tueri debẽt. l. iij. §. de his. ff. ad Sill.

117 Affinis.

Contra incestum.

§.aliæ.instit.de donat. plus enim tormenta sæuiūt quæ ab his patimur, de quorū mētibus præsumebamus: vt inquit Gregorius allegādo Psalmistā: Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique: tu verò vnanimis meus &c. refert Luc. de Penna in l.j.col.vj.C.vt nemo ad suū patrocinium.li.x. Curt. Iun. in tract. feudorū.iiij.parte.iij.causa princ.versi.quæro.est char.xxxiiij. Rosariū Busti.ij.parte.serm.xv.litera a. Albert.de cautela in retinēdis amicis: Quis enim non horreat iura sanguinis violare? l.iura sanguinis.ff.de reg.iur.ad quā Socin.in l.si cognatis.co.j.ff.de reb.du.hinc Anchises in vj.Aeneid. Pro-

118 iice tela manu sanguis meus. ¶ † Dicūt quæ nō fuerit amasia. Nā rarò bono peragūtur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.j.q.j.c.principatus. Et prouerbiū est, ꝙ amore se capientes, rabie se dimittūt. Ratio potest esse, quia amās effectus maritus recordatur de fatuitatibꝰ quas fecit amore mulieris, & de cruciatibꝰ & doloribus passis, & pœnitētia ductus odio habet authorē: & sic mulierē. sufficiāt dicta Ang. in Maleficiis in ver. Semproniū mandatorē. Itē causa causæ est causa causati. l. manumissiones.ff.de iust.& iur. Item quia tēpore præterito amās amicam tanquā dominā venerabatur, præceptisq; iniustis parebat. At facta cōiunx, maritus tibi dominabitur. Gen. cap.iij. dicā infrà respōdendo ad iij. de seruitute: vnde graue nimis est mulieri istud arg. à cōtrario sensu, ꝙ obediat cui prius imperabat. Euenit tamen vt quis amasiā capere cōpellatur: vt sæpe vidimus affines filiæ cogere verberibus & minis amantē despon sare filiam Est verū ꝙ Imol.in c.tuæ.col.xiij.& seq.de sponsa.

119 Ias.in l.interposita.C.de transact.j.not.dicit ꝙ † matrimoniū contractum per metū qui caderet in constantē virum, est ipso iure nullū.& in l.pacta nouissima.col.pen.C.de pact.dicēs, ꝙ si aliquis metu principis vel patris aliquā capere dubitat, protestetur ꝙ hoc facit metu: & etiam in absentia facta talis protestatio iuuat.vt per eum.& in l.Titia.col.iij.ff.de verb.oblig. vbi dicit hoc verum quādo quis compelleretur contrahere cū certa persona: secus si cum vna de certa familia.& pro supradictis facit Alex.lib.iij.cōsi.vlt.& Socyn.consi.cclxiij.Barb.lib.j. cōsi.liiij.illud afferam.colum.vj.vbi refert Bal.in rub.de controuer.inuest. in vsib.feud.in fin.dicere, ꝙ Spiritussanctus posuit in ore prętoris: Quod metu gestū est, ratum nō habebo.& idem Barb.hoc dictum Bal.refert in consi.xl.clemētissimum. col.vj.lib.iiij.Cep.consil.xl.col.viij.Lucius Ciuis vj.dub.Cur. in tract.

Nō fuerit amasia.

Capiens amasiam vicoactè.

Matrimonium meticulosum.

in tract.feudorum.j.parte.vj.q.col.ij.versic.circa primum. est char.v.Ioan.Pichus in l.nihil consensui.ff.de regul.iur.Et hoc procedit etiam si non inferatur realiter violentia, sed de violentia timeatur.Hippo.in l.j.col.x.ff.de quæst.& procedit etiã si isti affines deponerent arma, dummodo ille non sit in potestate exeundi domũ:quia etiam quòd staret cum puella,tamen non videtur ratificasse matrimonium metu contractum.Alex. consil.xlviij. Domini redemptoris'. col.pen.lib.iiij. præsumitur enim metus durare donec durat causa metus.Ias.vbi suprà vers.vj.adde.& quæ s.dixi de torto sine indiciis qui postea ratificauit.Calder.consil.j.in titu.quod metus causa.Corn.lib.ij. cõs.xlj.vide tu Aret.cõs.xiiij.viso.col.xj.in iiij.dubio.vbi subiicit.quòd vbicunque potest subesse alia causa quàm approbatio contractus facti per metũ, nũquam præsumetur approbatio.facit ad prædicta Decius in l.in omnibus causis.col.fi.ff.de regul.iur.Steph.Malereti in tract.de elect.char.v.& seq.& hoc procedit etiam si iste capiens per metũ dedisset causam metus: puta quia ibat dormitũ cum amasia,& sic dabat operam rei illicitæ: nam si affines amasiæ eum cogant illam capere in vxorem,matrimonium est ipso iure nullnm. Portius instit.de pat. pot.colũ.ij.dicit etiam Pichus in l.ij.C.de transact.quòd si iste allegans se fuisse coactum, interrogatus à iudice vtrũ cognouerit carnaliter mulierem,respondeat quòd sic,bis vel ter.Ergo ibi non erat metus:quia meticulosi talia facere nõ possunt. Pantaleo de Crema in l.ij.C.de rescind.vend.col.xxix. vbi dicit,quòd licet vir possit mulierem violare, non tamen ecõtrà. & dicit Pich.quòd fuit de facto,& plures Medici examinati:& tandem relinquit cogitãdum.ego puto nõ improbabiliter dici posse,quòd etiam mulier possit virũ violare: vt dicit S.Hieronym.epist.ccvij.iij.parte. tract.viij.in vita Paul.j.Eremitæ. faciũt quæ dicã infrà in prima ratione,quòd incõtinentia mulieris sit viris ascribẽda,dum dicam quòd corrumpẽs per blanditias vel aurum dicitur vim inferre. vide Isern.in tit.quæ sint regal.col.iij.Et licet ista procedant in matrimonio contracto per metum:secus† tamen in contracto per dolũ: quia non annullat ipso in iure. vt Iason in dictis locis. Pich.in l. pactum quod bona fide.j.char.C. de pact.post Alex.consi.xcix.quoniã per excellentissimum.iij.volum.Est bene verũ quòd succurretur decepto in dotem contra promissionẽ si est soluendo. Alexand.in l.si cum dotem.§.si mulier.ff.sol.mat.vnde succedit il-

Etiã si non inferatur violentia.

120 Matrimonium dolosum.

lud quod dicitur in apostil.ad Ias.in §.actionum.instit.de act. quòd etiam proxeneta tenebitur de dolo, si dolosè asserit mulierem pulchram, magnam, & non defectuosam: tamē in veritate postea reperitur hoc esse falsum. Et ibi etiam habetur de desponsante aliquam non animo contrahendi matrimonium, an propositum in mente retentū operetur. allegatur Socin.cōsil.xxviij.& Aret.in l.pupillum. ff. de acquir. hæred. de eo qui desponsat aliquam quam credebat esse nuptam, & sic credens nihil agere.faciūt quę s.dixi in iij.ampliatione.sed certè quello de chi e l'asino, lo pigla per la coda.Bald.in l.principaliter. la.ij.C.de liber.cau.Et ideò sit cautus tali casu vt possit saltem habere duos testes qui deponant quòd contractus matrimonij fuit meticulosus: quia plus credetur duobus deponentibus de metu, quàm centū deponentibus de sponte. Ias.in d.l. interpositas.col.j.C. de transact.Decius cons.c.col.vij.in c.fi.col.pen. de app.Cors.sing.ccclxj. mille testes. est in verb.testis. Barb. lib.j.cons.liij.illud.col.ij.& per totū.Curt.in tract.testiū.conclus.lxiiij. incip.plus creditur. Ferratius cautela j. alleganda.

Proxeneta fraudās maritum, tenetur.

Desponsans nō animo contrahendi.

Plus creditur vni deponenti de metu, quā centum de sponte.

Cautela ꝓ coactio vt matrimonium non valeat.

Solet tradi cautela pro illo qui inducitur metu ad contrahendum, scilicet vt dicat quòd est contentus eam capere: cum hac tamē conditione, quòd si ipsa vnquam cōmiserit adulterium, quòd liceat sibi accipere aliam vxorem & eam dimittere: quia tale matrimonium nihil valet etiā ab initio, ex quo fuit cōtractum sub conditione resolutiua: & sic contra substantiam matrimonij. secundum do.Constantium de Bargis in suo tract. de cōtractibus vetitis.char.xxxij. est in xix.cōbinatione.allegat glos.in c. de infidelib.de cō sang.& affin.& Panor.in c.fi.de cōdi.app.per illum text.Curt.Iun.in tract.feudorum. char.vj. col.ij.versic.pro alia verò.Ant.de Rosell.in sua Monarchia.in q.An valeat dispensatio nubēdi facta monacho, donec masculum susceperit.est char.xcviij.& seq.vbi latè examinat per plures.col.quando valeat conditio seu pactum contra substantialia, vel contra naturalia contractus. Inueni postea latè ponere Gerardum not xxj. incip.matrimonium. latius Ferrarium cautel.vij.sæpissime contingit.qui in fi.subdit quòd ad hoc vt ista cautela valeat, oportet ꝙ puella expressè consentiat: nec sufficeret si tacitè, vt dicit ipse, quòd hoc deberet prædicari ne istæ simplices puellæ permittant se decipi. Idem vult Albertus in Dictionario in verb.matrimonium.v. subdens, ꝙ si postea remitteretur talis conditio, & sequeretur copula, teneret matrimo

trimo

trimonium. Pro puellis autem Barbat. tradit cautelam in consil. vj. incip. scripsit præclarè. iiij. col. lib. j. scilicet vt dicant ꝙ nolunt se permittere tangi, nisi saluo honore, secundum honestatem. Nam si vir respondeat ꝙ est contentus, & statim eam cognoscit, efficitur matrimoniũ, quia mulier honestè cognosci non potest, nisi subsistente matrimonio. Sed contrarium tenet Pich. in l. actione. iiij. char. C. de transact. Mouetur per ea quæ tradunt. Cal. & Præpos. in c. ex parte. de spons. vbi dicunt non esse matrimoniũ in cognoscēte carnaliter puellam, etiam quod puella dicat, Nolo quòd me tāgas, nisi prius accipias me in vxorem. faciunt pro Picho ea quæ superius dicta sunt in iij. ampliatione. de illo qui carnaliter cognoscit non animo cōntrahendi: sed libidinis explendæ. Et sic ex prædictis habes limitationem quam isti ponunt ad suprascriptam eorum conclusionem. Huic limitationi vnico verbo responde, vt j. ad nonam ampliationem, dum de ea faciam mentionem.

Non me cognosces, nisi saluo honore meo.

LIBRI SECVNDI FINIS.

SYLVAE NVPTIALIS

LIBER TERTIVS.

ARGVMENTA.

1 Matrimonium humano generi immortalitatem tribuit.
2 Nuptiis nil hominibus est vtilius: est enim seminarium generis humani.
3 Matrimonium ratione institutoris dicitur dignissimum: item ratione loci & temporis.
4 Matrimonium laudabile dicitur propter delectationem quam continet.
5 Matrimonium à maioribus nostris fuit approbatum & laudatum.
6 Modernorum exempla nos mouent ad matrimonium.
7 Experientia cuius sit nobilitatis & potentiæ.
8 Donum prolis summæ est in matrimonio considerandum.
9 Vxoratus in multis præferendus est non vxorato.
10 Matrimonium laudatur ob amicitiam ex eo acquirendam. Amicus enim præualet auro.
11 Affinitas siue collateralitas nulla maior quàm inter virũ & vxorē.
12 Mulieris bonæ beatus vir.
13 Annulus qua ratione detur in desponsatione.
14 Matrimonium est laudabile, quia concernit publicam vtilitatem & multiplicationem generis humani.

15 Respublica sine matrimonio stare non potest: Spurij enim & naturales non faciunt rempublicam.
16 Parentum vitia an filiis nocere debeant.
17 Matrimonium viro solamen est ob adiutorium quod præstat mulier viro suo.
18 Domus non dicitur perfecta sine vxore.
19 Politiæ gratia necesse est nubere vel religionem intrare.
20 Iudices & aduocati maiori præmio digni sunt quàm prædicatores.
21 Matrimonium necessarium est vt fornicatio vitetur.
22 Puella vel vidua patiens se stuprari, an eò veniat punienda.
23 Meretricum raptus an sit punibilis.
24 Stuprator quibus habeat satisfacere.
25 Stuprator tenetur prolem ex stuprata genitam alere & educare.
26 Mater tenetur alere filium spurium triennio.
27 Pater an teneatur dotare filiam spuriam.
28 Episcopus seu eius vicarius potest concedere literas monitorias petentibus vt res earum detinentes restituant sub pœna excommunicationis.
29 Literæ monitoriæ procedere possunt vt cognoscens furem teneatur ostendere.
30 Literæ monitoriæ concedi possunt contra scientes detentorem rei alienæ, vt habeant rem propalare.
31 Furem indicare an quis teneatur aut cogatur.
32 Stylus Romanæ curiæ fundari solet in iure communi.
33 Literæ monitoriæ conceduntur contra testes quorum nomina ignorantur, vt habeant de veritate deponere.
34 Laici possunt à clericis compelli vt veritatem dicant.
35 Excommunicatio in genere tantum operatur quantum excommunicatio in specie.
36 Literæ monitoriæ possunt sic concedi vt etiam non solùm alium, sed & seipsum quis teneatur indicare.
37 Iudex tenetur occultum peccatorem abscondere.
38 Peccatoris occulti propalatio potius licentiam inducit peccandi, quàm emendæ.
39 Iudex debet diligere occultum peccatorem sicut seipsum.
40 Denuntiationum species sunt quatuor.
41 Iudex ecclesiasticus non debet de facili concedere denuntiationem priuatam.
42 Prodere seipsum nemo tenetur.
43 Furari aliquid pro sibi debito si aliter haberi non pōt an sit licitū.
44 Docere de iure parti competenti an quis teneatur.
45 Relationem secretam propalare an quis cogatur virtute literæ denuntiatoriæ vel monitoriæ.
46 Iuramētum de veritate dicēda nō extenditur ad penitus occulta.
47 Literæ monitoriæ nō procedunt in coniuge nec in descendentibus: quia non coguntur seipsos prodere.
48 Literæ monitoriæ non procedunt nisi pro occultis.

Res

49 Res parui pretij non sunt via monitoria exigendæ.
50 Literæ monitoriæ si sint criminosæ, vel diffamatoriæ non colligant.
51 Clausula iustificatiua in literis monitoriis apposita minuit ipsarum vigorem.
52 Denuntiantis dicto an sit standum.
53 Calumniæ præsumptio tollitur per iuramentum.
54 Stante statuto quòd debeat positionibus cum iuramento simpliciter responderi, potest talis responsio modificari.
55 Literæ monitoriæ à concedentis intentione sortiuntur effectum.
56 Impossibilitas excusat ab omni executione.
57 Monitoriis factis si moniti non pareant quid agendum.
58 Forum rei qui est secularis sequi debens quo iure agere debebit coram iudice ecclesiastico.
59 Iudex ecclesiasticus an omnino cognoscere debeat de re furtiua restituenda si via monitoria procedatur.
60 Iudicium non debet esse diuisum: nec literæ monitoriæ possunt inceptum diuidere.
61 Propalatio virtute literæ monitoriæ facta an possit iudicialiter coram ipso propalante legi.
62 Literæ monitoriæ vt vim habeant quibus indigeant probationibus.
63 Debitore principali debitum confitente an alius sciens debeat propalare.
64 Nubere esse vtile communior est opinio.

PRAEDICTIS non obstantibus teneo contrarium per tex. in auth. de nupt. in prin. vbi dicitur, ꝙ † matrimonium humano generi immortalitatem tribuit. facit l. liberorũ. in fi. ff. de verb. sig. & dicit tex. in authen. de rest. & ea quę par. in §. rursus. ꝙ † nuptiis nihil est vtilius hominibus, tanquã solis facere homines valẽtibus. Curt. Sen. in repet. l. admonendi. col. iij. ff. de iureiur. est enim matrimoniũ seminariũ generis humani. secũdũ Cic. quẽ refert Fortun. de fine iuris. col. xxxv. pulchrè Bal. in c. ex transmissa. ij. col. vbi ꝑpterea subiicit ꝙ sine eo respub. stare nõ potest. faciunt plura quæ adducit Luc. de Penna in l. mulieres. C. de incolis. lib. x. Rosariũ Bust. in j. par. serm. xxij. col. fi. & in ij. par. serm. xxv. quasi per totũ. facit Guillelmina de sacramẽtis. & potest in tot tractatib. de matrimonio, & in tot orationib. nuptialibus variis authorib. æditis: inter quas vide eã quã habuit Catebertus Tõstali in spõsalibus Delphini, & Mariæ filię regis Angliæ. Anno M.cccccxix. Cãpanũ in suo tract. de dignitate matrim. Erasmus in Encomio matrimonij. Bibliam Auream

Laudes matrimonij. 1

2

reã c.lxxxiij.de matrimonio. col. fi. Orationes Augustini Dathi,& in eius Epistolis.chart.clj.& in epistolis Marsilij Ficini. lib.iiij.chart.xcv.& in epistolis Francisci Philel.lib.iiij.Federico Cornelio.epist.incip.quem nuntium.& decade ij. Satyra x.incip.qui finē.& idem epistola directiua Nicolao Cebe. incip.fuissent.lib.xj frater Baptista Carmelitanus plura dicit in suis Syluis:maximè in illa quæ incip. exultemus. Franciscus Barbarus de re vxoria. cap.j. quid sit coniugium, & quæ eius bona.Faciunt plures rationes.Et primò ratio cap.omne itaq;. xxvij.q.quæ est trimembris,Fides,proles, & Sacramentum. vt dixi in iij. ampliatione. & j. prosequar membrum secundum. in vj.ratione.

Fides. Proles. Sacramentum.

3 ¶ †Secundò facit trimembris ratio dignitatis suæ:scilicet ratione institutoris. nam fuit Deus optimus: ideò vxor dicitur venire de ara deorū.Philosophus j. Oeconomic. Refert Isern. in cap.imperialem.col.vij.de prohi.feud.al.per Feder. Ias.in l. j.colū.iiij.ff.sol.matr.Item & ratione loci, quia fuit constitutum in Paradiso.Barbat.in Ioannina.col. xviij. Panor.in cap. fin.de frig. & malefic. Tabiena in verb. matrimonium. ij.§.j. Item & ratione loci,quia fuit constitutum in Paradiso.Petrus Subert.in tract.de vinea domini .iiij parte.cap. xv. Io. Lup.in cap.per vestras.de donat.inter vir.& vxor.char.lxxviij.col.iij. Item ratione temporis, quando fuit primum sacramentū institutum.vsq; tempore innocentiæ. & probātur ista tria membra Gen.c.ij.& .iij.& bene pondera vnicum & primum præceptum Dei.Gen.j.& Rosarium Busti quem statim allegaui.

Ratione institutoris, loci & temporis.

4 ¶ †Tertia principalis ratio est delectationis, quæ tanta est in matrimonio quanta dici potest: & quam ibi Deus posuit vt genus humanum conseruaret. Anteros Fregosij. chart. xlvj. post Lactantium.Aegidius de regim. princ. lib.j.part.ij.col.v. vnde solet dici, quod qui nō habuit vxorē,nescit quid sit bonum.

Delectationis.

5 ¶ †Quarta ratio qua quis moueri debet,est exemplum maiorum.nam maiores nostri matrimonium contraxerunt: & nisi sic fecissent,nos non essemus:vnde vestigiis maiorū inhærendum est.§.fi.instit.de adopt.l.testamenta.C.de testam.ibi, mos fidelissimæ vetustatis,&c.bonus text.in l.apud Iulianū.§.constat.in fin.de leg.j.quem ad hoc allegat Socin.cons.clxix.circa primum.col.vj.versi.confirmo. faciunt procemia Regularum Cancel.Apostolicæ, ibi: prædecessorum vestigiis inhærendo. l.maximum vitium.C.de lib.præter.in procem.clem.in §.nos

Exēplum maiorum.

verò

verò facit cap. literis. in fin. de rescrip. vbi principes de more sequuntur vestigia maiorum. pulchrè Oldr. consi. xciij. magister. iiij. col. ver. imò est verisimile Bald. in l. nemo. C. de sent. & interloc. quem refert Fabianus de Monte in tract. de empt. & vẽd. in q. v. col. vij. & probat Hadrian. Papa noster in Quodlibetis. q. xij. cap. iij. inquirẽdum est. col. iij. quòd exemplo efficacius alios corrumpimus, quàm doctrina. hinc Cato, Multorum disce exemplo quæ facta sequaris. vbi Ascẽsius. & ibi Polycarpus allegat illud Ouidij: Fas est & ab hoste doceri. latè Iudocus in tract. de nobilitate. cap. vij. & chart. fin. intelligendo de bonis exemplis. Isocrates in oratione de bello fugiẽdo. incip. omnes. in toto opere. col. xxiij. latè Felyn. in cap. inter cætera. de offic. ord. Sed maiores nostri etiã plures sancti viri matrimonium cõtraxerunt: vt latè refert diuus Hieronym. cõtra Iouinianũ. quem latè reassumpsit August. Dathus circa fin. sui operis. in tract. de connubio sanctorum. & habetur aliquid de hoc in ij. parte Rosarij. serm. xxv. litera f. quid maior exemplis quorum me turba fatigat? Curt. Sen. consi. xlix. memoriæ. §. ad quartum. colũ. ij. imò plures habuerunt duas, quod hodie non licet. Gilbertus in quæstionib. post Philosophũ. ij. Oeconom. chart. iiij. & exempla eò quidem efficaciora sunt, quo à nostra cognitione minus remota. Card. Papa epist. cclxxxij. post medium. Petracha epist. viij. animi. circa medium. vbi plus credit factis, quàm verbis. epist. xc. exemplis abundo. Matthæus Bosius epist. xj. quod ardebã. & lj. nuper. chart. iij. & exempla præsentia plus mouent quàm præterita. Greg. quem refert frater Gregor. Britannicus. serm. funebri. xxxvij. facit Aristot. parte xviij. problem. iij. Ab eis ergo licet arguere. gl. ij. in cap. quod suspecti. iij. q. v. Etenim per exempla rem melius & velut oculata fide intelligimus. pulchrè Galiaura in l. j. col. j. ff. de verb. oblig. & propterea.

¶ Quinta ratio est, exẽpla Moder. quæ magis mouent, quàm verba referentia exempla antiquorũ. l. prætor. §. Iulianus quotiens. ff. de collat. bon. & plus est opere docere, quàm voce. Io. j. refert Zachar. in serm. cõcilij Pisani. col. ij. Matthæus Bosius epist. vj. biẽnio. & dicit Comes Purliliarũ in lib. de educatione liberorum. chart. vj. cap. de ludis adolescentiæ. quòd superstitis viui, magis quàm mortui, fama ad virtutẽ impellit: quẽadmodum viua vox habet nescio quid latentis energiæ, vt efficacius quàm ea quæ leguntur in viscera audientium penetret. 6

Matth.

Matth.Bosius de tolerandis aduersis.in ij.col.chart.j. Felyn.in rub.de fide instr.colū.j.Io.Mirandula epist.incip.solidius nunquam.Sed nónne videmus quotidie eos quibus vxor præmortua est,nūquam quiescere,donec aliā,imò & propriis filiis nouercam superinduxerint.l.non est.ff.de inoffic.testam. Ang.in l.si adulterium.§.idem imperatores.vbi postilla.ff. de adulter. Corn.in l.iubemus. col. ij. C. ad Trebel.de quo gl. & Doct.in §.affinitatis.instit.de nup.dixi in verb.per se & hæredes. char. x.facit Io. Vilemati. in repet. l. diuus.ff.de sicar.col.pen.num. 163.Inquit enim Hieronym.contra Iouinianū.c. xv. quòd nemo melius scire potest quid sit vxor,vel mulier, quàm ille qui passus est.& sic succedit illud Hesiodi, Non est ducēs vxorem, qui non tempestatibus agitetur. Dicunt omnes,& ducunt vxorem scientes.faciunt quæ ponit Petrarcha de remedio vtriusq; fortunæ.lib.j.dialog.lxxvj.de secund. nup.& in hanc conuenit Pontanus in dialog.de obedientia.lib.iij. in primis quinq; capitulis.vbi plenè loquitur. Cùm igitur peritis in arte credendum sit.l.j.ff.de vent. insp. cap.proposuisti. de probat. vbi latè Decius in vlt. not. Hippol.in l.j.§.præterea.col. xx. in l.diuus Pius.colum.iij.ff.de quæst.quia dicit Philosophus.j.Metaphys. quòd experientia facit artem. refert Bart.in tit. de pac.tenen. in fi.princip.Et propterea dicit in vj.Ethicor.& alibi, vt refert Fortunius in l.j.col.xix.ff.de iust.& iur.Albertanus lib.ij.cap. de prudentia.col.ij.quòd iuuenes non possunt esse prudentes: quia prudentia requirit experiētiam,quæ indiget tempore. & viij.Politic.quòd impossibile est vel certè admodum difficile, vt qui opera ipsa nō tractat,peritè valeat iudicare: & propterea dicimus, quòd† experientia est rerum magistra. cap. quàm sit.de elect.lib.vj.in auth.de appel.& intra quæ temp. in princ. vér. ex rerum autem. & Ouid. in ij .de Arte: Solus & artifices qui facit,vsus adest.& Boëtius in j.de disciplina scholarium.dicit,ꝙ scientia sine vsu prodest parū: vsus sine scientia prodest multū.facit Alber.in Dictionario.in verb.argumentū.col. vij. dicēs,ꝙ experientia est nobilior eloquētia,licet nō sciētia.pulchrè Barb.lib.ij.cōs.lvj.sapiēter.col.j.plura Panor. in procem. suæ practicæ.col.j.Spec.in tit.de lib.concep.col.j. Ponzinibius in tract.de bannit.col.xj.vers.ij.Quia Claudius in monarchia Franciæ.parte xj.secūda gl.pragmatic.in §.sint veri.in verb. experiētia.in chart.cxlvij.Ang.cons.cx.Sāctissima.col.iiij.subiungens, quòd tantùm distat scientia à practica, sicut tactus à visu

Peritissimis in arte creditur.

Experiētia.

7

visu intellectuali. Quia experientia est sicut lapis quo probatur aurũ. Et apud Sallustium in Iugurthino, inquiebat Marius: Quæ illi audire & legere solent, eorum partem vidi egomet: alia gesſi, quæ illi literis, ego militãdo didici: nunc vos existimate facta an dicta pluris sint. Matth. Bos. epistol. lj. nuper. chart. ij. latè Ias. in oratione ad Alex. vj. incip. Priscorũ. chart. iij. Et non minus inhærẽdum est expertorũ sententiis sine demonstratione, quàm demonstrationibus ipsis. vj. Ethic. refert Hadrian. Papa noster in Quodlibet. ij. puncto iij. col. j. est char. xxix. in fin. facit Lisoperita. chart. j. iij. argumẽto. Cacialup. de debito fugi. q. ix. Et in repet. l. diem functo. ff. de offic. asseſſ. col. xiij. quòd vsus est magister. Aegidius allegat Cæsarem in commẽtariis. Et propterea cùm liber Roffredi de libel. sit mera practica, solet dici melior liber qui sit factus super Ius Ciuile, licet ibi plura falsa immiscuerit. Et propterea Doct. cum raro nominãt in Scholis, vel alibi etiam in bene dictis. sunt verba Pet. Iac. in sua practica. in libello, super conditione ex moribus. col. xix. est chart. lxxxix. vide tamen Lancel. Politum in tract. de offic. aduoc. in rubr. de scientia. Qualis requiratur in aduocato. Catell. in ij. parte Memoral. in verbo, practica. quem allegabo infrà in viij. limit. quòd sit iudicandum pro communi opin. Si ergo isti tales secundas nuptias ita accelerant, & qui experti sunt, & qui poſſunt dicere, Eruisti animã meam de inferno inferiori. Psal. lxxxv. incip. Inclina Domine. gl. in l. conditio in præteritũ. ff. de verb. oblig. Et iuxta illud Comici Philemonis, Qui nõ admirabatur si quis semel mare esset ingressus: sed si quis iterum, nec eum qui semel vxorem duceret: sed qui iterum. refert Baptista Egnatius in Raceniatione. cap. xij. ante medium. oportet dicere quòd bonum est nubere: alias essent stolidiores animalibus irrationabilibus: nam, Quæ semel euasit retia, vitat auis. Et, Qui semel captus fallaci piscis ab hamo, Omnibus vncà cibis æra subesse putat. gl. in cap. j. de pœnit. dist. v. in verb. moriturus. faciunt quæ dixi de reconciliãda vxore adultera. Et licet Pontanus in Charonte. chart. pen. adducat illum cui de prima vxore bene successerat, noluisse ea defuncta de secunda periculum facere: quia sciret temeritatem non semper felicem esse, vt plura prouerbia. Et Alex. benedictus in tract. de Peste. circa princ. tamen econtrà videmus plures nouiter attentare quæ infeliciter experti sunt. latè Petrarcha epist. xlv. adeò pertinax: licet spes quandoque fallat etiam sapien

ſapientiſsimos.Bald.in conſi.ſchiſmatis.col.x.& ſic fruſtrà va dit qui ſpem obtinere non poteſt. Bald in tit.quo tempore miles.col.j.vnde ſi perdiderũt vxorem,quæ ſibi ſeruiebat,niſi velint ipſimet eſſe ſibi ſeruitores,oportet aliam ducere:prout de ſcholare expellente famulum,dicit Bart.in l. j. circa medium. C.de ſer.& aqua.qui experti ſunt, ita accelerant ſecundas nuptias:quanto magis alij nunquam experti.

8 ¶ †Sexta ratio eſt bonum prolis quæ videtur cõſiderabilior in matrimonio,vt dixi in iij.ampliat.quid enim dulcius poſsi detur,quàm proles, per quam diuturnam nobis memoriã relinquimus?d.l.liberorum.in fine.ff.de verb.ſig. Bar.in Ioannina.col.xxviij.Portius inſtit.de iure nat.gent.& ciuil.col.iij.latè Socin.conſi. xcviij.aliàs cõſului.lib.iij.vbi dicit,ꝙ teſtator qui relinquit filiæ,ſi decederet ſine filiis,reputatur fatuus,& ſic inteſtabilis.Eſt enim homini à natura inſita poſteritatis cura, quod prolis quidẽ ſtudiũ declarat:ac præſertim optimo cuiq; benéq; inſtituto.ſecũdum Põtanum in lib.j.de prudẽtia.char. iiij.Guaynerius in practica, in procem. de ægritudinibus matricis.latè Aegid. de regi.prin.lib.ij.part.j.c.vj.Et fœcũdæ ſunt vt plurimum.& Symphorian.Theologiæ Trimegiſticæ particula x.refert,plures mulieres quæ nouem, quæ decem, quæ xj. vno partu ædiderunt.& vidimus in Aſt.de anno M.cccccxiiij. tres pauperes fœminas tres fœminas pro ſingula vnico partu ædidiſſe:etenim filiorum amor ſuperat dilectionem quam patres habent in ſemetipſos.l.iſti quidem.ff. quod met.cauſ.Bal. lib.ij.cõſi.ccccxxix.dicta in fin.Ferrat.caute.xxxv.patres.col, fin.Aret.conſi.xiiij.viſo tertio dubio. Felyn. in cap. afferte.ij. not.de præſumpt.Barb.lib.j.conſi.xx.illud.col.v.& xxix.illud col.ij & xliij.præclarè.col.iiij.& alibi ſæpe. hinc ſumpſit vnã bonam cautelam Carolus Magnus, qui cùm neſciret an pater vel filius occidiſſet quendam,finxit ſe vtrunque velle ſuſpẽdere ; & tunc pater confeſſus eſt ſe occidiſſe; & ſolus ſuſpenſus fuit filio liberato:& ſic plus dilexit filium, quàm ſeipſum. refert Barb.in cap.in præſentia. chart. x. de probat.in Ioannina. col.xliiij.in cap.j.col.ij. de commod.in repet. l. cùm acutiſsimi.C.de fideicom.col.xxiiij.Pich.in l.quartam.col. xlix. ad l. Falc.Paris de Syndicatu.chart.pen. col.fin.verſic.ſequitur modo.Io.Lup.in tract.de donat.inter vir.& vxor.char. lxxij.col. iiij.Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore.col.50.ff. de vſuc.& pater fortius amat,licet mater tenerius.ſecũdum Scotum. Hippol.in l. j.col.

Proles conſeruat memoriam noſtram.

Pater plus diligit filiũ quàm ſeipſum.

Cautela Caroli Magni.

j.col.xvj.ff.de quæstion.Catell.in ij.parte Memoral. in verbo, dolus. & ad hoc non quadrant dicta Petrarchæ de Remedio vtriusq; fortunæ.char.pe. dialog.cliiij. de moriente sine filiis. Frater Lud.de Verit.cõtrit.in iiij.præcepto legis diuinæ.q.iij. & Ceres apud Claud.de raptu Proserpinæ:Nosti quid sit Lucina,timórq; Pro genitis,& quãtus amor,partúsq; tulisti Tu geminos.facit vij. Ethic.licet Pichus legendo diceret ꝙ nunquã credidit esse verũ,ꝙ pater plus diligat filiũ quàm seipsum : & tamen ipse facilius hoc poterat scire,quia tunc & patrem & filios habebat.Quidã dicunt prædicta vera dum sunt infantuli: sed eis viris effectis minuitur dilectio. Itẽ iste amor,secũdum aliquos,non est gratia filij:sed gratia ipsorum parentũ qui capiunt eam delectationẽ in eos videndo & audiendo, qui nedũ puer,imò & sus in illa tenella ætate habet aliquam gratiam. & de laude puerorũ Bustus in Defensorio montis, char.lxvij.patet euidenter.nã si eos diligerẽt plusquàm seipsos,gratia ipsorum filiorum non tantum dolerent quando moriuntur infantuli,ex quo sunt certi eos ire in paradisum.Itẽ libẽtius eos extra patriã ad addiscendũ bonos mores transmitterẽt:& sic nescio si dicantur diligere filios , vel semetipsos. Item allegatur Turcus modernus,qui priore excepto,reliquos filios interimi iussit, vt illum in pacifico regno relinquat. Et quomodo educandi sint pueri,vltra infinitos tractatus, de hoc vide Aegidiũ de regimi.principũ.lib.ij.particula ij.per totũ,& ibi.c.iiij. dicit ꝙ mater plus diligit filios,quàm pater.Sed distingue vt Stephanus Canuti in tract.de regim.castitatis.char.xxviij.& seq. vbi latè de isto amore filiorũ : & cur vnus plus alio diligatur. tamen est vera caro patris:vt naturaliter probat Paul. de Cast. lib.ij.consi.cliiij.col.iij.in præsenti causa.Bal. lib. ij.consi.fin. statuto caueatur.subiiciens idẽ in omnibus quæ inde deriuãtur & sunt viscera patris. Socin.lib.j.cõsil.xxiij. circa prædictam. col.vj.versi.presbyter.pulchrè Bal.in c.quæ in ecclesiarũ.colũ. pen.de cõstit.dixi in meis clausulis instrumentorũ.in ver.per se & hæredes. ¶ †Septima ratio est præcedentiæ & honoris: 9
nam cæteris paribus præfertur ille qui habet vxorem & filios. facit Plato,quem refert Gilbertus in quæstione.post Philosophũ.ij.Oeconomic.chart.vj. Codr.serm.iiij.incip. Plutarchus, quem omnino vide.Præterea quandiu quis est sine vxore, etiã si caniciẽ habeat,nihilominus habet mores adolescentis:vxore ducta,grauitatẽ induit.hinc dicitur vulgò , ꝙ si lupus vxo-

rem duceret, castigaretur: & si mare haberet vxorem, non esset ita procellosum. Cacialup. in consilio pro monachis contra canonicos. col. antepe. vbi allegat Gelliũ in Noctibus Atticis lib. vij. c. xiiij. ibi, nõ qui plures annos natus: sed qui plures liberos &c. est lib. ij. c. xv. incip. apud. Purpur. in l. cum quid. ff. si cer. pet. nec est omnino felix, qui est specie turpissimus, & sine prole. secundũ Philosophũ. j. Ethic. ¶ Octaua ratio est amicitiæ: nã plus valet amicus, quàm aurũ in capsa. gl. in c. nisi specialis de offi. deleg. Ascẽsius super illud Catonis, Si potes ignotis &c. Albert. in rubr. de multiplici vtilitate. & dicimur posse quod per amicos possumus, iij. Ethic. Hadr. Papa in Quodlib. q. vij. litera p. Pulchrè Erasmus in epist. ad regẽ Anglorum ante opuscula Plutarchi, de adulatore. & in j. parte Prou. ccxxij. Vbi amici, ibi opes. & ij. parte prouerb. clxxiiij. amicus magis necessarius, quã ignis, & aqua. & char. v. Amicus est alter ipse. Philosophus ix. Ethic. & Cicer. de Amicitia. Refert Rosarium ij. li. serm. xv. litera m. & xxxviij. litera k. plura Barba. in c. ix. in vj. col. de cõsti. vbi dicit hoc nõ procedere in amicitia marchiana, vbi nullus reperitur amicus verus: sed in bono amico, de quo ipse in Ioannina colum. cxviij. sunt enim marchiani de quibus gl. in l. rem legatã. ff. de admin. leg. Cũ fueris felix, multos numerabis amicos, Tẽpora si fuerint nubila, solus eris. de Catelanis etiã cauen. dicit Bal. in proœ. Rex pacificus. col. vij. & dicit Felv. in c. quoniã abbas. iij. col. de offi. dele. quòd licet scholares diligant se in scholis: quando sunt prælati, dicunt, Non noui vos. Sed quæ est maior amicitia quàm vxoris? vt inquit Franc. Barbarus de re vxoria. lib. ij. c. j. de charitate cõiugali. Aegidius de regim. princip. lib. ij. parte j. c. vij. & seq. & c. fi. vbi quòd etiam aliqua secreta sunt eis communicãda propter amicitiam: & inter maritum & vxorẽ est maximus amor. Signor. consil. lxiij. Titius. col. ij. amor enim & pax, est principium omnium rerũ naturalium, vt habetur in Physicis. refert frater Dominicus de Guelfis & Gebelinis, charta iij. & cur sit tantus inter coniuges, nulla ratio reddi potest, nisi quia sic est: vt dicit Angel. consil. cccxxxix. incip. super primis. col. v. Ista enim magis intellectu percipi, quàm exprimi possunt: vt in simili Cy. in l. legem. C. de rer. permut. & in l. si constante. colũ. fina. C. de donã. ante nupt. vbi dicit quòd hoc sunt experti. & inquit Propertius, Omnis amor magnus: sed aperto in coniuge maior. refert & plura exempla ponit Frego. in suo Anterote. char.

te.char.lxxiij.& seq.& in sua Valeriana.lib.iiij.c.iiij.de cõiugal.charit.Et debet maritus esse solicitus qualiter placeat vxori.ad Corint. vij. Et inter maritum & vxorẽ potius est vnitas, quàm coniunctio, vel affectio, quia vnum corpus & vna caro sunt.xxvij.q.iij.c.agatosa.Corn.libr.ij.consil.clxv.incip.circa primum.col.vij.ver.& similiter vicini. allegans illud Matth. xix. Iam non sunt duo, sed vna caro. pondera verbum, sunt. nam vt dicit Bal.in consil.schismatis.col.xj.Sum,es,est,est verbum substantiuum, effectiuum & productiuum,substantiã rei perfectissimè includens: nec est aliud verbum ita substantificum in mũdo,licet aliquando improprietur. Ias.in l.iij.§. genera.j.not.ff.de acquiren. pos. Quomodo ergo intelligitur id quod habetur Ferrariæ in ecclesia sancti Augustini sub duplici simulacro eiusdem mulieris, vno in forma fortitudinis,altero in forma iustitiæ,vbi sunt picta hęc verba:Quæ sunt pro his quæ non sunt:quæ si essent pro his quæ cum sint non sunt, quæ videntur esse pro his quæ clàm sunt,in causa sunt vt quod estis sitis.ad quod facit illud Exodi iij.Sum qui sum.& Tiburtij in vita sanctæ Cæciliæ,dũ declarat illud quod videtur esse, & non est:& illud quod non videtur esse,& est. Ad rem redeo. Et dicit Philosophus,quem refert Nata in c. quamuis.de pac. lib.xj.colum. xxxiiij.q.xiij. quòd in dubio vxor præsumitur scire facta viri propter dulcem collocutionem inter eos.facit Claud.super Lucã char.xxiiij.litera e.hinc dicit Afflictus cõstitutione,pœna carere.quòd vxor participans cum suo marito excommunicato, non punitur: & vendens iocalia pro iuuando maritum suum rebellem, non incurrit pœnam fauentium rebelli,sunt enim socij diuinæ & humanæ domus.l.j. ff. de ritu nupt.Latè Cepol.consi.v.processum est.col.pen. versic. eo saluo.Pet.de Vbal.in tract.societatis.vj.parte.q. xxiij. col. iiij.Bon.de nobilitate.iij.parte.num.clxxxv. Oldr.consil.xcv. ex forma. colum.v. Et ideo vxorem quis debet diligere sicut seipsum.ad Ephes. v. hæc & alia plura tradit Alberic. in l.donationes quas.Dy.C.de donat. inter virum & vxor. colum.ij. vbi dicit hoc maximè procedere in regibus, qui ad dilectionem vxoris eo magis tenentur, quo sunt aliis nobiliores.l. si vxor.§.j.ff.de adulter.facit Anteros Freg.chart.xxxvij.& seq. Idem in quocunque nobili tenet Oldr.d. consi.colum.iij.Pet. de Lesnaudiere in tract. de Doctorib. parte j. q.xxv. facit Albertanus de vxore diligenda. Francis.Barbarus de re vxoria, Regibus

lib.ij.cap.j.de charitate coniugali.Aegidius de regim. princi, lib.ij.parte j.c.viij.Ioan.Montolonius in Promptuario Iuris. in ver.vxor.col.vj.& ecõtrà:licet castitas sit proprium mulierum,tamen multo plus illustrium.Ang.in l.si qua illustris.C. ad Orfic.& sunt eadem caro.Ioã.Vilemati in repet.l. diuus.ff.
11 de sicar.num.cl,Barbat.in c.significauit.ad fin.de rescrip.†Et propterea nulla est maior lateralitas, quàm inter virũ & vxorem.secundum Bal.ibi in j. not. & infortunia vnius dicuntur esse cõmunia alteri.Ias.in.l j.col.j,C. vnde vir & vxor.Panor, in cap.non est,de sponsa. Et licet non sint affines,sunt principiũ affinitatis.Ias.in dicta l.j.col.iij.j.nota.in l.maritus.C.de procur.& dicit Ioan.Montaigne in tracta.de bigam.j. q. col. xxx.quòd sunt vnum corpus & vna anima.idẽ tenet Hippol. in l.j.§.seruũ mariti.ff. de quæst. & dicit Rosarium in ij.par-
12 te.serm.xxiiij.litera o.quòd†mulieris bonæ beatus vir. &,homo debet derelinquere patrem & matrem, & adhærere vxori suæ.Gen.cap.ij.extrà de diuor.cap, gaudemus. & plures mulieres virũ diligentes affectuosè recitat Petrarcha in Triumpho Castitatis.cap.j.Pontanus in tracta. de obedientia.lib.iij. cap.v.quod incipit,quanquàm.in cuius dilectionis signum in
13 desponsatione vtuntur annulo: quia †eius rotunditas, quæ est infinita,designat quòd amor cõiugum debet esse infinitus. Et primus annulus qui ad hoc fuit electus, erat de ferro, cũ vno adamante.ad designãdum,quòd sicut adamas retrahit ferrum à magnete: ita vir retrahit amorem vxoris à patre.& ponitur in digito annulari in signũ dilectionis,quia ab eo ad cor quędam vena protenditur.ita Alber. in Dictionario. in verb. annulus.Lucas dę Penna.in l.si libertus,C. si seruus aut libertus. lib.x. Rosarium ij.parte.serm.xxv.litera d.l. filia in orbitate. C.de inoffic.testam. hoc est in digito ante paruũ: vt Macrob. Saturnal.v,Mãcinellus in sermonib.lib.ix.ti.iij.& tit.v. Gell. libr,x. cap.x. veteres.non tamen est intelligendum quòd hoc, nec alia pompa matrimonialis consueta sit necessaria ad matrimonium: quia sufficit solus consensus.gl. in §.disponat,in verb,nuptias.circa fin.in authen.de nupt. imò in aliquibus locis tempore sponsalium solet verberari sponsus,glos.in l, cùm inspeximus.in verb.rapismata.C, de emanc,lib. prout Bononiæ vbi dant alapas,gloss.in authen.constitutio quæ de dig. in verb.iniuriis. Et alios diuersos ritus antiquorũ in similibus enumerat Valeriana Freg.lib.ij.c.j.de priscis institutionibus.

Annulus sponsatorius.

Et

Et quis prius interrogari debeat, an maritus vel vxor, dicam infrà respondendo ad tertium, quòd matrimoniũ sit seruitus.

¶ † Nona ratio est vtilitas publica, & multiplicatio generis humani. Ioan. Montaigne in tract. de bigam. quæst. j. col. ix. & seq. Reipubl. enim parendum est. l. veluti. ff. de iustit. & iur. & ibi Ias. plura adducit. Bologn. in repetit. authent. habita. col. j. dixi inter consilia feudalia Bruni. consi. xij. col. j. Sed matrimonium est principium & fundamentum generis humani: vt inquit Barb. in cap. quod translationem. de offic. leg. col. xiiij. & dicit Bald. in cap. nonnulli. col. ij. de rescrip. & in c. transmissa. col. fi. de restit. spol. † quòd sine matrimonio respub. stare non potest: quia spurij & naturales nõ faciunt rempub. facit l. j. ff. sol. mat. Barb. lib. iij. consi. xl. clementissimum. col. v. vbi dicit, quòd ciuitas debet impleri liberis legitimis, & non bastardis, & quòd princeps debet quærere eum implere viris bonæ opinionis etiam si sint alienigenæ. facit Ioan. Lup. in repetit. cap. per vestras. de donat. inter vir. & vx. in toto opere. char. lxxxj. colũ. j. dum ita intelligit Platonem dicentem, quòd ortus nostri partem patria vendicat. Ferrat. cautel. j. Rosarium Busti. j. parte. sermo. xxiij. litera v. vbi dicit, quòd talis proles dicitur degeneres populi, & ignobiles, nec bello fortes, nec fide stabiles, nec Deo amabiles, nec honorabiles hominibus. cap. si gens Anglorum. lvj. dist. & dicit Cacialup. in repe. l. si qua illustris. C. ad Orfic. in fin. col. quòd sunt plantæ infructuosæ: & quòd nõ dabunt radices altas. & col. xxvj. quòd sunt omni iuri exosi & abominabiles. Ideo Veneti nõ admittunt eos in eorũ consilio, etiã si postea fuissent legitimati. Fulg. consil. lxij. stante statuto. col. ij. Et hoc est quod dicebat illis Comes Basignanæ d. Alex. Malabayla senex, quòd maluisset accepisse meretricem, & ex ea habere prolem legitimã, quam sciret esse suã, quàm carere sobole, prout & carebat vxore. Præterea & si mulier sit adultera, nõnne fortè melius est educare filium vxoris tuę qui posset ita esse tuus sicut adulteri? nã vt Ouidius xx. Elegiarum ad Isidem: Sed tamen aut ex me conceperat, aut ego credo: Est mihi pro facto sæpe quod esse potest: imò & ita præsumitur etiã si vxor staret in prostibulo. l. miles. §. defuncto. ff. de adul. dixi suprà vj. col. quàm adoptare extraneum qui non sit tuus nec tuæ vxoris. ff. & C. de adop. Nec dicas ꝙ isti spurij verberãt patrẽ putatiuũ, & faciũt alia mala quę suprà dixi in vij. inconuenienti, de incõtinẽtia muliebri. & sunt infames infamia

14 Multiplicatio hominum.

15

Alexãder Malabayla.

facti. vt Azo, quē refert Cacialup. in repet. l. si qua illustris. C. ad Orfic. col. xxvj. latè Francis. Curt. Sen. in repe. l. admonēdi. col. iij. ff. de iureiur. qui plura congerit contra spurios. quæ vt audiui à præceptoribus meis, ibi glomerauit quasi in princip. ad æmulationem Iason, qui illam legem etiam tunc repetebat in eius cōcursu, qui erat spurius. & etiam eodē tempore secundum eos illam repetit Ioā. Baptista Cacialup. Idem vult Nic. de Vbal. in trac. de succes. ab intesta. in j. parte. in iiij. specie liberorum. est char. iiij. & seq. vbi sequitur dictū Azo. quòd spurius sit infamis infamia facti. sequitur etiam Bal. & Alex. in l. iij. col. ij. ff. de lib. & posth. Claud. in l. Lucius. col. ij. ff. de vul. & pupil. Rosel. in monarchia. char. cix. vers. hanc dignitatem. col. ij. Ias. in l. fratris. ad fi. C. de inoffic. test. Alex. lib. ij. consil. viij. examinato. col. j. Barb. lib. iiij. cōsil. xv. clemētissimi. colū. antep. & dicit Fulg. cōsil. lxij. stante. colum. ij. quòd Venetiis & Romæ nō admittuntur in cōsi. idem audio Mediolani in collegio Doct. pro quo gl. in Pragmatica. charta xcviij. versi. honorum. & Goliath fuit spurius. Bald. in c. super eo. de elect. Et idem Nic. de Vbal. in d. tract. chart. viij. & dicit plura mala de spuriis. & Paris de Puteo in tract. de re mil. lib. vij. in rubric. quòd impunis nobilitas attenditur. est chart. xxxij. col. ij. latè Io. Lup. de donat. inter vir. & vxor. char. lxxvj. vbi vtiliter loquitur Barb. lib. iiij. consi. xlij. immortalem. col. vij. facit illud
16 Sapientiæ iij. circa fi. & Platinæ cōtra amores. chart. ij. †Sed ad eorum excusationem vide alium Io. Lup. in tract. de matrimonio. in vlt. q. vbi dicit quòd vitia parentum non debent nocere filiis. Ioā. Montolonium in Prōptuario Iuris. in verb. filius. col. v. & plures qui boni fuerunt enumerat Nic. de Vbal. vbi s. dum arguit ad partes. Et Bon. in tract. de nobilitate. iij. parte. num. lxvij. licet iiij. parte. col. ij. aliqua adducat contra eos: & vide etiam quos enumerat Anteros Fregosij. char. xv. & char. xxvij. & Ias. & Claud. quos ambos vidimus in hac Legali philosophia florentissimos, erant spurij. mortuus est itaque Iason eo anno quo illustris Ioānes Iacobus Triuultius: credo duos illos Mediolanēses omnes ætatis suæ superasse: vnum scilicet in peritia militari, alterum in legali. & Io. And. vt infrà dicam loquendo de eius authoritate. & Barto. fuit enutritus à fratre Petro de Asisio, qui rexit domum vbi infantes expositi nutriebantur: vt ipse dixit in l. quidam cum filium. iij. colū. ff. de verb. oblig. Item Gratianus compilator Decreti cum duobus fra

fratribus suis fuerunt spurij,& nati in quadam capsina, prout adhuc hodie Nouarienses gloriantur tales viros protulisse. & Fasciculus temporum,charta iij.notat omnes artes & scientias seculares, liberales siue mechanicas humanæ curiositati deseruientes à filiis Lamech fuisse inuentas:& sic filij adulterini primum subtiliores aliis fuerunt,vt ibi. præterea quid tantum curãdum,an à te vel ab aliis genitus sit, postquam omnes ab Adam descendimus. ¶ † Decima ratio est adiutorij quod 17
præstat mulier marito:nam dicit Lancel.in l.si grege. col.ij.ff. de leg.j.ad constituendum bonam domum, necessaria est mulier quæ communicet communione coniugali, & quæ etiam pro parte sua gubernet domum,consideretque semitas suas, & panem otiosa non comedat: & bonum mulieris est esse operosam.secundum eum. Aegidius de regim.princip.lib.ij. parte.j. c.vij.& dicitur,Væ soli:quia si cadat,nõ habet qui releuet eum. c.ij.de statu monachorum. Ecclesiast.iiij. in casu nostro Francis.Barbarus de re vxoria lib.ij.c.vij.de cura domestica.& magnam potentiam societatis collige ex malis quæ patiũtur milites: quæ si soli,non esset possibile hominem sufferre.facit Albert.rubric.vlt.de conuersione ad Deum.col.iiij. Luc.de Penna in l.ij. col.ij.C. de proxi.sac.scrin.libr.xij. Et si dicas quòd potest habere seruitores, ancillas & socios. Respondeo, quòd non ita diligunt,imò semper furantur, etsi deberent furari cinerem. Portius in §.singulorum. instit.de rer.diuis.col.ij.& si eos deputas calculatores, docent detrahere Trebellianicam. gl.in l.ne diutius.C.de numer.lib.xij. & facit Petrar.epist.lxij. tria.& epist.lxxxj.nuper.caue ab ostio posteriore, seu postico, quia solet domum destruere. Cepol.de seruit.vrb.cap.xlij. de. ostio.in fin.facit gloss.mag.in l Iulianus.in princ.de act.empt. quæ ponit illud,Quid domini facient,audent cum talia fures?. id est serui.& propterea quãdo aufugiunt, præsumitur furasse res amissas in domo. Decius consi.cxxx.col.fin.Item ista procedere possunt, dum quis est iuuenis & sanus: sed dum est senex,vel infirmus,rari sunt fideles,& omnes deserunt: vel si remanent,hoc facient vt furentur. vt videmus in personis ecclesiasticis euenire in tract.de fide concubinarum erga sacerdotes.& Corij de anno M.cccccxj. concubina cognoscens sacerdotem pecuniosum subditum fluxui sanguinis per nares, intromisso noctis tempore clàm amatore, sacerdoti pugionem in nares immisit, & ligatum tenuit donec totus sanguis effluxit.

Adiutorij.

Mulier debet esse operosa.

xit. Et expirauit, & pecuniam furata est: & tandiu res occulta permansit, quòd quasi miraculum fuit tanti sceleris reuelatio illinc ad plures menses. facit Gen. cap ij. circa fin. Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi. Ioan. Montaigne in tractat. de bigam. iij. q. col. ij. Nam vt inquit Philosophus, quem refert Ioan. de Selua in tract. de beneficio. char. xij. col. j. quòd ad esse ciuitatis & ad perfectã politicam, requiritur genus agricolarum ad alimenta. de qua Albertanus de operibus & labore manuum: Artifices mercenarij qui arte & laboribus circa necessaria ad victum operentur. Albertanus in rub. de artibus deligẽdis: Milites bellici, ad compescendum rebelles, & defendendũ ab impugnatoribus: abundantia pecuniarum, ad opportunitates bellicas prosequendas: sacerdotium, ad cultum Dei: iudices, ad dirigendum & regendum. pariter idem Philosophus j. Politic. dicit, quòd non potest domus consistere sine vxore: quia vnus homo non sufficit sibi in his quæ ad vitam pertinẽt humanam, quorum quędam sunt competentia viris, quædam mulieribus: vnde fit societas viri ad mulierem, quæ societas mouet ad matrimonium. sunt verba Præpos. in cap. tanta. col. xj. consil. sint leg. facit pulchrè Aegidius de regim. princ. lib. ij. parte. j. cap. v. & tribus sequentib. vbi allegat Hesiodum dicere, quòd domus consistit ex tribus, viro scilicet, muliere, & boue aratorio. & inquit Philoso-

18 Marcellus. Domus nõ potest consistere sine vxore.

phus in j. Polit. hic, † quòd domus non potest consistere sine vxore. propterea Marcellus. quem refert Gellius j. Noctium Atticarum. c. vj. dicebat: Si sine vxore Quirites esse possemus, libenter omnes ea molestia careremus. Sed quoniam natura ita tradidit, vt nec cũ illis satis cõmodè, nec sine illis vllo modo viui possit, saluti perpetuę potius quàm breui voluptati cõsulendum est. Refert Bon. in tract. de nobilitate. ij. parte. num. xliiij. facit Erasm. ij. parte. prouerb. dcccxciiij. Neque cum malis, neq; sine malis. Codrus serm. iiij. char. iiij. & dicit Salo. quẽ refert Hier. quòd si sine fœminis mũdus esse posset, nostra conuersatiò à diis non abesset. ¶ † Vndecima ratio est gratia po-

19 Politiæ.

litiæ: nam secundum vitam politicam necesse est vel nubere, vel ingredi religionem. secũdum Paul. de Castr. in l. Titio centum. §. j. col. fi. ff. de condit. & demon. vbi dicit quòd aliter faciens dicitur bestialiter viuere. faciunt ll. antiquorũ quas refert Beroal. in Oratione nuptiali per eum Mediolani habita. char. ij. & Luc. de Pen. in d. l. mulieres. C. de incol. libr. x. hinc

Plato

Plato cœlibem se vixisse extranea vita condoluit.refert Marsilius Ficinus epistolarum char.lxxx. epist. incip. vixit autem cœlebs. Mat.Bosius epistola vj.biennio char.fin. Andr. Tiraquel.in epistola ante Franc.Barbar.de re vxor.& dicit Aegid. de regim.princ.lib.ij.parte j.c. vij. quòd probatur esse vitam bestialem,quia hoc faciut vt liberius fornicentur: sed religionis ingressus non facit pro omnibus, præsertim pro continere non valētibus: vnde postquam est tanta honestas in matrimonio sicut in ingressu religionis, secundum Ang.institu.de nnp.in fin.principij.melius ergo erit nubere,quàm vri. glo. in verbo,resistere.in §.cum igitur.in authen. de non eligen. j. ad Corinth.cap.vij.& habetur in cap.nerui.xiij.distinc. & in cap. si Paulus.in fi.xxxij.q.v.Ioan.Fab.in rub.instit. de nup. quinimo.licet Ang.consil.clxxix.visis prædictis.col.iiij.dicat,quòd vita contemplatiua est melior actiua. prout Rosarium Busti in ij.parte.serm.viij.litera o.col.ij. est in iiij. parte illius serm. Somnium Viridarij lib.ij.cap.ccxcvij.& q.seq. Pet. Subert. in vinea Domini.vj. parte.per totum. Claud. super Luc. vt in tabula in dictione,contemplatiua.Felyn.tamen in rub.de ma.& obed.col.iiij.dicit,quòd est magnum dubium.& Hostien. Alber.& Ias.qui eos refert in l.j.colum.iiij.ff.de iusti.& iur. dicit quòd actiua melior est.Barbat.in cap.in præsentia.char.xij. de probat.in c.causam matrimonij. eod.titu. colum. iij. pulchrè Vdalr.Zas. in oratione habita in doctoratu Francisci Pauli. incip.non possum. vbi respondet ad illud. Maria optimā partem elegit.† Et quòd propterea recti iudices & aduocati plus merentur,quàm fratres prædicatores, est de mente Formulæ prouincialis chart.iiij.Galiaura in rep.l. centurio. ff. de vulg. & pupil.num.xxij.quod indubitáter procedere puto, si eorum studia & labores sufferant principaliter gratia obediēdi præceptis diuinis.Et nō gratia lucri, vel ambitus: nam Deus iussit,In sudore vultus tui vesceris pane tuo.cap.in capite.50.dist. Gen.cap.iij.facit Luc.de Pen.in l.fi.C.vt dig.ord.seru. vbi pulchrè de hoc lib. xij.Io.de Lignano in procem. sui tractatus de Canonica parochiali.vbi de laudibus Doct. & in tract.de pluralitate beneficiorum. in fi. dicit se respondisse Pontifici sibi volenti dare prælaturam,quòd nolebat bibere sanguinem deputatum pauperibus, sed potius sudorem manuum suarū.Barbat.in c.postulasti. col. v. de rescrip. in c. postulasti. vbi bona postilla de foro cōpet.vj.col.in c.ex literis. col. xx. de probat.

20 Aduocati plus merētur, quàm prædicatores.

50

O 5 late

iur.Hadr.Papa noster in Quodlibet.fi. & est chart.xlvj.col.fi. latius q.xj.per totũ.maximè litera cc.vbi post Henric.de Gandauo mirabiliter subiicit, quòd † iuramentum de veritate dicenda non extenditur ad penitus occulta. facit Instructio ecclesiasticorum allegando Angelicam,vbi s̃.idem vult Angelica referēs Henric.in verbo,confessio delicti.§.j. & ibidē Syluestrina, & Angelica in verb. interrogationes in confessione. col.j.allegat Prouerb.xj.Qui inuestigator est malorum, opprimetur ab eis. Et licet Rosella & Syluestrina videantur tenere contra Angelicam, volentes, quòd teneatur dicere prælato in secreto,vt corrigat occultè: tamen hoc etiam in secreto fatebatur Angelica in d.verb.denuntiatio. §. x.Quæ propterea in d.§.xx.infert, quòd si iudex in monitorialibus diceret quòd scientes propalent,siue probare possint,siue non,quòd non valent,quia continent errorem intolerabilem: nisi adderet, qui non potest probare,dicat sibi in secreto. & sequitur Instructio ecclesiasticorum,vbi s̃.Nec placet saluatio Syluestrinæ in d.§. viij.dum intelligit tales monitorias saluo ordine Euãgelico: id est,prius corrigas inter te & ipsum, antequàm dicas Ecclesiæ:quia dennntiatio quæ fit per tales monitorias, dicitur iudicialis,ad quam nõ requiritur illa monitio intet te & ipsum. secundum Io.Andr.& alios in d.cap.nouit.& est de mente Tabienæ. in verb.accusat.§.xiiij.& in verb.inquisitio.§.vij. vbi in sua distinctione semper dicit,quē non teneri dicere iudici,nisi de eo quod probare potest.& Alber. in Dictionario. in verb. inquisitio.allegat ad hoc cap.erubescant.xxxij.dist.& cap.consuluisti.ij.q.v. etenim silent boni viri quod probare non possunt.cap.plerunque.ij.q.vij.Scrutinium.chart.xxxij.in fin.j.paginæ,allegando Hieron.Alex.lib.iiij. consi.lv.perspectis.colũ. xiij. & quomodo intelligatur illud, Dic Ecclesiæ. latè frater Thom.Illyricus de potestate Pontificis.chart.xxxiij.Et sic patet quàm sit erroneus stylus eorum qui in monitorialibus dicunt, quòd debeant propalare iudicialiter, vel coram notario & testibus,in forma fidem faciente:nam acta faciunt notoriũ. l.gesta.C. de re iud.Alex.in l.exitus.ff.de acquir.poss. Felyn.in cap.significauerunt.col.ij. & iij.de test. Decius in cap.pastoralis.col.iij.de excep.Alex.lib.v.consi.clij.viso processu.col.iiij. versi.præterea etiam si sententia.vbi dicit,quòd imò sola accusatio infamat:& sic vidētur continere errorem intolerabilem. Et sic restringitur ista ampliatio, vt etiam si eam teneamus,

quòd

quòd non procedat vbi id quod in secreto mihi fuit commissum, probare non possem. Secundò restringitur, vt hoc propalare in secreto, nec in aperto tenear impensis meis: puta si oportet ire ad vicarium episcopi, vel Romam, vel alium degentem in remotis partibus, quem adire non possum sine impensa. Rosella vbi s. pro qua facit Alex. in l. recusare. §. si quis alio. col. j. ff. ad Trebel. Felyn. in cap. j. de test. Bertach. in tract. de episcopo. lib. iiij. parte ij. q. viij. est char. xxv. vbi volunt, quòd debet testi satisfieri pro expen. & tempore perdito. quicquid ergo in contrarium voluerit Syluestrina, si monitoriæ aliter decernãt, non ligant.

47 ¶ † Tertiò restringitur vt non procedat in cõiuge, nec in descendentibus, & aliis quos enumerat Angelica in d. verb. denuntiatio. col. fin. qui sicut nõ tenentur testificari, ita nec propalare ob tales monitorias. & est de mente Panor. in d. chart. ad peccatũ. el ij. de iureiur. dum dicit, quòd tacere veritatẽ est peccatum: scilicet quando quis potest compelli eam dicere. idem vult Formularium prouinciale chart. lxviij. dicens idem quando propalans ob hoc poneret se in aliquo scandalo, pro quo facit Steph. Malereti in tract. de elect. chart. x. col. ij. post Bald. in cap. cùm nuntius. de testib. vbi si ille qui solet mittere minas executioni, minetur mihi mortem: si recuso deponere, sum excusatus. quod not. Pari modo ergo excusaretur vasallus à propalando. contra dominum Præpos. in cap. j. §. similiter. per illum tex. de consuet. rec. feu. Pari ratione excusaretur etiã aduocatus, vel medicus, ne dicantur præuaricatores & proditores causæ. l. j. ff. de præuar. Specul. in tit. de aduoc. §. nunc tractemus. col. fi. versi. caueat. & versi. seq. Bar. in l. j. §. si is qui. ff. de fal. Nata in clem. sæpe. in fi. prin. de verb. sig. Ang. in §. præterea col. j. inst. de leg. Aquil. Fely. in c. accedẽs. el. j. col. j. vt lit. nõ cõtest. Angelica in verb. falsarius. Rosel. in verbo, aduocatus. §. xj. & ibi Syluestr. §. x. Tabiena §. xiij. Sed dubium facit, quia monitoriæ fiunt de occultis: vt dicam in ij. limitatione. & sic quãdo aliter veritas haberi nõ potest. quo casu aduocatus cogitur testificari. secundum Stephanũ Aufrerij de reprobationibus testium. in verb. aduocatus. ad fin. quia tunc nemo excusatur. Felyn. in cap. j. col. ij. de testib. cog. Hippol. in l. de minore. §. tormenta. col. fin. ff. de quæstion. Curia Tholos. q. ccccxij. an testes. quia occultare veritatẽ est peccatũ mortale cuius correctio spectat ad ecclesiam. Hosti. in summa de test. cog. §. j. ante fin.

fin.& §.& quia.ante fin. Sed istud dubium respectu Medici & Aduocati non procedit: quia eis veritatem dicimus coactè, prout confessori.nam vulnus detegas, si opus medicãtis expectas.Bald.in cap.super eo.de cohab.cleric. & mul. dicam infrà loquendo de aduocato solicito : & vt confessori , ita aduocato & medico est dicenda veritas.secundum Spec.in tit.de aduocato.§.nunc tractemus. circa princ.& sic æquiparatur aduocatus cõfessori: vt ibi & pulchrè.Ias.in l.j.ff.de iust.& iur.Et pro ista opin.facit Ripa in tract. de Peste,dicens q aliud est propalare admonitoriũ generale,aliud testificari.Ergo vt paulò s.dicebã si cõfessor cui ex necessitate dixi,nõ tenetur propalare,ita nec aduocatus,nec medicus.Quartò restringitur secundum Angelicam vbi s.quando quis vellet procedere criminaliter contra eum cõtra quem vellemus quem propalare,vel testificari.facit Capel.Tholosana d.q.ccccxij.Angelica in verb.testes.§.xxvj. maximè pecuniariter,quia CHRISTVS non sic fecit quando liberauit adulteram:sed solùm dixit, Noli amplius peccare.Et sic patet quòd limitatio Claud.in repet.l.vt vim. in chart.pen. ff.de iustit.& iur.dum dicit, quòd quis in foro conscientiæ teneatur reuelare,est diligentius consideranda:quia omnes prædicti Summatores loquuntur in foro conscientiæ. quanquàm & in procedendo in foro contentioso, etiam corã vicario episcopi non esset necesse seruare ea quæ sunt de stricta conscientia:vt Felyn.in d.cap.nouit.de iudic.col. v. post d. Ant.in cap. inquisitioni.de sent.excom.vbi ponit rationem diuersitatis inter vnũ & alterũ.idẽ Felyn.in c.j.de cõstit.col.x. tertius casus.

¶ Limita primò vt non possint concedi tales monitoriæ excommunicato.Panor.in d.cap.nouit.de iudic.colũ.ix.in ij. additione.vbi dicit, quòd etiam non admitteretur ad Euangelicam:licet secus in alio criminoso emendato. vt ibidem Imol. col.iiij.Decius col.xiij.Roch.chart. xxiij. Cap. Tholosona.q. clxxxix.incip.an excommunicatus.& hanc dicit ibi Aret. col. v.esse communem,licet aliqua adducat contra eam ad quæ respondet ibidem Roch.& quòd ad iudicialem non admittatur, facit cap.intelleximus.de iudic.Subdit tamen Aret.in d. c. nouit.in fin.quòd licet criminosus non admittatur, iudex tamen debet inquirere ex officio proprio vt faciat resarcire damnum cui debet ,dicens esse singulare. Excommunicato.

¶ † Limita secundò vt istæ monitoriæ procedant pro rebus 48
occultis : nam si sciretur quis istam rem esset furatus,seu aliàs aduer

aduersarius, debeo contra eum experiri & agere via ordinaria coram iudice cõpetente.Gemin.in cap. fin.de elect. lib.vj. vbi Anchar.& sequitur Felyn.in cap.ij.col.v.versic. circa tertium. de constit.vbi dicit,quòd quando aduersarius est certus, non debent fieri ista edicta generalia: imò si fiant, nihil valent. vt per eum, qui dicit hoc esse notandum contra citationes quæ fiunt per edicta.facit quod vult Anch.in regula,ea quę.col.xx. est in viij.q.princ.vbi dicit, quòd non debet procedi corã ecclesiastico in peccato notorio, quando illo casu potest incurri per iudicem laicum.Sed super occultis in quibus non pateret probatio, nisi per monitorias, licet adire iudicem, qui potest melius prouidere:aliàs nec iudex laicus, nec ecclesiasticus possent ei succurrere.si tamen feratur excommunicatio, licet fieri non debuerit,tenebit.glo.in cap.j.vt lit.non contest.in glo.fin. in fin.not.in cap.reprehensibilis.de appel.in cap.Romana §.caueant.de sentent.excommunic.

49 ¶ †Limita tertiò vt non procedant tales monitoriæ generales pro re leui, puta pro vna gallina: quia licet dicamus quòd pro leui contumacia quis possit excommunicari, quia contumacia est peccatum.Felyn.in cap.ex literis.col. fin. de constit. in cap.testimonium.num.25.de testib.in cap.cum super.col.ij. de test.cog.vbi dicit,quòd tanto est maior, quanto ex minori re surgit auth.si omnes.cùm ibi not. C. si vt se ab hæred.abst. Bart.in l.si eo tempore.C.de remis.pig.& talis contemptus est delictum grauissimum. Barb.in Ioannina.col.clxiij. quia hæc intelliguntur pro leui contumacia in non comparendo, non pro leui contumacia in restituendo. l. creditor. §. iussus.ff.de appel.gl.magna circa princ.in clem.j.de dol.& contum.Barb. in cap.de causis.in fin.iiij. col. de offic. deleg.in cap.olim.col. iij.de rescrip.Decius in c.j.vij.not.j.lect.de iudic.& facit Alex. lib.v.consi.clij.incip.viso processu.col.iij. vers.nec ad hoc obstat. Stephanus Costa in cap. cùm medicinalis.de sent. excom. lib. vj.col.iiij.Ioan.Lup.de donat. inter vir.& vxor.chart. lvj. col.iiij.vbi de furante vnam candelam vel vnum clauum. Martinus Luther.in serm.de excommunicat.versi.viij. Hadr. Papa noster in Quodlibetis.q.xj.litera ll. nisi in talib9 esset animus damnificãdi:quia etiam tunc cõmitteretur furtum. idem vult Summa Tabiena.in verb.furtũ.§.v.Et dicit Ias.in l.vt vim. ff. de iust.& iur.col.vj.quòd res dicitur vilis quæ non valet duos aureos.Cacialup.de debit.fugitiuis.q.iij. in fine.prò & contrà

Andreas

Andreas Alciatus in repet.c.j.de iudic. nu.xviij.& seq. Et propterea inferebam quòd non poterant cōcedi pro canibus. quæ plus incōmodi habēt quàm cōmodi. vt Pogius facetia cxxvj. pro quo facit l.propriè bona.ff.de verb.sig.& facit frater Tho. Illyricus in tract.de potestate Papæ.chart. ciij. illud Catonis, Quæ nocitura tenes &c.secus pro canibus vtilibus:vt sunt molossi,vel eos de quibus Gilbertus post ij.Oeconomicorū Aristo.chart.viij.Itē nec pro dāno leui, puta datò per vnā gallinā, quā propterea quis nō debet occidere, sed capere si potest, & præsentare iudici,ita in aliis animalibus. Petr. de Lesnaudiere in trac.de doctor.iiij.parte.q. lxxxj. nec liceret coquere semē canape cum sale,& spargere cum alio semine vt gallinæ vicini deuastātes canapale moriantur. Ang.in l.j.j.§. item fit iniuria. ff.de extraord.crimin:Sed monitoriæ fiunt vt restituat,nō autem præcisè arctant ad comparen. ergo &c.Contra tamē præmissam cōmunem opin.mihi facit alia communis opin. quam refert Alexand.in l.stipulatio ista.§. alteri.col.pen.ff. de verb. obliga. vbi pœna adiecta facta subrogato loco quantitatis ita censetur in fraudem vsurarū,sicut si esset adiecta quantitati.In proposito ergo ita dicēdum est de ista contumacia quæ venit pro ista quantitate.¶ † Limita quartò quando iste monitoriæ 50
essent criminosæ & infamatoriæ alicuius personæ:puta qui cognouerit carnaliter talem mulierem, debeat propalasse.v.q.j. c.j.& tribus seq.l.itē apud Labeonē.§. ait prætor. ne quid infamandi.ff.de iniur.Socin.cōsil.cxviij.visa narrat.col.iiij & v. Bar.lib.iiij.consil.xv.incip.capio. vltimo dubio. aliàs iniuriarum nasceretur occasio,vnde iura nascuntur,l, meminerint.C. vnde vi.c.qualiter & quādo.el j.de accusat.Socin.cōsil. clxiiij. visa.col.iij. ¶ † Limitat quintò prædictam materiam d. Ambros.de Vignate in dictis locis,quæ simpliciter refert Guid.Pa 51
pæ sing.dccviij.de monitione. vbi summat prædicta eius fundamenta vt debeat desisti à talibus monitorialibus cōtra aliquem,quotiescunq; ille talis cōtra quem fiunt in termino clausulæ iustificatiuæ quæ solet apponi in dictis literis.Zab.& Lāfr.de Brixia.in clem.dispendiosam.de iudic. super gl.in verbo, præmoniti.quam etiam Ancha. & Imol.ibidem approbant, & eam dicit signandam Card.in x.not.& q.xx.& tribus seq.com pareret coram vicario episcopi, dicendo quòd rem de qua in monitorialibus, non habet cum peccato, nec contra conscientiam & si eam tenet,cū peccato non tenet:sed est paratus stare iuri

Comparēs facit reuocari monitorias.

iuri coram iudice competēti, coram quo se remitti petit & desisti à monitorialibus: quia à præceptis non est inchoandum. Ias. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. ij. col. ff. de offi. procons. & leg. Et ideo illas esse reuocandas. Ias. & Lancel. in l. si pacto quo pœnam. col. ij. C. de pact. aut saltem resolui in simplicem citationem virtute suæ comparitionis in termino clausulæ iustificatiuæ factæ. Doct. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de ope. noui nunt. & in terminis monitorialium. Card. & Lanfr. in d. clem. dispendiosam. super gl. in verb. præmoniti. Aliàs protestetur de nullitate: tali enim casu dicit do. Ambros. quòd iudex ecclesiasticus tenebitur eum remittere & eximere: quia ad eū non pertinet cognoscere an iustè vel iniustè teneat: nec poterit excommunicare etiam in genere, secundum Inn. Ioā. Andr. dom. Ant. & Panor. in c. nouit. de iudic. Innoc. in c. statuimus. de offi. delega. col. ij. post gl. ibi subiungens, quòd in occultis quando est cōfessus factum, non est vlterius cogendus. Bar. in extrauagan. ad reprimendum. in vers. per denuntiationem. Anchar. in regula, ea quæ. viij. q. prin. de reg. iur. in vj. Docto. in c. cum sit generale. de for. compet. vbi omnes dicunt, quòd nisi ita diceremus, sequeretur inconueniens, quòd iudex ecclesiasticus traheret omnes causas ad forum suum. faciunt Moder. in apost. ad Benedict. de Plumbino in l. nominatim. ff. de manumis. test. & dicit Panor. in d. c. nouit. col. antepen. in vj. additione. de iudic. quòd facta ista comparitione, nisi peccatū esset notorium, si denuntians vult quòd procedatur coram ecclesiastico, debet probare quòd talem rem teneo cum peccato: quod est valde difficile, secūdum eum, qui post Bart. & dom. Ant. ibi col. xj. referentem Innoc. dicit, quòd ad excludendum probationes quas faceret iste denuntians pro retinendo causam coram ecclesiastico, sufficeret denuntiato allegare aliquam causam probabilem & verisimilem, per quam talem rem tenet, puta exemptione: nisi aliàs contra eum præsumptio laboraret. puta quia esset vir modicæ fidei, vel à principio purè negasset.

Statur dicto denuntiantis.

52 Et ita etiam vult ibidem Imol. col. fina. & Decius col. fin. impugnans Felyn. & respōdet ad illud, quòd nō stetur dicto alicuius etiam de consistentibus in animo, quādo habet præsumptionem cōtra se. Bar. in l. inter omnes. §. rectè. de fur. vt non procedat vbi agitur de conscientia. Item nec quando allegatur causa probabilis. & cum ista vltima trāsit ibidem Roch. in fin. iij. q. & dat aliam & tertiam solutionem, quòd cùm ista denuntiatio

nuntiatio sit extraordinarius modus agēdi, secūdū Panor.ibi. nimirū si in ea mitius agitur cū denūtiato.argu.l.cū qui.ff. de iureiur.& hoc puto fortius procedere, quādo iste denuntiatus talē causam probabilē allegaret cū iuramento:quia tale iuramentū malā præsumptionē excluderet.secundū d. Ant. in d.c. nouit.col.xij.pro quo facit Claud.in l.Celsus.col.vj. versi.iij. fallit.ff.de vsuc.dicēs, ꝙ † præsumptio calūniæ tollitur per iuramentū.Facit Ias.in l.fi.C.ad Carb.in l.iiij.§.condemnatum. col.iij.ff. de re iudi.Et puto ꝙ possit iste cōparens cōditionaliter respōdere,dicendo,si teneo &c. ne aliàs simpliciter confitendo se ponat in laqueo. Angelica in verbo,confessio delicti. in fin.prin.facit quod vult Ias.in l.manifeste. col.fi.versi. item adde circa vltimam.de iureiur.vbi dicit ꝙ quādo offertur iuramentū decisiuū,potest sic iurari:Si aliquid mutuasti, tibi reddidi:vel sic iuro,ꝙ nihil mutuasti ex quo sim tibi debitor. idē Ias.in l.Iul.verum debitorē.ff.de cōdict.indeb.col. vj.vers. ad tollendum.Barb.lib.ij.consil.xij.incip.præclarè.col.iij. Facit quod vult idem Ias.in l.iusiurand.& ad pecunias.§.ait prætor. vlt.not.ff.de iureiur.vbi dicit, quòd † stante statuto quòd debeat positionibus cum iuramento simpliciter responderi, potest ex causa responsio modificari : puta si est mutuum,& restitutio eius fuerit in secreto, possum positioni respondere modificatæ:si mutuasti,restitui. Alexan.in l.j.ff.de vulg.& pup.iij. fallentia.Hippol.in repetit.rubr.C.de probat. Angel.in §. his itaq;.instit.de iustit.& iur.Curtius in tract.position.xxiiij. breuiloquio.Felyn.in c.præterea.col.j. de offic.deleg.vbi etiā dicit.quòd iudex non potest cogere quem simpliciter respondere,quando quis respondit,quòd si occidit aliquem,fecit ad sui defensionem.plus dicebat Perus.in d.c.cupientes,col.j.per gl.j. in verbo,malignantium.de elect.lib.vj.& Barbat.d.consil.xij. quòd hoc casu posset purè negari cum iuramento absq; timore periurij.Felyn.in c.ex tenore.ij.not.de testib. Decius in c.ea est natura.ff.de reg.iur. quàm quo ad iuramentum. in contrarium faciunt quæ dicit Ias.vbi suprà. & in l.cum proponas. la ij.col.ij.C.de pact. Bologn. in repet.auth. habita.C. ne fil.pro pat.col.liij.versic, quid autem. Cors. in tract. de pot. regia.q. lxxxvj.ad fi.dum dicunt, quòd licet quando foueo iustam causam, possim vti cauillationibus ad me defendendum, vt per eos,& Hippol.not.clxxvij.incip.malitiis.& Petr. Gerard.not. xxvj.incip.tu habes.Decius in c.sedes.in primis verbis. de rescrip.

53 (beside "fallit.ff.de vsuc.")

Responsio qualificata seu conditionalis.

54 (beside "vlt.not.ff.de iureiur.")

scrip.& faciũt quæ dixi in iiij.amplia.an quis teneatur seipsum indicare, non tamen est licitũ vti mendaciis, falsis probationibus vel periuriis:licet pars aduersa illis vteretur cõtra me, ita limitãtes gl.in d.c.cupiẽtes.ideo ad euitãdũ periculũ mẽdacij & periurij melius est admittere talẽ responsionẽ cõditionalẽ seu qualificatã.vt per Ias.& alios prædictos. Et propterea videtur ꝙ admitti debeat responsio quæ datur positioni, dicendo non credit vt ponitur, nec ad finẽ ad quẽ ponitur. quod relinquit indecisum practicus. Præpos.in for.opponẽdi cõtra positiones, in verbo primo ꝙ publica vox.ad fin.vbi nihilominus videtur magis inclinare pro ista parte:licet dicat ꝙ non vidit doctrinã perfectã.& hanc videtur tenere Alex. lib.j.cõsi.xiiij. incip.ex his qui in themate.col.j.repet.in eodem consi.xcvj.& in iiij.part.consil.xix.vbi dicit valere illã responsionẽ, nõ credit vt ponitur:cũ quibusdã aliis verbis ibidẽ additis. Est verũ ꝙ Spec.in tit.de positionibus.§.vij.versi.xj.circa mediũ. dicit quòd licet aliqui admittãt talem responsionem, prout admittitur in libello, nego narrata prout narrãtur: nihilominus iudex debet curare quòd positiones fiant clarè, & quid certũ ponatur,& quid certum respondeatur. Sed non puto eius dictum procedere subsistẽte causa de qua suprà: quia si fateor, incurro periculum soluendi bis:& si nego purè, incurro periculũ periurij. Cogitandum ergo est, quia vidi peritissimos iudices admittere & respuere tales responsiones: & non solùm diuersos, sed etiam eũdemmet iudicem diuersimodè in hoc articulo iudicasse. Et secundum aliquos, legitimè nõ propalanti non creditur.clem.j.vbi gl.& Card.de renunt.cap.ij. de rescrip.lib. vj. auth.contra qui propriam.C. de non num.pecu.Panor.in d.c. nouit.vlt.addit.de iud. Et an legitimè propalauerit, vel nõ, iudex ecclesiasticus cognoscet.Sed Alex.quem ipsi allegãt in l. si
55 quis in cõscribendo.C.de pact.hæc mihi non dicit.¶ †Limita sextò, quando is ad cuius instantiã cõceduntur monitoriæ, prius pactũ fecit cum parte, ꝙ si etiã faceret publicari monitorias, ꝙ nec ipse nec scientes per hoc teneantur propalare:quia excõmunicatio regulatur ab intẽtione excõmunicatoris.glo. in c.ij.de testi.cog. in c.P.&G.de offi. deleg.in c.j.de iudi.idẽ in excõmunicatione generali.Panorm.in c.si sacerdos.de offi. ordi.circa fi.summa Tabiena in verb.excõmunicatio.ij. §.xj. & seq.facit Cors. in repertorio.Abb.in verb. excõmunicatio. col.iij.ver.si iudex præcipit, Et quod in simili dicimus de lege

positiua,

positiua, cuius præcepta nõ se extendũt vltra intentionẽ præcipiẽtis. S. Thom. quẽ refert Hadria. Florẽt. de Traiecto Papa noster in quodlibeto j. litera k. est char. ix. col. iij. Sed si cõcedẽs monitorias sciuisset hoc pactũ, verisimiliter excõmunicatorias nõ cõcessisset: ergo nõ ligant. facit idem Panor. in c. ex parte. de offi. ord. in c. j. de loc. vbi quando cõstitutio pœnalis emanat in fauorẽ vnius, cõtrafaciens non incidit in pœnã, si ille de cuius fauore agitur consentit. vnde præceptũ factũ debitori ꝙ soluat infra Pascha sub pœna excõmunicationis, nõ ligat, si creditor sibi tempus prorogauit. Rosariũ Busti ij. part. serm. xxxvij. litera q. Et ita consuluit capitulũ prouinciale fratrum Minorum. & consiliũ composuit magister Ioanninus legens Taurini, & se subscripserũt septem Theologi. ¶ † Septimò limitat Rosariũ Busti vbi suprà quãdo debẽs implere hoc facere nõ possis: quia tales excõmunicationes debent intelligi ciuili modo, scilicet quòd quis non arcetur ad impossibile. 56
¶ Superest pro cõplemẽto materiæ subiicere aliquas quæstiones in practica frequẽtiores. ¶ † Quæro ergo primò factis & 57
executis istis monitorialibus si aduersarius non cõparuit, nec propalauit seu restituit, quid agendũ? Respõd. ꝙ errãt qui faciũt citari principalẽ ad allegãdũ causas quare nõ debeat excõmunicari. Guido Papæ d. sing. dcvij. & etiã quia ab executione non inchoatur. l. j. C. de execut. rei iudi. ideo bona practica est vt detur libellus corã diœcesano faciẽdo fidẽ de propalationibus illorũ quæ dixerũt cõtra istũ aduersariũ, quæ propalationes videtur vtiles. arg. eorũ quæ dicit Card. in clem. dispẽdiosam. q. xxiij. de iud. vbi Lãfr col. ij. Proponẽdo ꝙ licet emanauerint monitoriæ generales cõtra detinẽtes res meas, & cõtra sciẽtes, & emanauerint excõmunicationes generales: vt patet ex ipsis monitorialibus debitè executis de quib⁹ fit fides: licet alij propalauerint Titiũ talẽ rẽ meã tenere: tamẽ idẽ Titius propalare neglexit, nec restituere curauit, imò talẽ rẽ indebitè detinẽdo, & cõtra cõsciẽtiã perseuerat in peccato, tales cẽsuras in cõtemptũ deducẽdo. Quare peto ipsum Titiũ sic in genere excommunicatũ cogi ad pœnitẽtiã, & in specie & nominatim excõmunicari, cũ magis timeatur quod specialiter iniungitur, exindéq; non absolui, donec exeat de peccato & dictã rẽ mihi restituat, cũ imploratione officij iudicis, & cũ aliis clausulis in libellis apponi cõsuetis. Et ista cõclusio libelli sonat in euãgelicã: quia vt pœniteat. Itẽ & in iudicialẽ vt restituat. quod dicit

Roch.in d.c.nouit.char.xxvij.est vtile ad euitandũ cõflictum opin. licet forma libelli in vtraq; denunciatione habeatur in apost.Fely.in d.c.nouit.co.fi.in denũtiatione est necesse sec ũdum Fely.cõcludere certũ per certũ,non autẽ sufficeret cõclu dere præsumptiuè.& ibidẽ Decius col.pen.dicit hoc verum in euãgelica, quãdo nõ agitur de priuato interesse denuntiantis. Oblato ergo libello fiet lit.cõtest.Panor.in d.c.nouit.in fi.primæ addit.est col.ix.& j̃.latius dicã.recipientúrq; probationes parte citata ad videndũ iurare testes. Et tunc poterunt examinari illi qui propalauerũt:quia aliàs fidẽ non facerẽt: nõ enim possunt dici instrumentũ, quia nõ sunt rogati à duabus partibus.Alex.in lib.ij.cõsi.cx.inci.eximie.col.j.Ias.in l.prætor.ij. col.ff.de eden.nec antea probant vt testes,quia non iurati. Felyn.in c.de testib.per illũ text.cũ gl.antepen.vers.& inquantũ. de testi.in c.constitutus.col.vij.vers.vnde absolute. de rescrip. vbi dicit,quòd Papa circa hoc dispẽsare nõ posset. & in c.quis quæstionibus.de testib. illisq; publicatis si nihil opponitur & reperiatur,iste Titius culpabilis iudex pronuntiabit eũ incurrisse dictas cẽsuras in genere,præcipiẽdo sub pœna excõmuni cationis in specie ꝙ exeat de peccato & rẽ restituat &c. Et ista est cõmunis practiqua,quam sepe vidi obseruari ¶ Nihilominus ego putarẽ esse vtilius practicare alio modo,videlicet cõcludere in libello solũmodo ꝙ cogatur ad pœnitentiã,nullam mentionẽ faciẽdo de restitutione rei. nã idem effectus omnino resultabit:quia non potest pœnitere nisi rem restituat.vt in regula,peccatum.Barb.in d.c.nouit.chart.fin.vers.qualiter au tem concipietur libellus.& erit magna vtilitas:quia in ista cõclusione sumus in denuntiatione euangelica, ex quo solùm tenditur ad finem correctionis.vt volunt omnes in d.c.nouit. vbi Decius col.pen.& fin.Panor.in c.quemadmodum.col.iij. de iureiur.in qua non requiritur litis contest.nec ordo iudiciarius,secundum omnes indifferenter in d.c. nouit.vbi dicũt secus quando petitur rem restitui: & sic in iudiciali, & sic abbreuiabitur lis, & cum minori impensa: imò fortius videtur quòd etiam nemine instante diœcesanus ex officio suo debeat denuntiare excommunicatum nominatim, & eum facere euitari, quando sibi constat. Areti.in d.c.nouit.ad fin.Panorm.in c.parochianos.ij.not.& in cap.cum desyderes.iiij. not.de sent.

58 excommunic. ¶ † Quæro secundò quo iure possim agere coram ecclesiastico ex quo debeam sequi forũ rei qui est *laicus*.

Propalationes non faciunt fidem.

Respon

Respódeo quòd hoc est ratione peccati de quo solus ecclesiasticus cognoscere potest.c.nouit. de iudic.nec laicus est capax talis cognitionis. Panor.in cap.si sacerdos.iiij.not.vbi Barbat. col.iiij.de offic.ord.Maria.in cap.verum.col.vij.& viij. de for. compet.maximè de excommunicatione in genere lata & eius viribus,an eam incurrerit ipse Titius, vel ne, solus ecclesiasticus cognoscere potest.facit c.veniẽs. de renun.vbi Panor.col. fi.vers.vlt.& c.dilectus el.ij.vbi Panor.j. not.de præben.vbi dicit quòd quamuis ex monitoriis generalibus non quæratur aliquid ius impetrãti:potest nihilominus officium iudicis implorari vt illæ mandentur executioni saltem quo ad pœnam non parentium.¶ †Quæro tertiò, an iudex ecclesiasticus possit cognoscere,an debeat Titius mihi talem rem meã restituere, an verò sufficiat pronuntiasse eum esse excommunicatum, & remittere postea cognitionem causæ iudici laico. Respondeo,quòd imò ipse ecclesiasticus etiã debet cognoscere, an res sit mihi restituẽda.tum quia connexum est peccato:& de connexis idem est iudicium.c. translato. de constit.Item accessorium sequitur naturam principalis.vt in regula, accessorium. lib.vj.Itẽ iudex præparatorij est iudex præparati. Ias.in l.quotiens.C.de iudic.Decius in rubr.extrà eod.Item quia talis censura fulminatur vt exeat de peccato & pœniteat,sed pœnitentia sine restitutione est infructuosa. Felyn.in cap.ex tenore, in princ.col.penult.de rescript.Laurẽtius de Rodulphis.in tract. de vsuris.ij.parte.q.cxxv. ¶ †Quod tamẽ limita, si lis pẽdeat 60
coram iudice laico contra Titium pro illa re: & postea pro habendis probationibus obtineo monitorias generales: & iste Titius non cõparuit,nec propalauit,an possim contra eum petere deueniri ad excommunicationem in specie. Respondeo quòd non,quia vbi cœpit iudicium,finiri debet.l vbi cœptum. ff.de iudic.& continentia causæ diuidi nõ debet.l.nulli.C.eo. facit c.lator.qui fil.sint leg.vbi Panor.& Præp.col.ij.vers.item nota.dicunt per illum text.quòd si causa principalis fuit intentata coram iudice seculari,nõ potest ecclesiasticus qui cognouit de incidenti postmodum cognoscere de principali,sed debet partes remittere coram iudice seculari.nõ obst.Guido Papæ ij.volu.consil.cv.in causa. quia motiua sua procederent vbi non fieret præiudiciũ iurisdictioni laicali. Io.And.& alij in d. c.nouit.vnde in præiudicium iudicis pars renuntiare non potest.l.litigatores.in princ.ff.de arbit.glo.in verb.probari.in c.

si contra.de offic.deleg.lib.vj.Decius in cap.cæterum.j.not.de
61 rescrip.in cap.vt debitus.j.not.de app. ¶ †Quæro quartò, an istis propalantibus qui vt plurimum solēt probare in scriptis, sit legenda eorum propalatio, quando postea examinatur in figura iudicij, si referant se ad eam petēdo eam sibi legi prout communiter practicatur. Respondeo quòd videtur quòd sic: quia licet prima depositio sit nulla, hoc est quia nō iurata, nec fidem faciat, potest tamen testis se ad illam referre. secundum Ias. in l.legata inutiliter.in fin.vj.not.ff.de leg.j.licet Barto.ibi corruptè allegetur in libro meo. & ibidem Lancel.col.fina.facit Felyn.in cap.cum in tua.col.j.versic.ij.limita.de testib.facit Hippol.in l.ex libero.iij.col.ff. de quæst. Flor.in l.j.col.j.ff. de test.Bart.& Bald.in l.fi.ad fi.C.de testib.vbi dicunt quòd testis qui fuit examinatus si denuò examinetur de eodemmet negotio, potest petere sibi legi suam primam depositionem, quam iudex potest sibi legi facere, si vult. idē Fely.in d.c. cum in tua. in d.l.eos.& in d.l.ex libero.& in d.c.cum in tua. dicunt præfati Doct.quòd si testis primo loco dixit vnum, postea aliud, stetur primæ depositioni quam fecit cum iureiur.& non secundæ.de quo vide pulchrè Socyn.in Bononiensibus, consil.xcij. lib.iij.incip.in causa d.Antonij. Ferratium cautela xiij. incip. quæstio.& limitant vt per eos. Quātum autem attinet ad propositum nostrum in materia monitorialium, mihi videtur quòd non debeat legi illa talis prima prolatio: quia hic nullus subest timor variationis: nam illud primū dictum cum non sit iuratum, nihil facit quominus testis possit contrarium cum iureiur.deponere absque timore cōtrarietatis, quia stabitur dicto iuramento.Bart.in d.l.eos.Ferratius & alij in prædictis locis.vnde cum Floria.Hippol.& Felyn.in locis prædictis dicāt quòd est in arbitrio iudicis facere, vel non facere testi legi talem depositionem, videtur quòd nulla subsit iusta causa propter quam debeat sibi legi. imò potius subest causa propter quam sibi legi non debeat, quia à communiter accidentibus obtinere tales monitorias faciunt scribi tales propalationes per aliquam personam sibi fidam quæ coadiuuat dicta propalantium, & illa describit quanto fauorabilius potest pro isto obtinente monitorias. vnde videtur iniquum quòd isti testes debeant se postea ad talem dictum referre. arg.eorū quæ congerit Barbat.lib.ij.consil.xxv.incip.præclarè.col.penult.& fin. Paul.de Castr.consil.ccvij. super primo dubio &c.est in nouis. lib.

lib.j.cõsil.clxviij.esset enim dare materiam subornandi testes: quia bene est licitum instruere testem vt deponat dictũ suum congrua ratione ita quòd concludat: sed non tamen est permissa instructio ad deponendum mutata substantia veritatis. Curt.in repet.l.admonendi. colum.lxxv.ff. de iureiur. Decius consil.clxxxix.col.viij.Felyn.in c.præterea.col.fin.de test.cog. in c.licet causam.col.xix.versic.& vnum circa.de probat.Bauerius in §.pater. ad fin.instit.de testam.tamen facit se valde suspectum Specul.in titulo de aduocato.§. vtriusque.versic.item sit cautus ne clanculo. & talis prima propalatio scripta manu illius est suspecta.quo casu quãdo subest suspicio, dicunt Flor. Hippol.& Fely.vbi suprà. quòd iudex nullo modo debet permittere legi talem depositionem. Et si dicatur quòd hoc non procederet quãdo in propalatione illi testes iurauissent, prout quandoque vidi fieri: quia tunc debeat stari primę,& ne incurratur variatio debeat sibi legi. Quia respondeo quòd ex quo sponte iurauerunt, quia monitoriæ nón compellant nos deponere cum iureiur.sed solùm propalare, etiam redduntur suspecti: debet enim testis coactè iurare.l. iurisiuran.& l.si quando.C.de testib.aliàs qui se ingerit suspectus est.l. quæ omnia. vbi glo.ff.de procur.Hipp.in d.l.ex libero.col.iij.in l.vnius.§. seruo qui vltro.ff. de quæstio.Barbat.in tractat.de Cardina.ij. tract.q.ij.col.iij. Felyn.in c.ij.col.viij.de testib.Corn.libr.iij. consil.cclxxxiiij.incip.in præsenti consultatione. litera m.plus dicit Panor.in c.cum p.de accusat.quòd ille qui se offert deponere contra me, dicitur inimicus meus.Concludo ergo nõ esse legendam testibus illam primã propalationem:& si sibi legatur & illi se referant, depositio sua reddatur suspecta. quod puto not.quia in practica quotidie occurrit: & nondum vidi in specie decisum,si iste propalãs scriberet suam depositionem manu propria absque dictamine alicuius personæ: quia tunc cessaret huiusmodi suspicio. Sed Vide Panor.& Felyn.in c.de testibus. ¶ †Quæro quintò & vltimò pro nunc quæ proba- 62 tiones requirantur.Imol.in d.cap.nouit.colũ.vj. de iudic.dicit quòd quantum ad excõmunicationem in genere, sufficit vnus testis. secus dic quantum ad excommunicationem in specie & nominatim, quia requiruntur plenæ probationes, quia agitur de magna pœna. Panor.in c. clericos. de cohab.cler.& mul.in c.cùm sit generale.col.iij.de foro compet.¶ †Quæro sextò & 63 vltimo pro nunc, quid si principalis debitor propalauit: an

Q 5 alius

alius sciens adhuc teneatur propalare. Respondeo quòd non, per ea quæ dixi in vj. limitatione de verisimili mente excommunicantis. item est superflua talis propalatio. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt leg. nom. caue. cum sim. vt Ias. in l. decē. ff. de verb. oblig. num. xxx. Marascot. in repet. c. j. de constit. lib. vj. col. xlij. nec abundat natura in superfluis, secundum Philosophum, quem refert Syluester contra Lutherum. char. xiij. libro
64 j. c. iij. & char. lvj. est lib. j. c. x. ¶ †Respōdēdo ergo ad Syluam nuptialem, ex prædictis patet conclusionem, Quod sit vtile nubere, esse veriorem. Non quòd inficier quin possit esse talis mulier quam esset melius non habere, vt in simili Periglus in l. legato generali. el. ij. ff. de leg. j. dicens. quòd sono molti homeni ch'e meglo perder gle ch'e smarrigle. Et licet ex prædictis satis colligatur solutio ad ea quæ adducebantur ex opposito, quia cognitio veritatis est dubitatorū solutio. secundum Philosophum. quem refert Syluester cōtra Lutherum lib. ij. c. fi. in princip. iij. Metaphysicæ. Lancel. Politus in tract. de offic. aduoc. in rubr. de prudentia. Nihilominus vt veritas lucidior appareat, ad vnumquodque fundamentum respondetur: vt j. quia vt dicit Philosophus in iiij. Physicorum, vnumquodque pulcherrimè demonstratur non solùm cum ostenditur quid sit proprium eius, & propria sui accidentia demonstrantur sibi inesse: sed etiam quando opposita circa ipsum soluuntur. & in vij. Ethic. non sufficit verum dixisse, nisi causa falsitatis assignetur. & dicit Isocrates in oratione panegyrica. incip. illos. char. iij. quòd ad manifesta deuenire nō sufficit nisi prius sublatis dubiis. Et dicit Platina de falso & vero bono. lib. iij. char. ij. quòd qui volunt reponere nouum merum, vasa diluant necesse est, ne tetro fœculenti ac marcescentis vini odore nouum inficiant. & fuit sententia Boëtij. lib. iij. metro. j. incip. Qui serere ingenuum. & dicit Ang. consil. cx. sanctissima. col. penult. quem sequitur Curt. Sen. consil. l. præsens consultatio. col. iij. vers. restat modo, quod nō respōdere videtur ambitiosum aut ignorantiæ tenebris inuolutum: quia non solùm rami succidendi sunt, sed & radices euellendæ, aliàs frustra laboratur. gl. in l. obligationum ferè. §. placet. ff. de act. & oblig. in verb. sic. & in clement. dudum. §. super cathedram. in verb. radicitus. de sepultur.

LIBRI TERTII FINIS.

SYLVAE NVPTIALIS
LIBER QVARTVS.

ARGVMENTA.

1 Dictum Matthæi xix. de non nubendo intelligi debet de valentibus continere.
2 Onus matrimonij an sit adeò timendum vt ipsius matrimonij intentum impediat.
3 Persuadere minus malum an sit licitum vt maius euitetur.
4 Abstinens à matrimonio, maiori subesse dicitur damno quàm qui matrimonij onus acceptat.
5 Pauperies, si læta venit, ditissima res est.
6 Natura paucis ac vilibus vti lætatur.
7 Multa habens quandoque multis eget.
8 Mulier otiosa & sua habens cōmoda facilè præsumitur luxuriosa.
9 Otia si tollas periere cupidinis arcus.
10 Aduersa fortuna plus quandoque prodest quàm prospera.
11 Scientia & diuitiæ vix simul posśideri possunt.
12 Onera matrimonij faciliter à sapiente feruntur.
13 Otium sine literis mors dicitur.
14 Amantis vita pœnosa dicitur & damnosa.
15 Matrimonij subsidia & solatia cogitans non timet onera.
16 Apostoli dictum dicentis, Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem, qualiter sit intelligendum.
17 Matrimonium non est homini sapienti seruitus.
18 Rerū diuinarū contemplatio magnā seruo Dei iucunditatē inducit.
19 Maritus debet toti domui suæ dominari, & tam corporibus quàm bonis.
20 Acquisita per mulierem constante matrimonio præsumuntur acquisita de bonis mariti.
21 Bona per viduam acquisita an præsumantur ex bonis defuncti quæsita.
22 Lex quintus. ff. de dona. inter vir. & vxo. quibus casibus procedat, vel non.
23 Probatio vincit præsumptionem.
24 Fornicationis peccatum antiquitus minimum habebatur.
25 Mendacij peccatum grauisśimum est & contra naturam.
26 Osculum libidinosum peccatum est mortale, & an sit sufficiens ad inducendam dotis priuationem.
27 Peccatum fornicationis reperitur tam in Veteri quàm Nouo testamento punitum.
28 Mulieres multæ visæ prudentes, & suis viris bona consilia dedisse.
29 Mulieris prudentia multum mederi solet vitiis maritorum.
30 Virtus pietatis dicitur inesse plus mulieribus quàm viris, & ideo illæ dicuntur citius saluari quàm viri.

31 Virtus dicitur tenere medium,& habet duo extrema vitiosa; vnum in deficiendo,aliud in superabundando.
32 Mulierum inconstantia non est à viris nubere volentibus consideranda:est enim proprium humanæ naturæ.
33 Incontinentia mulierum non est in causa nuptiarum alleganda:nam plures mulieres leguntur continuisse quam viri.
34 Mulieres dicuntur plùs in coitu delectari quàm viri.
35 Incontinentia mulierum quandoque excusabilis est.
36 Impudicitia reddit mulieres humiliores:& pudicitia insignis reddit eas imperiosas.
37 Mulier in vno vitiosa non est omnino damnanda.
38 Mulierum incontinentia non est semper illis astribenda.
39 Persuasio nimia quandoque habetur loco compulsionis.
40 Preces & pretium æquiparantur.
41 Pretio aliquam corrumpens dicitur vim intulisse.
42 Leno peioris dicitur conditionis quàm diabolus.
43 Amantis astutia diuersimodè consideratur.
44 Dispositio l.eum qui duas.C.de adult.non procedit vbi matrimonium secundum esset contractum per errorem,& aliis diuersis casibus.num.seq.
45 Amantes vt plurimum sunt in suis astutiis obstinati & excæcati.
46 Dispositio l.i.C.de rap.virg.seuerissima est,sed multas recipit limitationes.
47 Viris potius ascribenda est incontinentia quàm mulieribus.
48 Amor verus non potest esse diuisus.
49 Reprehensione dignus non potest alios commodè reprehendere.
50 Mulier ex adulterio mariti lucratur augmentum dotis.
51 Error paruus à principio fit persæpe magnus in fine.
52 Legis proprium est præcipere.
53 Vitium zelotipiæ multùm nocere potest in matrimonio.
54 Maritus non debet tribus ex causis esse zelotypus.
55 Credulitas nimia,stultitia reputatur.
56 Mulierum incontinentia viris est ascribenda.
57 Cedere iuri sibi oblato nemo debet.
58 Naturæ limites modicum transgrediens non est vituperandus.
59 Mulier excedens curiositatem pulchritudinis aut vestium & similium vanitatum facilè decipitur.
60 Venter mero æstuans facilè despumat in libidinem.
61 Auarus non est in episcopum eligendus.
62 Absentis fama non est præcipuè in conuiuiis rodenda.
63 Choreæ nocturnæ sunt mulieribus impertinentes & periculosæ.
64 Mulier inuito marito nocturna conuiuia frequentans vel extra domum pernoctans potest repudiari.
65 Conuersatio cum infamibus impudicitiæ suspicionem inducit.
66 Loquens ad aurem super eo suspicionem fraudis inducit.
67 Licitum non semper est honestum.
68 Episcopus debet malos mores corrigere,ne sanguis omium de manibus

bus suis requiratur.

69 Prohibentur multa non quia mala de se, sed ad malum inducentia.

70 Laruarum vsus an & quando sit prohibitus.

71 Episcopus potest prohibere ludos hasardicos sub excommunicationis pœna.

72 Furtum potest prohiberi sub pœna excommunicationis.

73 Edictum principis de non chorisando de nocte, validum est.

74 Correctio fraterna debet esse rationabilis & discreta, quæ non tendat ad peccatum.

75 Edicta pœnalia præcipuè pœnam spiritualem inferentia periculosa sunt, & euitanda est eorum multiplicatio.

76 Vocans aliquem bonum hominem potest iniuriarum teneri.

77 Colloquia, amplexus, oscula, & similia præparatoria sunt ad libidinem.

78 Osculum par esse dicitur adulterij.

79 Vxoris curam habere debent præcipuè tria genera personarum.

80 Mulierum impudicitiam quandoque conuenit dissimulare.

81 Mulierum impudicitia multis rationibus est viris imputanda.

82 Honestatem violare an aliquo casu sit licitum.

83 Delictum præcipiens an tantum peccet quantum delinquens vel committens.

84 Deum propter temporalia contemnere iniquum est & miserabile.

85 Vir vitiosus non potest commodè vxorem pro æquali vitio redarguere. Turpe enim est doctori cum culpa redarguit ipsum.

86 Familiaritas nimia semper debet esse suspecta.

87 Cauendum est non solùm à malo, sed etiam à suspicione mali.

88 Absentia summum remedium est amoris, & loci mutatione communiter mutatur mentis affectio.

89 Appellatione ciuitatis quandoque venit comitatus.

90 Identitas rationis quid in interpretationibus operetur.

91 Statuti dispositio procedere potest etiam in casu ficto si casus verus & fictus æquiparentur.

92 Spiritus peruersus difficilè corrigitur.

93 Maritus ob panis vncti comestionem multis versiculis à iuuenibus derisus, quid breuiter habeat respondere.

94 Natura humana prona est ad malum ab adolescentia.

95 Mulieres multis gaudent prærogatiuis quæ non sunt in viris, & si ipsæ (vt faciunt viri) scribere auderent, viros ipsos confunderent.

96 Prudentis viri est vnumquodque examinare prout natura requirit.

97 Aetas cur nunc breuior dicatur.

98 Virginitas mulieris attrahit ad se elephantem.

99 Matrimonio sedantur inimicitiæ.

100 Opera multa sunt falsò aliis ascripta, vt Virgilio Priapismus &c.

101 Poëtarum proprium est mentiri.

102 Ingratus non dicitur moraliter viuere.

Vulgi

103 Vulgi dictis non semper standum est: quia persæpe sine ratione loquitur.
104 Mulieres in ecclesia sanctæ, in domo dæmones, bubones in fenestris, picæ in porta, capræ in hortis.
105 Mulierem dicere fœtorem lecti fatuum est.
106 Mulier multum quandoque iuuat virum in quærendo & seruando diuitias.
107 Mulier multum potest ægroto viro prodesse.
108 Viro seni necessaria est vxor, sed sibi similis.
109 Vir vxorem sibi parem accipiens laudatur, licet contrarium faciẽs non sit vituperandus.
110 Viro quandoque expedientius est viduã accipere quàm virginem.
111 Diuitiæ ad plura vtiles sunt in matrimonio: nec timendum est nubere diuiti.
112 Virtus sine pecunia non multum probatur.
113 Rempublicam melius est per diuites regi quàm per pauperes.
114 Felicitas vera tria præsupponit.
115 Ditari quandoque præstat quàm philosophari, licet philosophari dignius.
116 Diuitiæ ianuam paradisi strictam efficiũt & introitum difficilem.
117 Pulchritudo non debet virum à nuptiis impedire, imò potius nubenda est formosa quàm deformis.
118 Doctrina & scientia mulieris visa est viris prodesse, & labores eorum alleuiasse.
119 Matrimonij commoditas aut voluptas non discernit nationem vxoris.
120 Laici non possunt statuere super matrimonio.
121 Statutum peccati nutritiuum inualidum est.
122 Partialitas an sit peccatum.
123 Actus tollens debitum ordinem proximi ad proximum non potest fieri sine peccato.
124 Concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur.
125 Error cui non resistitur, approbatur.
126 Illicito vti vt ad licitum perueniatur an liceat.
127 Arare cum boue & asino quid sit.
128 Contemptibilem effici clarum laudabilius est, quàm clarum effici contemptibilem.
129 Nobilitas & rusticitas in quo differant vel cognoscantur.
130 Nobilis præsumitur liberalis.
Auaritia reddit homines odiosos.
131 Dandum est hilariter & facie læta & mediocriter.
132 Nobilitas fauor magnus est.
133 Nobilitas parentum non potest filiorum tenebras excludere.
134 Partialitas opus est sathanæ, quod ab omnibus Christianis in baptismo abiuratum est.
135 Dolus ille bonus dicitur quo hostis decipitur.
136 Beda orans pro pace Italiæ audiuit diuinum responsum: Tace Beda,

da, quia Italia nunquam erit in pace.
137 Rempublicam defendentibus designatus dicitur locus in cœlo.
138 Conscientia bona plurimum prodest in bello: diuinum enim prouocat auxilium.
139 Milites & belligerantes dicuntur diuinæ iustitiæ executores, vt à multis annis præteritis visum est.
140 Milites Galli aut Christiani in multis differunt à Turcanis.
141 Actus ad publicam vtilitatem factus, licet aliàs sit reprobandus, est tamen commendabilis.
142 Milites contingit dupliciter itinerare, more scilicet priuatorum, & tunc soluere debent vt priuati: & more armatorum, & tunc modus eis inditus seruetur.
143 Episcopus Papiens. fecit se portari à diabolo vsq; Romam, vt Papæ nuntiaret ne in crastinum chrisma conficeret.
144 Auaritiæ suspicio in clericis est abhorrenda.
145 Ecclesia est hodie ambitionis veneno infecta.
146 Diuites quare timidiores in re bellica.
147 Hostium maxima copia visa est quãdoq; à paucissimis debellata.
148 Doctrina Euangelica in æternum durabit: cui nec addendum nec detrahendum est.
149 Papa debet id prius facere quod aliis iubet.
150 Pontifices multi hodie sunt in multis reprehensibiles, & paucos sanctos audiuimus in cœlis, licet sanctissimi vocentur in terris.
151 Scientia tot habet inimicos quot sunt ignorantes.
152 Dicere & non facere vituperabile est: facere autem & non dicere laudabile.
153 Breue regnum dispendium est populi.
154 Nouitas regni nouitatem legis inducit.
155 Principum negotia sine subditorum odio tractare impossibile est.
156 Dignitas vt plurimum inuidiam gignit & scandalum inducit.
157 Humilitas fundamentum est fidei Christianæ.
158 Gloria & vindicta soli Deo competunt, & humanæ fragilitati conueniunt.
159 Contraria contrariis curanda sunt.
160 Partialitas in ciuitate est sicut vermis in caseo.
161 Italia anguillæ comparatur, & quare.
162 Viuere sub tyrannide dicitur qui libera voce bonum publicum defendere impeditur.
163 Principis rigor magnum persæpe patriæ inducit detrimentum.
164 Partialitas iustitiam impedire solet, per quam tamen iustitiam regna consistunt.
165 Amor & odium rectum impediunt ferre iudicium.
166 Diabolus dicitur in peccatore tantam habere potestatem quantã habet pastor in suo pecore.
167 Factiosi non debent in prouinciis tolerari impunes.
168 Partialitatis causa cõmuniter est fauoris auiditas, quæ pessimæ est consequentiæ.

Fortu

169 Fortuna raro virtuti aduersatur.
170 Tyranno an sit tanquàm præposito dischol o parendum.
171 Timor communis iungit separatissimos.
172 Nobilitas fastum: fastus litem parit & arma: Lis odium carpunt hæc tria mortis iter.
173 Officium publicum per partialitatem obtentum exercens peccat.
174 Partialis dicitur in tanto animæ periculo esse quanto est hæreticus.
175 Partialitatis peccatum qualiter sit puniendum.
176 Potestatem malis artibus acquisitam bonis moribus administrari difficile est.
177 Partiales & factiosi à curiis principum sunt expellendi ne alios inficiant.

1 NON obstat ergo primum illud quod scribitur Matth.xix. † quia fateor illud procedere in valente continere: sed quis est hic & laudabimus eum? vt dictum est s. in vij.fundamento partis contrarię de incōtinentia, dum disputatur, An liceat relicta vxore adultera aliā superinducere: & in xij.ratione huius partis circa principium.& potest secundo responderi vt j dicam, respōdendo ad tertium. Præterea nónne Apostoli ducebāt secum vxores suas? Ang.in l.fin.§.ipsum autem.C.de bon.quæ liber.fortius Deus pater optimus maximus beatam & immaculatam semper Virginem Mariam in sponsam voluit, vt testatur codex Hebræorum, quem refert Bertach. in tract.de episcopo.chart.xxij. est lib.iiij.col. j. latius Petr.de Lesnaudire in tract. de Doctorib. iiij.parte.q.lxxxv.& seq. eandem sententiam vide per illū Hebræum qui consulebat Pontificem suum.Sed nunc Iudæi tenēt vnum librum ad oppositum, secundum episcopum Scilacēsem in tract.de fide cathol.char.fin.col.ij.dum tamē dicitur quòd CHRISTVS erat sacerdos tēpli.vide Matthæum Bosiū epist. lxxxviij.Quę virgo mater gratiæ, lumen æternum mundo effudit IESVM Christum dominū nostrum, qui est sol iustitiæ, qui pro nobis homo factus est, in cuius nomine omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & inferorum. Barb.in cap. nullus.de foro compet. colū: antepen. Tremolus in addition. practicæ Bonacursij.ad fin. qui solus peruertendo ordinē charitatis, secundum Ang.vbi s.plus nos, quàm semetipsum dilexit: candela amoris, quæ semetipsam consumit, vt nos illuminaret.c.fin.xv.q.fin.acerba eius morte mortem nostrā occidit, & san

& sanctam catholicam Ecclesiã desponsauit. vnde, Mente agita pretio quo sis ingrate redemptus, & si tanti humanum genus es quo te sanguine diuino redimeret, & in crucis patibulo corde aperto pendens defleat:

Huc me sydereo descendere fecit Olympo,
Hic me crudeli vulnere fixit Amor.
Langueo, nec quicquam nostro succurrit Amori.
Fortis amor docuit vulnera tanta pati.
Pungentem capiti Dominum gestare coronam,
Pectus vt hauriret lancea fecit Amor.
Felle sitim magni Regis satiauit amaro:
Ille pedes clauis fixit, & ille manus.
De me solus Amor potuit habere triumphum.
Solus Amor docuit vulnera tanti pati.
Ergo pro meritis animi mihi pendere grati,
Dilige: pro tantis sat mihi solus Amor.

¶ Non obstat secundũ † de oneribus matrimonij. nec etiã di- 2
14 ne cœpit, habet.glo.in verb.princip.in l.j.ff.de orig.iur.†Præterea contemplemur modicum vitam amantis, si habet aliqua onera vel expẽsas. Petrarcha epist.lxvj.tibi.lxxv.de adolescente. August.Dathus libr.ij. epist.j. dum totiens repetit: Durius in terris nihil est quod viuat amãte: Nec modò, si sapias, quod minus esse velis. Bembus in suis Isolanis vulgaribus vnum capit.vulgare impressum, incip.dona quando aguagliare &c. vbi post plura argumenta, in fine concluditur, douche l'amatore piu dolce assay. Iardin de plaisance in lingua Gallica.fol.clxxix. dum æquiparat bona & mala quæ sunt in amore. & folio clxxv. de controuersia inter nuptũ & nubilem. Frater Guil.de Alexis.in Les grãs blasons des faulses amours.facit, Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas. glos.in cap.legimus de consecr.dist.v. Et hæc vltra loca vulgaria & notissima. & quæ refert Anteros Fregosij.& quo ad impẽsam.& illud Iuuenalis: Ardeat ipsa licet, tormentis gaudet amantis, Et spoliis.vt est prouerbium, Amor de putane, careza de cane, amicitia de pretij, inuitamento de hosti, non po far che non te costi. secũdum Plebanum Arlotum in suis facetiis. Erasmus Prouerb.cxcij. Cupidinum crumena porri folio vincta est.& glos.in cap.cum Marthæ.de celebr.miss.quam refert Ioannes Montolonius in Promptuario Iuris in verb.dare. Tẽporibus nostris quicunque placere laborat, Det, capiat, quærat plurima, pauca nihil. quia non te, sed tua Thais amat.& Palladius Soranus: Est opus argento pergrandi, munere, & auro, Si tibi vis tota seruiat arte Venus. & Archilinus in suo Viridiario post varias receptas ad amorem, ponit illam: Accipe auri & argenti tanto che basti, & poy alza i pani &c. diuitiæ lòquentes apud Romanũ de la Rosa dicunt, Ou pourroit on prendre, ce que vn amant vouldroit despendre. Et quot meretrices quarum scorti pretium vix est panis vnius. Prouerb.vj.& quæ habent venenum. Bald. in l.prima.§.ipsas.C.de naturalibus liber.facit epistola de laudibus eloquentiæ. ante opera Augustini Dathi. char.j. pag.ij. Amasiorum substantiam exhauserunt.secundum Cyn.in l.cum te.C. de condict.ob turp.causam.vadũt enim amatores volando, & volunt se ostendere diuites: & non sunt. nec habent

Calced

Calcedonium.secundum Ange.in l.fin.in fin.C. de leg.tut.vide tractatum de fide concubinarum erga sacerdotes.& Vlric. Huten.in dialog.de febre prima. chart.iiij.& vij. sed tu dices, Portatur leuiter quod portat quisque libenter. gloss.in l.tria onera.ff.de excus.tut.quam exornant Felyn.in cap.non debet. col.ij.de testib.Decius in cap cùm M.in fin.col.penult.de constit.vbi limitat Hipp.in l.j.§. cùm quis latrones.ff.de quæstio. col.ij.& iij.Iason in l.si seruus plurium.§. si ante. de leg.j.in l. si verò.colū.ij.ff. qui satisd.cog.Parpal.in l. si quis maior.viij. not.versic.vj.facit.C. de transact.Ferratius cautela xviij. Nizelus concordia gloss.vj. fallentia lxiij. Ponzinib.in tract.quando res habeat originem à contractu. colum.ix.† Præterea cogitet & ponderet voluptatem coniugatus, & commoda quæ habet ex matrimonio, & onera non erunt sic dura.nam, Commoda qui sentis,iungas onus emolumētis. Host.in sum.de eccles.ædific.§.à quibus.& vbi vber,ibi tuber:vbi mel,ibi fel.Polydorus Prouerb.xlvij. & fecem bibat qui vinū bibit. Erasm. Prouerb.dlxxj. parte j. facit Calcan.consilio vij. quia à me. colum.iij. & iiij.& qui habet rosam, debet habere eam cum suis spinelis. Lancel.& Purpuratus in l. si seruus.C. de pact.& qui habet carnem, debet habere os sibi annexum. Lancel.in l. cum fundus.§.seruum tuum stipulatum.ff. si cert.peta.facit l.si vsusfructus.ff.de nouat. 15

¶ Non obst.tertiū, videlicet,† Es solutus ab vxore, noli quærere vxorem &c.nam Apostolus ibi,vt ipse protestatur,hoc dicit secundum indulgentiam,& nō secundum imperium: & sic non ligat.l.cum pater.§.mando.de leg.ij. Felynus in cap.j. de constit.vj.col.in iij.fallen.& in cap.nam concupiscentiam. in tribus primis columnis.eod.tit.& in cap.cum contingat.j.col. de rescript.Præpos.in cap.humanum genus.iij.dist.col.j. Item vt colligitur ex verbis vicinis.l. hæredes palàm.§.sed si notan. ff.de testam.maximè ibi, Melius est nubere, quàm vri: loquitur Apostolus in valente continere. cap.Nicena. xxj.dist. Sequentia enim declarant præcedentia,& econtrà.l.fi.§. cui dulcia.vbi gloss.ff. de vin.trit.oleoque leg.facit Socyn.in l.plures testamento.iij.col.& in l.j.col.j.ff.de reb.dub.vbi,dicit, quòd clausulis vicinis declaratur ambiguitas. Lancel.& Ias.in l. qui filiabus.in prin.de leg.j.Ias.in l.si seruus plurium.§.fin.eodem titulo.in l.triticum.col.ij.ff.de verb.oblig. 16 Verba cōsilij. Sequentia præcedentia declarant.

¶ † Non obst.quartum, quòd matrimonium sit species serui- 17

quæstion. Angelus in l.prima.§.fina.ff.de iniur.in l. prima.§. fin.ff.de lib.hom.exhib.in l. secunda.ff.de condi.inser.Gilbertus post ij. Oeconomicorum.chart.ij. Lutherus in declaratione iiij.præcepti, Honora patrem &c.Barbat.libro primo.consilio vj. scriptum . colum.iiij. & consil.lxiiij. col.iiij. Paul.de Leaz.quæst.iiij.incip.patronus.col.vj. Bart.in consiliis. Franc. de Cur.consil.lxvj. sapienter. col.ij. latè Ioann.Montaigne in tractatu de bigam.quæst.j. col.xix.& xxij.vbi inter cætera dicit,quòd propterea maritus doctor nõ tenetur appellare vxorem suam dominam,per l.amicissimos.§.j.vbi Nic.de Neap. ff.de excus.tut.quem vltra eum sequitur Socyn.l. omnes.ff. de except.Barbat.de Cardinalibus.ij.quæst.ij.col.Cors.de pot.regia.quæst.xxx. Panorm.in cap.ex parte.in fin.de foro compet. Iason in figuratione casus l. cum filio. de leg.j.& in suo repertorio ad Panor.in versic.maritus - Pet.de Lesnaudiere in tract. de Doctoribus par.j.quæst.xxiij.vbi limitat.Bon.in tractatu de nobilitate.iij.parte.nu.cxcij.† Et mulieris corpore, & sub- 19 stantia,& omni vita maritus fungitur.l.assiduis,C. qui pot.in pig.hab.& in signum subiectionis,coniugatæ velatæ incedunt. cap.hæc imago.xxxiij.quæst.v. cum sim.vt Præpos.in rubr.de sponsalib.col.iiij. Felyn.in cap.in literis.col.pen.versic.fallit. iiij.de test.Angelus in princ.instit.de pat.pot.vbi subdit, quòd debent ire facie semicooperta: licet temporibus suis hoc nòn obseruaret.licet Ferrariæ & Romæ hoc seruari videam:& plus Venetiis,vbi totam faciem tegunt. Et tamen quando erant filiæ, incederent in capillis .secundum Baldum in §. item qui dominum.quæ fuit prima causa benefic.amitt.& ideò portant vxores capillos longos,cum quibus debent se velare: nec eos incidere sub pœna excommunicationis. cap.quæcunque mulier.xxx. distin. Angelica in verb.fœmina.§ primo. Surgetus in Enchiridio militari. charta lxxvj. Angelus in authen.sed hodie.C. de adulteris. Ioannes Montaigne in tractatu. de bigamia. quæstione secunda. columna xj.vbi reprehendit Lancel.qui dicebat hoc esse vt viri habeant vnde possint eas trahere & ligare. vnde gloss.in clem.attendentes . de sta.reg.in ver. & Cornutus dicit,quòd quædam mulieres Romanæ dederũt, capillos viris carentibus funibus:cum quibus recuperatis machinis euaserunt victores: vnde maritus est dominus, & mulier per omnia obsequitur viro. Ioannes Faber.in §. cum autem.colum.j. instit.quib.mod.ius pat.pot.sol,& Philosophus

vj.Poli

vj.Politic.dicit, quòd mariti paupères vtũtur mulieribus tanquàm seruis.sequiturAegidius de regim.princip.lib.ij.parte.j. cap.xv.circa fin.Et propterea de iure maritus tãquàm dignior debet prior interrogari, quando contrahitur matrimonium. Ias.instit.de iure nat.gent.& ciuil.& de adop.col. iij. Panor.in cap.si inter virũ.de spons.gl.& Ang.in l.ij.ff.de adop. Et adeò sunt subditæ,quòd nec possunt tenere camisiam in lecto inuito marito.Felyn.in cap.illud.col.fin.de præsump.Luc.de Penna in l.quicunque.col.ij.& iij.de re milit.lib.xij.nec loqui eo inuito.Nic.Boërij in commento Consuetud.Biturigum.char. cxxv.col.iiij.per text.in cap.mulier debet.xxxiij.q. v. Et tenetur mulier custodire res mariti, & sibi parare comestibilia, & lauare pedes & caput.Ioã.Andr.& Panor.in cap.literas.col.fin. de resti.spol.facere telas.Afflictus decis.xliiij.de tribus.ad fin. ij.dubij.facere lectum, & scopare. Angelica in verbo,vxor.§. ij.non tamen per hoc si habet artificiũ, ex quo quærere potest, quin illud quod acquirit,sit proprium vxoris:vel si esset nobilis,non tenetur ad ista vilia.Alexan.lib.iiij.consi.cxxxiij.verè. Cors.de pot.regia.q. xxx. in fin. Ioan. Montolonius in Promptuario Iuris.in verb.maritus.Io.Lup.in rubr.de donat. inter vir.& vxor.chart.xiiij.& melius chart. xxvj. Imò nec tunc tenetur lactare filios. Bald.de dote.vj.parte.xv. speciali.col. iij. de quo Francisc.Barbarus de re vxoria.lib.ij.cap.viij. de liberorũ educatione.Bon.in tract. de nobilitate. parte v.num.68. & parte v.num.91.Gel.lib.xij.cap.j.pro quo facit,quia vasallus non potest cogi præstare domino seruitium quod sit sibi indecens:imò si vasallus ad hoc sit astrictus debet sibi dare æquam commutationẽ arbitrio boni viri.Mar. Laud.in cap.si minor. si de feud.fuer.controuer.col.fi.Bon. in tract. de nobilitate.iij. part.num.117.& v.part.priuilegio xxxviij.vbi Moder.nisi causa hospitalitatis forensium circa rem coquinariam.

Quis prior interrogatur tempore matrimonij.

Mulier serua viri.

20 †In dubio tamen acquisita per mulierem,constante matrimonio, vt euitetur suspicio turpis quæstus, præsumuntur acquisita de bonis mariti.l.quintus.ff.de donat.inter vir.& vxor. gloss. Bal. Ang. Flor.Paul.& Corn.in l.cùm oportet. C.de bonis quæ lib.Guil. de Cu.in authen.licentia.C.de episc.& cler. Luc.de penna in l. si tempora.col.ij.C.de fid.instr.lib.x.Nic.Boërij ad Dyn.in regula,ratum.Salyc. in l.si mater. C. de contrahend.emp.Socin. in iij.vol.cõsi.xvj.in causa.col.j.dicẽs idem in filio quòd quæ fuerit de bonis patris.Alex.lib.iij.consi.xxxj.viso testamento. col.

Acquisita per mulierem, præsumuntur de bonis viri.

col.pen.sed vide Feder.consi.lvij.videtur.iij. dubio.propterea Decius ccxxxvij.in casu proposito.ad fin.dat cautelam mulieri,quòd faciat sibi dari pecuniã à consanguineis, postea emat. Barb.in tract.de Cardin.in j.tract.q.iij.col.viij.& lib. iij. consi. lxix.illud in medium.col.pen.vbi dicit idem in officiali.latius in cap.j.de pecul.cler.vbi dicit idem in monacho & in rectore ecclesiæ.Rom.consi.clix.super eo. colũ. ij. prout & Bertach.in tract.de episcopo.chart.xxxv. colũ.j.est lib.iiij.in iiij.parte.q. iij.vbi idem in concubina & amasiã.de quib.Crem.sing.vj.incip.tu scis.Monferr.in l.frater à fratre.col.xxxiiij.ff.de cõdic. indeb.facit gl.& ibi Ang.instit. per quas pers.nob. ius acquir. in §.instituens.in vers.propria. Bolog.in suis interpretationibus in d.l.etiam.vbi allegat plura consilia.& dicit,secus tamen esse in tutore,qui non præsumitur quæsiuisse de bonis pupilli. Rom.& Federic.in consiliis præallegatis.

¶ †Primò amplia vt procedat etiã d.l.quintus.in vidua. Bal. in l.cùm oportet.in princ.C.de bon.quæ liber. Salic. nisi liber sit corruptus,in auth. licentiam. post princ.C.de episc. & cler. quod intellige quando statim mortuo marito acquisiuit. ita Alber.de Ros.in d.l.etiam.C.de don.inter vir. & vxor. Crem. & Monferr.& Bertach. vbi s. Franc.de Cur. consi. xxiij. ego. idem Bertach.in repert.in verbo,vidua.col.iij.Ang.licet de Alberico mentionem non faciat, consi. cxlj. incip. super primo puncto.vbi dicit,quòd dicetur statim quæsiuisse quando quæsiuit infra annum luctus.& Ang.sequitur Io.Lup.in repet. rub. de donat.inter vir.& vxor.chart.v.col.iiij.& chart.xxix. versi. operatur quartũ effectum.vbi ponit tres ampliationes, & tres limitationes ad regulam l. quintus. Crem.in consi. Alex.iiij. lib.consi.lxij.serenissimus.col.fin.vbi consuluit in mirabili casu,scilicet quando ista mulier remansit tutrix pupillorum, & antea erat inops.quod vltimum mordet.Barb.in d.cap.j.& ibi Crem.restringit d.l.quintus.ex quo sit odiosa, solùm procedere in quæsitis constante matrimonio.prout & sentit. Alex.lib. ij.consi.lxxxij.incip.perspectis.col.fin.repet.lib.iij.consi.xl.Salyc. in d.l.etiam. sed eum reprehendit Aret.consi. xxxj. incip. considerata.col.iij.versi.sed tertiò.& col.fin.vers.ad secũdum. respondet ad dictum Bald.consi.liij.à libello.lib.iiij.qui dicebat,quòd mulier præsumeretur subripuisse pecuniam viro.

¶ Secundò amplia vt procedat etiã si talia bona mulier postea vendidisset, quia ista præsumptio militabit etiam contra

empto

emptorem, per regulam, nemo plus iuris.Ioan.Lup. vbi s. in iij.ampliatione.
¶ Tertiò amplia vt procedat etiam si mulier negaret fuisse quæsita de bonis viri.Io.Lup.vbi s.in prima limitatione.
¶ Quartò amplia vt hoc posit opponi mulieri nō solùm per maritum & eius hæredes, sed etiā per singularem successorem vel donatarium.Decius cons.ccxxxvij.in casu proposito.licet cōtrarium teneat Alex.in d.l.qui iure familiarit.ff.de acq.pos.
22 ¶ †Primò limitat Barb.in d.cap.col.j.de pecul.cler.& Io.Lup. vbi s.in ij.ampliatione d.l.quintus. non procedere in muliere diuite quæ accepit virum pauperem:quia tunc præsumitur acquisiuisse de bonis propriis,& non mariti.
¶ Secundò limita d. l.quintus non procedere in bonis quæsitis ante matrimonium.ita in specie Alex.lib.v.cons.xlij.incip. in causa.de quo tamen vide Aret.d. consi. xxxj. qui videtur tenere contrarium.& idem Aret.in d.l.qui iure familiaritatis. faciens mentionem de illo suo consilio,dicit, quòd si mulier allegaret se habuisse bona antequàm transiret ad domum viri,ex quibus diceret se quæsiuisse : tunc esset valde dubium cui incumberet probatio,an mulieri,vel hæredibus. sed Claud. ibidem tenet contrarium.& sic pro sal.
¶ Tertiò limita quando maritus erat præsens acquisitioni & instrumēto in quo dicebatur pecuniā prouenisse ab vxore:ita Socin.lib.iiij.cōsil.xxj.circa primū.Alex.lib.j.cōs.xxiiij.repet. lib.iiij.cōs.xxiij. visis dubiis.col.j. Bal.li.v.cōs.lxxvij.pūctus talis est. Et cōfirmatur ex duabus sequētibus limitationibus.
¶ Quartò limita quando maritus sciebat eam acquirere, & postea diu tacuit cum muliere, nec contradixit:nam præsumitur quòd donauerit: quæ donatio postea confirmatur morte. Ful.consi.cxcviij.in quæstione.Salyc.in authen. sed iam necesse.C.de donat.ante nup.
¶ Quintò limita quādo aduersarius fateretur talia bona fuisse quæsita de bonis vxoris. Signor. cons.cxxij.factum quē refert Præpos.in c.significauit.in fi.de donat.inter vir.& vxor.
¶ Sextò limita quando mulier probaret se habuisse aliunde
23 pecuniam honesto modo : † quia tunc probatio vincit præsumptionem:ita Bertach vbi s. Cep.cautel. cxlix.incip.no.auream. puta quia sibi fuerit datum à consanguineis, vel quod fuerit lucrata ex aliqua honesta negotiatione : puta quia erat obstetrix,vel chirurgica, vel texendo & emendando vestes. &
deau

deaurando &.dom.Ant.de Prato in consiliis.Alex.lib.iiij.cõsil.cxxxiij.incip. verè. Barbat.in d.tract. de Card.&in d.c.j. vel in arte texendi,vel recamaturæ, vel in lactando filios alienos,vel in faciendo hospitium cum viro.ita Panor.lib.ij.consil.xxxvj.circa primum & clarius Bal.Sal.Ang.& alij in l. cùm oportet.C.de bon.quæ liber.Portius instit.Ad Tertul. ante fi. Socin. consil. cclix. materia.in fin. Petr. Gerard.no.xcix.inter virum.vbi tamen dicunt,quòd debebit deduci tempus in istis expensum quo subtrahitur à seruitiis mariti,cui obsequi tenetur,tamẽ ex dictis Petr.Girardi colligi potest, ex quo sunt socij diuinæ & humanæ domus, ꝙ ratione societatis contractæ quòd dimidia talium acquisitorum per mulierẽ spectet ad virum.& ita etiam colligi potest ex dictis Alex.lib.j.cõsi.xxiiij. visis dubiis.in fin.& Ioan.Lup.vbi s.chart.xx.j.ver.Barb.lib.j. cons.xxij.scripsit propheta:nõ enim placet.& chart.xxxj. ver. si operatur quintum.& vers.seq.& ibi chart. xxxiij. quid si acquisiuit cum filiis mariti.

¶Limita septimò quando mulier acquisiuit post adulterium per eam commissum:quia tunc non præsumitur quæsiuisse de bonis viri:ita Bertach.& Ioan.Lup.vbi s.sed in contrarium videtur tenere Barbat.in d.tract.de Card. & in contrarium facit ratio Aret.d cons.xxxj.in fi.ij. col.quòd debemus capere præsumptionem minoris delicti.Stant enim simul, quòd adultera sit, & tamen adulter nihil ei det. Secus tamen si apparet quòd dedit.practicus Pap.in for.lib.quo vxor agit ad dotẽ.gl.tanq̃.

¶Limitat Lupus vbi s.prædictam regulam l.quintus. procedere respectu possessorij:quia in possessorio illud quod possidet vxor,præsumitur vxoris.

¶Limita nonò vt prædicta procedant respectu pretij quod bene præsumitur de bonis viri:sed quantum ad dominium rerum acquisitarum ex quo emit nomine proprio,illud bene remanebit vxori.Bart.& Iac.Rebuffi in l.& si instrumenta.ad fi. C.de fide instrum.lib.x.quem simpliciter sequitur Monser. in d.l.frater à fratre.Salvc.in l.ex pecunia.C.de iur.dot.Bald.in l. si vt proponis.post gl.ibi.C.de rei vendicatione. Signor.consi. suo ccxxvj.incip.habens. Est verum quòd obst.videtur text.& ibi doct.in l.j.C. si quis alter. vel sibi. Barbat.in d.cap.j.de pecul.cler.col.penult.ver.nota quòd res.& in cap. inquirendum. col.iiij.& seq. eo.tit. vbi dicit, quòd licet instrumentum prælati cantet quòd emit sibi & nomine proprio,nihilominus res

empta erit ecclesiæ.& dicit se consuluisse.

¶ Limita decimò quãdo mulier fatetur talia bona fuisse quęsita tempore matrimonij, bene procedit regula: si autem mulier hoc negaret, tunc secus. ita dom. Vitalis in tract. clausularum chart.vj.col.iij.in fin.est in clausula de simulatione. colũ. penult. vbi dicit esse not.

¶ Limita vndecimò quãdo quæstio esset cum extraneo. Alex. lib.vij.consi.cj.incip.super primo.num.2. Nescio alibi sic collectam materiam d.l.quintus.

24 ¶ Non ob.quintum principale, scilicet ratio Ias. †nam tempore antiquo res erat dubitabilior: nam tunc fornicatio nullum peccatum putabatur apud Paganos: quia Iuppiter esse pium statuit quodcunque iuuaret. vnde quando mos erat, crimen non erat. cap. obiiciuntur. xxxij. q. iiij. hodie autem licet sit minus peccatum, quàm mendacium. Felyn. in cap. cùm dilectus. colũ. iij. de accusat. Decius in cap. at si clerici. col. xxiiij. de iud. sentit Luc. de Penna in l. mulieres. C. de incol. lib. x. parte, †quia mendacium est contra naturam. Socin. de quo plura Afflictus constitutione, sponte volentibus. circa fin. & inter cæteras pœnas habet, quòd non creditur mendaci, etiam vbi dicit veritatem. Cyn. in l. transigere. col. iij. de pact. Ias. in §. item si quis in fraudem. colum. xix. instit. de act. Albert. lib. j. de verbo quid. & de amore Dei lib. j. in rub. de loquela & lingua coërcenda. & mentiri est species furti. Bald. in cap. dudum. el. ij. col. iiij. de elect. sed fornicatio est minimum de capitalibus. de adulterio etiam non est ita horrendum: vt dicam j. respondendo ad incontinentiam in viij. ratione. & in istis vitiis carnis mitius est agendum. Baueria in §. est autem. colum. ij. instit. de hæred. instit. Et tamen simplex fornicatio ducit ad inferos: & asserere cõtrarium pertinaciter, esset hæreticum. & propterea quidam theologus fuit detetus. Io. de Ana. in cap. qualiter & quando. §. ad corrigendos. col. vij. de accusat. Rosariũ j. parte. serm. xxiij. Alberic. in l. cùm quis. col. iij. versi. quomodo autem probetur. C. de natur. lib. Io. Fab. & Ang. instit. de patr. pot. ad fin. princ. Cacialupus in repet. l. si qua illustris. C. ad Orfic. col. xj. dicens,

Fornicatio minus peccatũ quàm mendaciũ.

25 (margin)

26 †quòd non solùm omnis coitus, præterquàm cum vxore, est peccatum mortale: & tenere contrarium esset hæreticum: sed etiam osculum libidinosum. Curia Tholosana decis. cccxlvj. vbi in additione. frater Ludouic. de veritate contrit. de luxuria. cap. vj. & cap. seq. dicens, quòd etiam cõsumit facultates & substan

substantiam.& Cacialup.vbi suprà dicit,quòd est peccatum.& Afflictus constitutione,si quis rapere.in iij.q.primi not. & constitutione, inconsutilem.vj.colū.q.v. propterea credo falsum quod dicit Decius in l.inuitus nemo cogitur.ff.de reg. iur.ad fin.quòd meretrix in lupanari cogitur vendere.de cuius veritate dicā infrà.Ioan. Montaigne in trac.de bigam.j.q. col.xv. & etiā fortè propter osculū libidinosum mulier ita perderet dotem,sicut per adulteriū.dicam infrà in vij.ratione.post medium.Ideo vide Decium in c.pastoralis.de iudic.col.j.facit Io. Andr.in Mercurial.sine culpa.col.vj.dum latè disputat,An liceat hodie tenere concubinas.de quo Panor.in c.cùm sit generale.col.xij.de for.compe.Aret.in l.ex ea parte.§.mulier.ff. de verb.obliga.Mart.de Lau.in disput.incip.Augerius.col.vj.vbi concludunt,quòd nō liceat eas tenere.† Quinimò propter for 27 nicationem Deus misit diluuium.Genes.c.vj.& Ioseph. de antiquitat. Iudæorum.c.vj.Pet.Subert.in vinea Domini in prolog.v.partis.Biblia Aurea c.lxxx.de luxuria.& ceciderunt vna die xxiij.milia propter peccatum fornicationis.c.Guilisarius. §.quod autem.xxxiij.q.iiij.Et dicit Archiepisc.Flor.in sua historia.ij.parte.titu.xix.c.iiij.§.ix.de proditione Ganelonis, ꝙ Galli cum Rotolando superati fuerunt ab Hispanis, propter peccatum fornicationis.& de perdito amore Caroli Magni ponit Petrarcha epist.iij. Et propter peccatū Deus mittit ægritudinem,& alia aduersa.Roch.in c.fin.col.iij.ij.not.de cō suet. & propter peccatum luxuriæ diebus nostris Deus misit ægritudinē lepræ,secundum Io. Almenat in tract.de morbo Gallico.c.v.de cautela in euitando morbum Gallicum,qui quantæ sit malitiæ,vltra medicos qui de eo scripserunt, vide librū superinde in rithmis vulgarib.impressum Romæ,æditū ab vno patiente illum,& tu Galle La creance des veroleux,vbi postillatur Pater noster, & Aue Maria. & experientia docet, quòd Deus non permittit quòd moriantur statim,sed ꝙ langueant, crimen ostendentes ex illa ægritudine, quæ vt plurimum faciem aggreditur & deturpat, vt toti mundo sint fabula,exemplum,& horror,& ab omnibus quasi pestiferi in cibo, potu, & lecto euitentur. vt,Viue diu,sed viue miser, iactauit Aesopus. & propterea bene timebat Bergomensis inquiens o ser. ne venis pur su croust el faraf bel anda fra amou.Item quādoq; fornicator punietur pro alio scelere quod non commisit, & tamen à Deo permittitur sibi talis pœna infligi propter fornicationem:

cationem: vt in exemplo illius Regis qui ibat venatum, relato per Puteum de Syndicatu char. lxxxix. col. j. facit c. non solùm. xj. q. iij. vbi dicitur, quòd iudex tamẽ hoc nõ facere debet. per quem tex. patet quòd non fuit excusatus ille Papa, si sic est, qui fecit venenari illum cardinalem diuitem, dicens quòd mereba tur mortem, quia vitiosus: sed pro minori scandalo & dedecore sic eum puniri iussit: quamuis etiam ex alia causa nõ posset excusari cùm ob auaritiam ampli spolij consequendi, item & cũ proditione Papæ: propterea malè finiuit dies suos. quia per ea quæ peccauerit homo, per hæc & punietur, vt dicam infra. licet à tali vitio scientia scripturarum nos liberet. c. nunquàm. de consecr. dist. v. Et in vno peccans, omnium factus est reus. c. defleat. de regiur. l. pen. C. ad Syllan. iuncta l. Cassius. ff. de senat. Portius instit. de Attil. tut. col. iij. Barbat. lib. ij. cõs. xxxvj. sapienter, col. ix. & lib. iiij. consil. xlv. illud. col. v. & vnum peccatum suo pondere ad aliud trahit, vt dixi. ¶ Non obstat sex-
28 tum: † scilicet fatuitas mulierum: quia etiã reperiuntur plures mariti stulti, quorum facultates laberentur; nisi esset prudentia mulieris suæ. & de Theodora vxore Iustiniani Imperatoris dicit Blõdus lib. ij. deca. j. regebat autem multum ipsius regis ineptias virtus reginæ omnia administrantis, vide in legenda presbyteri Ianuarij. & sic succedit quòd in defectum sapientis stultus ascendit cathedram. Campez. in tract. de dote. v. parte, q. iij. præterea tãtum sapere nocet. quo enim quis versutior & callidior, hoc inuisior & suspectior. Cic. de Offic. char. lxxxij. Item, nónne adsunt mulieres quàm plurimæ prudẽtissimæ & doctissimæ: vt in pluribus locis, præsertim Freg. in Valeriana lib. viij. cap. iij. frater Iacob. Mag. in Sophologio Sapien. li. j. c. iij. vbi quomodo fœminæ quondam artes inuenerunt. Et aliquas ex eis liberasse patriã, & fecisse ea quæ viri fecisse nequissent. Biblia Aurea c. xviij. de sapiẽtia mulierum. & c. iij. de fortitudine mulierum. pulchrè Ioan. Lupus de donat. inter. vir. & vxo. char. xxv. col. iiij. Phantinus de tradorio in tractato dominatum, char. fi. vers. tu dici che le done. pulchrè Nicol. Boerij in tracta. de seditiosis. char. xxix. vbi plures enumerat. & ab eis consilium est exquirendum: vt in authen. vt iudic. sine quoquo suffra. §. cognitio. versic. sed neq. sufficiemus. vbi gloss. in ver. coniugem. allegat Catonem. Barb. in clem. j. col. xiij. de elect. est num. lvi. facit Paris de Syndicatu. charta lx. col. ij. Ias. in l. j. col. iij. ff. de leg. vbi allegat Ioan. Andr. didicisse ab vxore sua

quòd

quòd pulchra nomina debẽt imponi liberis, etiam si deberẽt emi auro. latè Felyn. in prooemio Gregoriano. dicam infrà agendo de Guelfis & Gebellinis. Eusebius de Euangelica præpar. lib. xj. cap. iiij. hinc Platinus de Garlasco correptus fuit ab eius ancilla de suo disticho per eum edito in laudẽ coniugij ducis Mediolani, quod potius esset in dedecus, quàm decus. dicebat enim, Pelleos & Thetidis veteres mirẽtur Achiui, Nobile coniugium nos Ludouice tuum. Et ancilla inquit: Quid turpius mulieri obiici potest, quàm pelle, osse, & thete potuisset allegare quòd nomina debent esse consonantia rebus. §. est & aliud. institu. de donat. & Philosophus iiij. Ethic. quem refert Barbat. in c. Raynutius. col. lxxiiij. de testam. & in c. significantibus. de lib. ob. num. liij. allegat iiij. Metaphysicæ. & lib. j. con sil. j. col. viij. facit Panorm. in c. j. ij. nota. de conuers. infid. Decius cõsi. xxxij. col. ij. Scrutinium char. lxxviij. Et Proba Centona, quæ sciuit ex carminibus Virgilij eruere vitam Christi. de qua meminit Hieron. in procem. Bibliæ. Card. in Cle. si dominum. col. penul. de reliq. & ven. sanct. imò est sagacior viro. gl. fi. in l. si à sponso. C. de donat. ante nupt. in l. ij. C. de his qui ven. æta. impetr. Ioan. Montaigne in tract. de bigam. j. q. colũ. xx. & seq. † Et prudentia mulieris multum solet mederi vitiis 29 maritorum. & Vbertinus super Epist. Cicer. xxv. incip. non potuit. Et propter mulierem bonam saluatus est homo malus. j. ad Corinth. vij. c. quod aut in fin. xxvij. q. j. habetur in legenda sanctæ Cæciliæ. & in Chronica Ianuæ scripta. parte xj. in qua adducuntur sex mulieres quæ hoc fecerunt. Biblia Aurea c. lxxxiij. de matrimonio. colũ. vj. & Florentiæ ante palatium adest statura cupri Iudith obtruncantis Holofernem, in exemplum defendentis patriam. Plures etiam enumerat Viualdus in Opere regali. chart. liij. sub rubr. virginis nobilissimæ. Antonius in peregrino. lib. ij. c. xxiiij. de puella Franciæ. Gilbertus in quæstionibus post Philosophum ij. Oeconom. char. iij. & quæ dicam infrà respondendo ad nonum. Et in periculis subitaneis, mulierum, quàm virorum est promptius ingenium. vt Aeneas in dicto tract. de duobus amantibus. charta v. Et in charitate diuina nihil differt à masculo. Paulus de Citad. in tract. de iurepatr. iij. parte. quæst. iij. est chart. vj. Si enim postea non habent discursum, istud est defectu naturæ: quia habent craneum capitis diuersum à craneo viri, & non habent tot suturas, prout habent viri. secundum Aristotel. de natur. anim.

lib.j.cap.vij.Conciliator differentia xxxix. versic. propter secundum.& versi.propter tertium.ante fin.Iacob. de Forliuio in ij.regni.quæst.xiij.col.ij.qui dicit, quòd propterea sint stolidiores. & de partibus capitis, pulchrè ponit Ioan. de Lig.in tract.de censura ecclesiastica in iij.char.Felin.in c.significasti.el ij.col.iiij.de homic.& quot ossa in capite.frater Ludouic.in tracta. de Veritate contrit.charta xxxviij. Et locus ab authoritate hominis est in capite: quia cerebrum est membrum diuinum,in quo est sensus & intellectus.secundum Aristo.quem refert Bald.in cap.ad hoc.col.iij.de pac.iur.fir. Ioan. Montaigne in tract. de regio consistorio.chart.vj.licet Barbat. in cap. imperatorum.col.vij.de iur.cal. dicant Theologos dicere, ꝙ imò intellectus est in corde.& in cap.cū in causa.colū.xiiij. de iur.cal.dicit quòd sunt physici qui hoc dicūt. Ad prædicta vide latè Bellum Medicinale per d.Symphorianum Pōcherij ad similitudinem belli grammaticalis, vbi dicit cerebrū vicisse. facit l. cum in diuersis.ff.de relig. & sumpt. fun. vbi probatur quòd vbi caput ibi totum.de quo Alexand.in l.iij.col.fin.ff. de acquir.possess.Ias.in l.imperium.in princ.col.iij.ff.de iur. om. iudic.Bal.in cap.j.§.ad hoc.col.ij.de iur.fis.Felyn.in cap.si diligenti. de præscript.Præp.in cap. baptizari.j.distinct. Bon. in tract.de nobilitate.ij.parte.in fin.iij.col.Feder.consi.j. colū.ij. c.Jj.col.iij.Cepol.cōsil.xix.& consil.xxxij.col. vij.Barba.lib.j. consil.j.col.xix.& col.xlij.& consil.iiij.col.iiij.& cōsil.xlj.col. vj.Curia Tholos. quæst.ccxxvij. quidam clerici. col.ij. frater Syluester contra Lutherum.charta cxxxvij. Vnde vitium naturale non est ascribendum,nisi naturæ.l.fluminum. §.vitium.ff. de damn.infect.gloss.& Barto.in l.ij.§.sed si non propter.ff. si quis caut.& dicebant Chilon & Cato, Noli irridere infelicē. De his quæ insunt nobis à natura, nec laudamur, nec vituperamur, secundum Philosophum.quem refert Felyn.in cap.dudum.colum.vj.de præsumpt.Ioannes Fab.in rub. insti.in verbo, Iustinianus.Iodoc.in tractatu de nobilitate.capit.iij. Mulieres enim de his plus dolent,quàm viri; quoniam propterea multa mala patiuntur pariter & incommoda, vt quotidie videmus.hinc dicit Morus in repetit.lib.ij.est charta xxv.quòd irridere deformem,aut Mutilum, turpe est non ei qui ridetur, sed irrisori. vnde Philosophus tertio Ethicorū. de his quæ inuoluntariè facimus,neq; laudamur, neq; vituperamur, propterea dicit Baldus in l.penultima. iij.not.C.de legit. hæred.

quòd

quòd generare fœminas ſi vitium eſt, vitium eſt generantis: id eſt patris. Item mulieres non conuerſantur, nõ vagantur, non peregrinantur. capit. mulieres. de iudic. libr. vj. Præpoſ. in cap. donatio. §. ſanè. colum. j. de donat. inter virum & vxorem. l. qui filium. cum gloſſ. iij. ff. vbi pupil. educ. deb. quæ omnia faciunt virum magis cautum & prudentiorem: nec incedunt ad ſtudia literaria vt viri faciunt: & propterea inermes non poſſunt reſiſtere inimicis. id eſt viris obloquentibus. gloſſ. in cap. nulli. ij. quæſt. ij. ſi enim ſtuderent, bone eſſent cautæ, vt dixi. & illa quæ fecit ſe Papam Ioã. ſeptimum vt Hadrianus in quodlibetis, quæſtio. xj. litera d. vnde conſideratis conſiderandis talis fatuitas illis non eſt aſcribenda: ſed naturæ, & viris qui nolunt pati quòd diſcant. Si enim viris ſunt robuſtiores, non eſt mulieribus aſcribendum: quia vires corporis, ſunt donum Dei. capit. nolit. xxiij. q. j. licet mulier toleret grauiora vulnera viro: gloſſ. in l. nihil intereſt. ff. de adulter. nihilominus eſt melior viro. Roſarium Buſti. libro ij. ſerm. xv. litera I. vbi dicit, †quòd propterea eſt maioris pietatis & cõpaſsionis quàm 30 vir. ſecundum Philoſophum viij. de Animalibus. facit Biblia Aurea. capit. cvj. de pietate mulierum: & ideo plures vadunt in paradiſum, quàm viri. & ſic euenit illud Auguſtini. Idiotæ cœlos rapiunt: nos cum ſcientiis noſtris ad inferna demergimur. refert Iodocus de nobilit. capit. vij. & minus timent frigus & calores, quàm viri. Aegid. de regim. principum. libr. ij. parte ij. capit. xiij. Præterea nónne ſuprà in viij. ampliat. damnabant mulierem doctam? qualem ergo volunt, ſi nolunt neque doctam, neque fatuam: niſi reſpondeas vt cornam. in prouerb. Futuro caret. in primis verbis. vel, vt dixi ſuprà circa ſi, ſeptimæ ampliationis, quòd volunt mediocrem: quia virtus conſiſtit in mediocritate, ſecundum Pontanũ in tract. de prudentia, & Senec. ad Lucillum & Philoſophum ij. Ethic. tracta. iij. capit. ij. & §. cum ex aliena. inſtit. de rerum diuiſ. hinc dicitur, Medium tenuere beati. &, medio tutiſsimus ibis. gloſſ. in ver. medium. in authen. de conſulib. de conſuet. tut. cap. ex parte. Barbat. libro primo. conſil. lxvj. col. fin. & in c. j. colum. xij. de probat. in cap. quærenti. colum. ij. de offic. delega. in procemio clemen. in charta xiiij. nume. xlv. hinc Horatius: Virtus in medium vitiorum vtrinq; reſtactum. Hoſtie. in Summa de tempo. ordin. §. & cui. colum. ix. & nullum extremum laudabile. ſecundum Philoſophum, quem refert Cepol. in ſerui. vrb. c.

lix.de refectione col.ij.Petrarcha epist.cj.summe.Codrus latè
31 serm.xij.incip.magna.vbi char. vij.dicit,†quòd fœminę licet medium in promptu habeant,dicit char. ix. quòd voluãt totũ omisso ioco de medio.latè quòd in eo cõsistat virtus. Idẽ Codrus serm.xiiij.frater Lud. de Veritate contrit. lib.ij.cap.iiij. & lib.iij.cap.iiij.& char.xxij.hinc Christus semper elegit medium. secundum fratrem Lud. vbi suprà & Ioan. Bagnionum in tract.de potestate dominorum. facit Vdalricus in l.ij.ff. de orig.iur.col.lxvj.Barbat.in c.quærenti.iij. not.de offic. deleg. vbi allegat Philosophum,quòd difficilè est medium attingere. & in c.ex parte.col.ij.de cõsuetud. vbi inter auaritiam & prodigalitatem media est liberalitas.Præterea,nónne & fatui circa aliqua habent ingenium valde acutum? prout ille qui concordauit litem inter hospitatum & hospitem:cui fecit solui ad sonitum vnius turonensis,postquam ipse etiam cœnauerat ad odorem assati.hinc Doct.inferunt,quòd si furiosus testatur sapienter,prout quilibet sanæ mentis,valet testamentum. Ang. in testamento.in verbo, sanus mente. in §.præterea testamentum.instit. quib. non est permiss. fac.testamentum. vbi Bauerius in §.item furioso.col.viij.Ias.in l.furiosum.C, qui test.fa. pos.Perusin.in rubr.de testam.lib.vj.col.v.Roch.in c.fi.de consuet.not.vj.Barbat.in cap.ad nostram. col.ij.de consuet. & lib. j.consil.lviij.colũ.ij. Socin.lib.iij.consil.xxviij.aliàs consului. numero xj. Corset.singu.ccclxix.tu habes.Vital.in tract. clausularum.charta.iij.col.j.licet aliàs testari non posset, vt in locis prædictis. Et Bolog.in Theodosiana, in verb.in vltionem. est char.lv.Pyrrhus in l.in negotiis.ff.de reg.iur.vbi cui incũbat onus probandi furorem. de quo in materia criminali. Io. de Villemati in repetitione l.diuus.ff. de sic.num.cx. pro quibus Fulg.consil.ccxij. quædam mulier.vbi in fine refert de eo cui ob ægritudinem mentula excreuerat ad magnitudinem brachij de qua in præsentia personarum pulsabat super ventre tanquam super tympano,subridens, & clamabat: Qui non potest ingrauidare vxorem suam,veniat ad me.facit ad prædicta quod dicit Platina de falso & vero bono.libro primo. charta iij.quòd videmus pueros,videmus insanos sententias præclaras nonnunquam efferre. facit Aristot.parte xxx.proble.j. facit Rosarium Busti.ij.parte.serm.xxix.litera o.dicẽs,quod coram duce Mediolani Bastianus histrio determinauit quæstionem de præcedentia Legistarum & Medicorum,scilicet ꝙ latro

tro præcederet carnificem. Et inquit Philosophus, quem refert Mattheus Bosius epistola vj. incip. biennio. charta fin. quòd ingeniis maximis admista est sæpe dementia. & scientia infatuat. Rosarium libro secundo. serm. xxix. litera a. & multæ literæ ad insaniam conuertuntur, & multi ob scientiam facti sunt stulti. Lucas de Penna in l. omnes. col. xij. C. de decur. lib. x. hinc Vagnónius, Infatuat sciolos litera sola suos. plura per discursum tradit Erasmus in Moria. facit disceptatio illius fatui, de qua glo. in l. ij. in verb. constitui. ff. de orig. iur. vbi Bud. sed Campanus in oratione in principio studij. Pis. dicit esse fabulam. prout & Igneus in disputatione, an rex Franciæ recognoscat imperatorem. col. ij.

¶ † Non obstat septimum de inconstantia mulierem: quia variatio est proprium humanæ naturæ. Et omnis noster status sub perpetuo motu consistit. §. vt autem lex. in primis verbis. in authent. de non alien. Et etiam viri inconstantes sunt: vt latè Philelphus in locis allegatis in contrario, vbi loquitur de Genuensibus. Papa Pius epistola xlij. archiepiscopo Ianuæ. Biblia aurea capitulo cvj. de perseuerantia. præterea dici potest quòd hoc est propter vtilitatem liberi arbitrij. Corset. de pot. regia. in materia de minimis. versic. xxx. vel quòd est defectus naturæ. supra Aegidius de regim. princip. libro ij. parte j. cap. clxxxj. in fin. & sapiẽtis est mutare consilium. l. nonnunquam. vbi gloss. ff. de collat. bon. Paul. de Citad. in tract. de iure patr. parte xiij. in tertia differentia. Et proptérea excusantur Doct. aliquando facientes varia & contraria consilia. de quo Iason in l. si ex toto. §. fi. col. fin. de leg. j. faciunt quæ suprà dixi in fin. iij. ampliationis, & dicam infrà loquendo de authoritate Bald. & eius volubilitate. Cyn. in l. j. C. per quas perso. nob. acquir. Albertanus de consiliis dandis. libro primo rubr. quando consilium mutari possit. imò talis inconstantia prodest: quia videmus incontinentes mutare eorum naturam, & fieri pudicas. Bart. in l. naturaliter. §. apium. ff. de acquir. rerum dom. imò postea correctæ quandoq; sunt fideliores. c. fidelior. l. dist. Paul. in c. at si clerici. §. j. in fi. de iudic. & ibi Mod. Rom. sing. dccxxiij. pone casum quem refert Roch. in tractatu de iure patron. super verbo, onerosum. iij. q. Ioan. Montolonius in Promptuario Iuris. in verb. despicere. col. ij. faciunt quæ dicit Petrarch. dialog. cxliiij. quem referam in seq. solutione. 32

¶ † Non obst. octauum de incontinentia: quia illud, Casta est 33

quam nemo rogauit.est derisoriè dictũ:& Hadrianus Papa in Quodlibetis.q.x.col.antepenult.aliter respondet Codrus sermo.iiij.char.iiij. numerando castas. quid si inspiciamus Amazones? quid si descriptas in catologo sanctorum? Et ibi etiam vide & cogita etiam ab initio mundi vsq; ad nunc, si inuenies tot masculos virgines. de pluribus loquor, sicut erant in illa societate sanctæ Vrsulæ duntaxat, & credo quòd non: quia viri sunt incontinentissimi, non solùm laici, sed & qui castitatem Deo vouerunt. de quibus Numbertus in sacrilegio chart.v.§. de incontinentia.in tractatu.de fide concubinarum erga sacerdotes.& quicquid gloss.dicat in l.palàm.§. quæ in adulterio. ff.de ritu nupt.& Paul.de Castr.in l.ex facto.§.si quis rogatus. ante fin.vbi quòd est maius dedecus mulieri habere bastardos,quàm viro.cur hoc vitiũ acrius in mulieribus quàm viris? cum non debeant iudicari ad imparia.c.gaudemus.§.quia verò.de diuor.cap.nemo.xxxij.quæst.iiij.sed; Dat veniam coruis,vexat censuras columbas. Barbat.in rubr.de succes.col.fin. & tamen plus directè & per se in talibus peccant viri quàm fœminæ. vt frater Lud.in tract.de Veritate contrit.in vj. præcepto legis diuinæ. circa fin.vnde in istis delictis carnis mitius est agendum. Bauerius in §.est autem. col.ij.instit.de hæred. instit.licet delictum sit atrox præsertim in ecclesiasticis.Humbertus in sacrilegio.char.vj.§.de incontinentia. præterea respõdeo quòd imò ducere meretricem prodest ad remissionem peccatorum. Pauin.in tract.de visitatione. quæst.viij.ij. partis col.xiij. est chart.lxviij. Ioann. Lup.in repet.cap.per vestras. de donat.inter vir.& vxorem chart.lxxvij.versic.ad matrimonium.per text.in capitulo, inter opera. de sponsal.cum concord. Ioannes Montolonius in Promptuario Iuris, in verb. filius.col.vj.& Matthæi xxj. publicani & meretrices præcedẽt vos in regno cœlorum. Claudius super Lucam capitulo iij.est chart.clxvij. & patet in beata Maria Magdalena, de qua Barb. in cap.nullus. col.xiiij.de foro compet.& pulchri vers.Petrarchæ incip.Dulcis amica Dei &c. quos quidem peruersores in vanas cantilenas immiscuerunt, & dicunt, Dulcis amica mei &c. Item in Dauid.& beato Petro, de quibus Bald.in cap.cum te.ad fin.de re iudic. & dicit Paris de Puteo in tract.de sindicatu.in verb.pœna.col.ij. quòd text.in d.c.inter opera. facit pro consuetudine Hispaniæ, vbi si ille qui ducitur ad furcam vult ducere in vxorem vnam meretricem de lupanari, sibi indulgeretur.

geretur. idem practica Masuerij in rubr. de pœn. col. viij. versi. item in aliquibus partibus, licet secus de iure communi. l. commissum. C. de adulter. cũ similibus. vt in illa practica pro illa consuetud. facit, quia idem indulgemus Iudæo volenti se baptizare. Hadrianus Papa noster in Quodlibetis. quæstione decima. litera k. Item capiens scienter meretricem, habet saltem hoc boni, quod non decipitur. quia scit eam sic esse quòd non semper contingit aliis. item in coitu vtuntur arte quam vsu didicerunt, & maiorem præbent viro delectationem. vt apud Ouidium Sapho Phaoni: Tunc te plus solito lasciuia nostra iuuabat: Crebraque mobilitas aptaque verba ioco. idem Ouidius plura circa fin. iij. de Arte amandi. Hinc illa lupa dicebat non esse coitum, quàm in lupanari, neque potum quàm in taberna. plura prò & contrà meretrices ponit Stephanus Niger in tractatu de Græco in Latinum traducto à Musonio, de nimia obsoniorum appetentia. post medium. vidi Romæ in capella ecclesiæ sancti Gregorij sepulchrum impiæ meretricis. pulchrum & honorificum, etiam pro vna regina; cui hoc erat epitaphium: Impia cognata Romana quæ digna tanto nomine quæ raræ inter homines formæ specimen dedit. vixit annos xxvj. dies duodecim. obiit M.dxj. die decima quinta. Augustinus in cuius tamen dedecus impressum fuit vnũ capitulũ vulgare incip. O mondo cieco. Et vt paulò suprà dixi, plures sunt castissimæ. & sic succedit illud Ouidij. ij. de Arte, Parcite paucarum diffundere crimen in omnes. & dicit Sidonius lib. vij. epist. ix. seu concione. col. prima. quòd est quædam vis malis moribus, vt innocentiam multitudinis deuenustent scelera paucorum: cùm tamen è diuerso bonorũ raritas flagitia multorum nequeat excusare; & si vis videre quot castas celebrent scriptores, recurre ad triumphum Castitatis Petrarchæ. legendarium sanctorum, & tractatum de mulieribus claris Antero tæ Freg. char. xxij. qui latius in sua Valeriana lib. vj. c. j. de pudicitia & cap. vij. de vxor. fid. erga mari. Philotheus Achilinus in procem. sui Viridarij. chart. ij. frater Iacob. in Sophologio Sapien. lib. x. cap. ix. quomodo coniuges debent conniuere in amicitia. & cap. seq. & cap. xvij. de mulieribus. & cap. fin. de viduis. Hierony. cõtra Iouinianũ lib. j. c. xxvj. incip. satis abundè. & cap. seq. & in ij. parte tract. ij. epist. xl. in expositione psalmi, Eructauit cor meum verbum bonũ. Quintus Curtius epistola directa Aleti reginæ. iij. incip. Corinthij. Franciscus Bar-

barus de re vxoria. lib.ij.cap.vj. de coitus ratione.ad fin. Gilbertus super Aristot.in Oeconomicis.lib.j.cap.j. & ij. & alibi sæpe in Chronicis: ex quorum dictis & aliorum scribentiū apparet, plures mulieres castas fuisse, quàm viros: licet viri deberét esse fortiores ad resistendum luxuriæ, quàm mulieres: quia eam intra fines debitos carcerare philosophicum est, non muliebre. dixi in contrario in quarta ratione xij. inconuenientis, maximè in iuuenibus. Alber.in l.auxilium.§.j.ff.de minor. Et licet in mulieribus maior castitas, quàm in viris requiratur. glo.in l.palàm.§.quæ in adulterio.ff.de rit.nupt.Ias.in l.in arenam.colum.fin.C.de inoffic.testam.Paul.de Cast.in l.ex facto. §.j ante fi.ff.ad treb.Bauerius.§.est autem. col.ij.instit.de hæred.instit.latè Ioann.Montaigne in tractatu de bigam.vj.q. colum.iiij. vbi assignat rationem: naturaliter tamen sunt calidiores viris secundum Philosophum v.de Animalibus: dum loquitur de muliere & de equa, dicés, quòd nulla fœmina post impregnationem appetit coitum præter istas. Macrob.vij. Saturnaliorum. & in j. in cap.xj. in fin.dicit quòd mulier respondit bestias sic abstinere, quia bestiæ sunt: & Philosophus vbi suprà lib.xv.dicit, quòd mulier super omnes fœminas diligit coitum valde. & Ioann.de Platea instit.de nupt.secundo not.

Maior castitas in mulieribus.

Mulier luxuriosior.

34 dicit eas esse calidiores viris,† & maiorem capiunt delectationem in coitu, quàm viri. Aristot.parte iiij. problem.xv.& dicit Bal.in rubr.de cohab.cler.& mul.quòd mulier appetit virum, sicut magnes ferrum, & materia appetit formam. Guilielmus Monferrat. in tractatu de successione regum.char.xj. numero vj.per l.si conuenerit.§.si quis cauerit.ff.de pig.act.& Deus voluit ꝙ esset amicabilis & flexibilis naturæ, vt magis cooperaretur generationi. Et quod dicit Ioannes Montaigne in oppositum, vbi suprà, procedit non ex natura, sed quia viri habent maiorem libertatem peccandi, quàm fœminæ. omitto iudicium Tiresiæ, de quo Ouid.iij. Metamor.Ioannes Pyrrus in l. infamia.de decurionib. libro x.nec est fabulosum fœminam mutari in virum: secundum Gellium libro ix.capitu.iiij. quam rationem ponit Platina contra amores.. charta penulc. Item, vt experiētia docet, videmus eas quādoq; suffocari à matrice: licet per coitum liberari possent. Vnde tanto laudabiliores quāto sunt cōtinentes, quāto sunt sexu debiliores & luxuriosiores viris. Greg.in Valeria.lib.iiij.de abstinentia atq; continētia.dum loquitur de Minima Milesia & seq.vnde Proper-

tius dicebat: Obiicitur totiens à te mihi nostra libido. Crede mihi vobis impetrat ista magis. & suadet Thucydides.lib.ij. ingens est non ingenti vobis gloriæ nõ esse vos sexu vestro informiores, hoc est pudicas esse, cuius rei decus & dedecus nimiũ cadit in viros. Item, Virtus in infirmitate perficitur. Apostolus, quem retuli in princ. Etenim circa difficilia cõsistit virtus. secundum Arist.ij. Ethic. quem refert Ias. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. in primis verbis. Cicer. in j. Officiorum. quem refert Erasm.ij. parte Prouerb.xij. difficilia, quia pulchra. Aegidius de regimine princip. lib.j. parte ij. c.xvij. Propterea quò difficilius, eò præclarius. vt inquit Cicero, quem refert Aeneas Syluius. epist.xciij. pauci dies. Petrarcha de remed. vtriusque fortunæ. lib.ij. dialog.ccvj. de senect. circa fin. Zach. in serm. concil. Pisani. chart. penult. Bald. in suo prologo ante lect. Decretalium, qui allegat Senecam.

Quò difficilius, eò præclarius.

¶ † Secundò respondeo, licet Io. Lupus in rubr. de donat. inter vir. & vxor. chart. xlvij. col. fin. dicat, quòd adulterium est adeò detestandum, quòd nulla causa iustificari potest: quòd incontinentia muliebris non est adeò peruersa, quia etiam quandoq; habeat aliquid boni. de pœnit. dist. iij. cap. quid ergo. & vitia sunt vicina virtutibus. Anch. in disp. antiquis temporibus. col. iiij. ante medium. Ouid. in ij. de Arte. & lateat vitiũ proximitate boni. & in j. de Remedio, Et mala sunt vicina bonis &c. inquit Petrarcha. lib. ij. de Remedio vtriusque fortunæ. dialog. cxliij. de vxore impudica. † Nã mulieres reddit humiliores, secundum eum qui dicit quòd pudicitia insignis imperiosas reddit mulieres: nihil metuit, quæ sibi non est conscia. Læsa enim conscientia, fœmineum premit animi tumorem. Et sæpe obsequentior in reliquis viro est quæ se meminit impudicam. Et ibi commemorat plures non solùm imperatrices & reginas, verùm & sponsas dolorum impudicas. prout & Anteros Fregosij. chart. xiiij. 35 36

Impudicitia reddit mulieres humiliores.

¶ † Tertiò respondeo, quòd licet aliquæ reperiantur incontinentes, propter pisces malos non rumpimus retia. c. quisquis. xxiij. q. j. & qui obseruaret ventum, nunquàm seminaret: & qui obseruat nubes, nunquàm metit. Ecclesiast. xj. imò & si per fragilitatem quandoq; ceciderit, nõ est in totum damnanda si pœniteat: quia per vnum ictum non debet cadere vna arbor. Lancel. in l. j. §. fin. ff. si quis ius dic. non obtemp. Roch. in cap. fin. ij. col. de consuet. qui allegat Panor. in cap. nisi. ij. not. 37

Per vnum ictum non cadit arbor.

ff. de

ff.de offic.deleg. Humanũ enim est peccare,sed angelicũ emendare.l.Papinianus.§.meminisse.ff. de inoffic.test. quia sanctitas.l.distin.l.imperialis.post princip.C.de nup.& dicit Bald.in cap.cum te.ad fin. de re iud. Beati quorum remissæ sunt iniquitates,& quód Petrus,qui CHRISTVM negãdo deierauit, pœnitendo meliorem famam recuperauit. & licet filia peccet in corpus suum,& propterea possit exhæredari:secus tamen si se correxit.Iaf.in l.ius autem col.iiij.ff.de iust.& iur.imò postea correctæ sunt fideliores:vt §.proximè dixi, respondendo ad septimum de inconstantia. Et si dicas quòd raræ sint mulieres bonæ & cõtinentes,adeò quòd de eis non esset necesse legem condere.gl.in l.nam ad ea.ff.de legib.respondeo, quòd quo rariores eò pretiosiores.xciij.dist.cap.legimus col.fi. Cicero de Amicitia,& quidẽ omnia præclara rara.fuit dictum Xysti Pytagorici. Matthæus Bosius epist. xvij. quoniam Merlinus lib. iiij.Macaronices.circa fin.dicens, Quo plus sunt raræ,plus earum gloria maior.Sidonius lib.vij. epist.ij.incip.Oneras.circa medium.vbi dicit,quòd pudicitiam præ cæteris,& sobrietatẽ sectari,tam laudandum est in iuuentute, quàm rarum facit Plato,quem refert Io.Picus Mirandula contra Astrologos.lib.xij. cap.ij.ad fin.quòd in ea gente quæ plurimum mala est, si quis bonus nascatur, eum esse quàm optimum. facit, quia si prauus vult aliquod bonum facere, nemo melius. vt de origine idem Mirandula in Apologia.q.v.chart.iiij.& Gell.lib.ij.c.vj. nonnulli.dicit quòd nemo est tam feris moribus, quin aliquando dicat aut faciat quòd laudari queat. sufficit quòd reperiantur aliquæ bonæ:quia propter raritatem non possumus nos excusare.cap.fin.de magistris.

38 ¶ †Quartò respondeo,quòd si rectè inspiciamus incontinentiã mulierum,non illis est ascribenda,sed viris, rationibus infrà scriptis: & vadunt per illos decem gradus quos refert Io. Montolonius in suo Promptuario Iuris in verb. Ezechias. & sunt adeò pertinaces & fastidiosi cum tot precibus mariũmq; & montium promissionibus.vt Polyd.prouerb.clxxxiij. Eras. j.parte.prouerb.dccccxxij.Bauer.in §.planè ad fin. instit. de testam.milit.tótq; blanditias quæ plus ventrẽ inflant, & quàm dira venena nocent.quas solent adducere,quòd mulieres faciliter propter earum imbecillitatem corrumpi possunt. gl. in §. testes autem.vbi Bauerius col.v.instit.de testib. & de facili decipi blãditiis vel minis.Pãtaleo in repet.l.ij.C.de rescin.vend.

col.liiij.Iason in l.ex facto.col.ij.ff.de vulg.& pupil.Rosarium Busti.j.parte.serm. xxiij. litera y.quia per dulces sermones & benedictiones seducimus corda innocentum. Esaiæ v.Hadrianus Papa noster in Quodlibetis q.ij.col.penul.lib.eorum rete trahunt.id de Anania.in cap.j.de adulter.facit l.iij. si quis volentem.ff.de lib. hom. exhib. Decius in l.nemo fraudare.ff. de regul. iuris.facit l.j.§.ij.ibi.persuadere.ff. de ser. corrup. † vbi 39
rij.& quòd Publius Mæuius filiæ mandauit vt nō tantū virginitatem illibatā marito:sed etiam oscula ad virū syncera præferret.facit Aegidius de regim.prin.lib.ij.parte j.c.ix. Et propterea perditur dos.Francis. Ripa in rubr.de iudic.col.iij. Afflictus constitutione,quæstionibus.col.v. Bauerius in §.est autem.col.j.& ij.instit.de hæred.instit.tu vide Io.de Vilemati in repet.l.diuus.ff.de sicar.num.cxxxj.Philippum Deciū in rubr. C.de eden.col.j.& ex incontinentia mulieris infamatur maritus & proles. Hostien. in Summa de filiis presbyter.§.quæ est causa prohibitionis. sed Ioan.Barberij in suo Viatorio iuris. in j.parte.in rubr. de adulter. & stupro.iij.charta dicit. nos tamen Gallici qui fidem habemus de honestate mulierum nostrarum,arbitramur semper in bonam partem:& quod omnia talia bonæ & honestæ amicitiæ causa contingant.pro quo versus Ouid.relati in gloss.penulti.l.iiij.incip. si conuenerit.ff. de pact.dot.Quæ quandoq; misisse putet, quia parua videri, Tu tamen hoc quæso consule missa boni.& Ioan. Barberij ibi,pro quo Guiliel.episcopus Parisiēsis,quem refert Hostien.in Summa de præsumpt.§.penult.colū.ij.dicens, quòd pro vno bono inueniūtur x.mali,potius debemus præsumere malum, quàm bonum: maximè in adolescente,vt ibi col.sequen. dum refert Salomonem penitus ignorare viam adolescentis. in princip. illius rubr. excandescit contra iudices qui non faciunt iustitiam de adulteris, dicens quòd sunt causa magnæ discordiæ. Est verum quòd dictum Alexand. fortè procederet in affinibus:sed in contrarium videtur text.in cap.illud. de præsumpt. cum aliis adductis per Specul.in tit.de denuntiatione.§.j.vers. sed qualiter dum allegat capit.cùm in iuuentute.de præsump. Roch.in capitulo cùm non ab homine .de iudiciis.chart. viij. parua.vbi Decius colum.v. & in consilio cix. colum. penulti. dicit,quòd tunc essent inspiciendæ aliæ coniecturæ. Est bene verum quòd isti amatores dum putāt esse in his iocis plerūq; sunt vt Tantalus in aquis, de quo in vj. Aeneid. qui habebat aquas vsq; ad dentes, & tamen non poterat bibere.Præpos. in cap.rursus.qui cleric. vel vouen.columna vj. & vij. facit text. in l.hi qui.C.de apostat. Quicquid sit,à iuuene & cupido credatur reddita virgo.glos.in l.si verò non remunerandi.§.si verò.ff.mand. Præposit.in capit.commissum.colum. secunda de sponsal.etiam si promisisset de non ab ea requirendo,nisi à zo-

na suprà: quoniam postea ei zonam poneret sub calcaneis, ne fidẽ frangeret. Fulg. in l. j. § .sed quod meretrici. col. j. ff. de cõdict. ob turp. caus. vidi aliàs dubitari vtrũ vxor debeat statim notificare marito eum qui ipsam de amore rogauit, an melius sit tacere. fateor me cognouisse mulieres quæ & amatorem & literas eius marito ostendebãt, fingentes se denegasse & eum habere pro inimico, ad finem ne maritus suspicaretur seu ad auferendam zelotypiam, & tamẽ cum eo libidinem explebãt.

79 Et quia plura hincinde allegabantur, tunc ideo cogita. † Et hanc curam vxoris aliquantum diligentiorem habere debent tria genera personarum. Primũ est illorum qui se coinquinarunt cum alienis mulieribus, sciente propria vxore: quoniam ea semper studebit pares reddere vices, vt s̃. visum est. Secundũ genus illorum est qui habẽt vxores steriles: nam cùm vxor cupiat mater fieri l. ij. C. de indic. vid. tol. credunt hoc procedere culpa viri. Et ex mutatione masculi se posse concipere sobolem. Tertium genus est illorum qui sunt sponsi, dum durat illud tempus sponsalitiorum. Et communiter solẽt sponsæ prima nocte qua dormiunt cum marito eum olfacere: & si oleat odorẽ simplicitatis, seu verius bestialitatis, eum semper in posterum pro tali tractant, & deridendt. præterea cùm tempore sponsaliorum durãte puellæ incipiant ingredi libertatem, quilibẽtq; illis aduletur, propriiq; parentes eas tolerent, eo pretextu quòd asserant eas nũquam habuisse, nec habituras aliud bonum tempus præter illud sitq; facilè eas alloqui. Et sint simplices & inexpertæ de leui credentes: nam vt Philosophus ij. Rhetor. quem refert Aegidius lib. ij. parte ij. cap. xiiij. iuuenes sunt amici amatores sodalium magis quàm aliarum ætatum: quia gaudent in conuiuendo, & illa ætas maximè delectabilia prosequitur. euenit illud Ouidij in j. de Arte,

Qui debeat diligẽtiorẽ curã habere de vxoribus.

Sterilis.

Sponsi.

Mens erit apta capi, tunc cùm lætissima rerum,
Vt seges in pingui luxuriabit humo.
Pectora dum gaudent, nec sunt astricta dolore,
Ipsa patent, blanda tum subit arte Venus.

In primo anno.

Vnde inoleuit prouerbium, ꝙ vxorato in primo anno coniugij alterum dẽ tribus solet obuenire. Incendium, vel cornua, vel crux: dicunt incendium, quia in tot lucubrationibus otiosis, & ad voluptatem quæ in illo tempore eueniũt: & dominus & serui non vtuntur prouidentia necessaria seu consueta: imò somno & crapula debacchati, non aduertunt ad lumen, nec ad ignem:

Cornua, crux, vel ignis.

ignem: vnde plerunque causatur incendium. Dicunt cornua, per ea quæ statim dicebam. Dicunt crucem, quia mariti pro illo primo anno amore nouæ coniugis accensi, adeò frequentant coitum quòd ad ægritudinem, & quãdoque mortem deueniunt. propterea dicebat quidam, potius cornua, quàm crucem: hoc est mortem: quia crux deferatur in associando cadauera. †Caueant tamen isti custodientes vxores ne ipsæ de hoc 80 aduertant: quoniam minus malum esset earum impudicitiam dissimulare: vt dicit Anteros Freg. chart. xiiij. ne iustitia super eos redundet in eorum ignominiam vbi allegat illud Pisistrati: Si nocemus diligentibus res nostras, qui faciemus eas odientibus? de quo etiam Dantes in purgatorio, cantico ij. cap. xv. Nauis stultifera chart. xlix. de apertè insidias tendentibus. & lix. de secretis tacendis. & Ecclesiast. xxxij. in multis esto quasi nescius, nam qui dissimulat iniuriam, calidissimus est. glo. magna in fin. in l. j. §. dolum. ff. de dolo. & noli sapere plus quàm oporteat. sed ad sobrietatem. Apost. quem refert Lancel. in l. Gallus. §. si eius. ff. de liber. & posth. Lud. Ariostus in Orlando Furioso cantu xxxix. Chart. j. & ij. Et Erasm. in Moria charta x. quod multo felicius est sic errare, quàm zelotypiæ diligentia se conficere, & omnem domum miscere tragœdiis. facit l. doli mali. in fin. ff. de nouat. & dicunt, qui in sordibus est, sordescat adhuc. Apocal. xxij. Hadrian. Papa noster in Quodlibetis char. xix. col. j. & chart. xlix. col. iiij. litera b nec peccat qui vitare non potest, vt ibi iij. q. col. j. & allegatur, Sapientes portant cornua in pectore, & fatui in fronte. Et docet Bernardus maritum, vt de talibus non reprehendat vxorem, ne deterior efficiatur. refert & sequitur Felyn. in cap. ij. col. iiij. de calum. versi. fallit quintò. Nam quando mulieres cognoscunt maritũ de hoc aduertere, vel licentius peccant. vt Ouidius ij. de Arte. Hoc tibi profecit Vulcane, quod ante tegebãt Liberius faciũt, & pudor omnis abest. Card. Alexand. post Archid. in c. si peccauerit. ij. q. j. col. xij versi. si ergo speratur. facit Felyn. in c. scribebã. col. j. de præsumpt. imò infamatæ & desperatæ deteriora committunt. Bald. in l. j. C. de eunuchis. vel de nece mariti cogitant, & in eum conspirãt: vt de pluribus recitat Anteros Fregos. chart. xxvj. & seq. facit Ausonius lib. iij. dicens: Toxica zelotypo dedit vxor mœcha marito &c. Est ergò melius vxorẽ benè tractare, vt medicus in infirmitate, quam videt non posse curari sine magno periculo personæ: quia tunc procurat sustentare

Custodiẽs vxorẽ caueat.

ftentare naturam ne ægritudo procedat vlterius: ex quo contingit quòd natura femetipfam adiuuat. Bar. in tract. de tyranno. q. x. facit, quia fi vitium vxoris corrigi non poteft, ferẽdum eft. Gell. lib. j. c. xvij. Xantippe. Alter dicebat quòd timor pœnæ coërcet à malo. Papa Hadria. nofter in Quodlibetis q. iiij. col. ij. Hoftien. in fumma de clerico percuffore. §. in quo cafu.

81 ad finem. ¶ †Septimo ꝙ impudicitia mulierũ fit viris afcribenda. probatur, quoniam aliqui mariti fcientes illud Ouidianum in iij. de Arte, quòd ex muliere Mille licet fumant deperit inde nihil. nõ curant de vxoribus, nec volunt eis fubuenire pro victu & veftitu. vnde paupertas cogit illas meretricari. Et malefuada fames. vj. Aeneidos. Et etiam aliquæ timentes fenectam: Fac tibi fuccurrant iuuenis quæ feceris ipfe. vnde dicuntur aliqualiter excufari, fi exercent peculium fuum. l. palàm. ff. de rit. nupt. Aeneas Syluius epift. xcix. inter alia, necefsitas itaque legem non habet. glof. in l. j. ff. de offic. conful. in verb. expedire. dicam ꝙ. eft enim egeftas neceffarium malum: quia viro efurienti neceffe eft furari. Vlrich. Huten. in dialogo, Aula. pag. xxij. & feq. itẽ illa ruftica dicebat quòd pauperes nullum aliud paffatempus habẽt quàm copulam. ¶ Octauo probatur, quia aliqui funt mariti qui libenter comedunt panẽ vnctũ. Et indigentes quærunt pecuniam ab vxore: quam fi non præftet, verbera minantur. vnde habeas quærit nemo: fed tãtum oportet habere. Et quid non faluis infamia nummis: vt inquit Iuuenalis. glo. in regula Cancelar. l. ad fin. Guilielmus Mara epiftol. xxix. quid fcribam. Et non folùm tranfeunt fub difsimulatione: imò ipfimet perfuadent quòd adulterium cum principe, vel cum præfule. nec eft pudor, neque peccatum. contra Barbat. in

Licet mille fumant nihil deficit.

82 clem. ne Romani. §. cæterũ. de elect. Dicentes, †quòd licet honeftatem in modico violare propter magnum commodum fauorum vel diuitiarum, quas inde confequuntur. Lancel. in l. j. col. iiij. ff. fol. matr. Et ita intelligunt illud Genef. cap. xij. circa fi. & Anterota. Fregof. char. xv. & char. xl. & feq. Et fic more agricolarum magis concupifcunt lucrum quàm honorẽ, quia eis delectabilius eft laborare, quàm principari. fecundum Philofophum in vj. Politic. quod tamen fiendum non effet. l. miles. §. focer. ff. de adult. l. Iulianus. ff. fi quis omif. cau. tefta. Barba. lib. j. confi. xxix. illud. col. xj. Cardin. in cap. detractores iij. q. v. & Zabarel. confil. liiij. illud. col. xiiij. Iaf. in l. reprehendenda. iij. not. C. de inftit. & fubftit. cum fimilibus vt dixi fuprà in ifto

Licet honeftatem violare pro vtilitate.

Magis cupiunt lucrũ quàm honorem.

isto & sic septimo contrario, in j. conuenienti. dicuntque illud Erasmi parte j. Prouerbior. dcccxix. lucrum pudori præstat: & postquam mortalia nunquam censore carent, melius est sic errare: quia non est saxum in caput redundans, ideò facilè negligendum: quia tantum noxæ affert, quantum sentitur. quid lædit si totus populus sibilet: modo tu te tibi plaudas: & cur vocandi miseri, quando sic nati sumus, sic instituti, sic conditi, eaque omnium sit maritorum sors: nihil autem miserũ quod in suo genere constat. sunt verba Eras. in Moria chart. xiiij. & xviij. nec debet ita esse horrendum quod quotidie fit. l. iiij. ff. de sponsal. in fin. Et ista tãdiu timebantur quamdiu rara erant: nunc autem multitudo tollit pudorem. secũdum Senec. in tractatu de benefic. lib. iij. char. ij. c. j. plures: quia multitudo peccantium consuetudinem facit: præsertim in tua ciuitate. vnde Terram quam pergis cape mores quos ibi cernis. gl. in l. iij. in princ. de mune. & honor. Et cùm fueris Romæ, Romano viuito more. Roch. de consuet. charta. xxxv. in fin. col. iij. Et quòd adulterium est de minoribus. cap. at si clerici. §. fin. de iudiciis. Ioan. Fab. instit. de pub. iud. §. item lex Iulia. de adulteris. præsertim quando iam mulier prægnans est, cui alius fœtus superaddi nequit. vt in Macrob. xj. Satur. circa fin. de illa quæ vulgò se prostituebat, & patri filios similes procreabat. Facit Baptista Pius in annotationib. variis char. v. cap. incip. Augustinus. dum agit de verbo, superfœtare. Sed non aduertunt quòd non minus ardebunt qui cum multis ardebunt. c. multi. in fin. secunda quæstione ij. Gellius. libr. x. capitulo xix. incessebat. Lucas de Penna in l. fine. col. iij. C. de exact. & execut. libr. xij. imò quando talia cùm principibus fiunt, citius populo innotescunt, cùm per plurium manus transeant. vt Cancellarius Parisiensis Ioannes Gerson. iiij. parte in serm. ad regem Franciæ. col. xxv. de delectatione voluptuosa. vbi inter cætera adducit illud de Mida, Auriculas asini quis non habet? facit Steph. Canuti in regim. castitatis. char. xiij. in rubr. quare in proceribus & magnatibus tanta lues actus Venerei existit. vbi & col. anteced. inuehit contra reges. Hinc Romæ magister Pasquill. in Gallia farce, seu comediæ. hæc enim inuenta sunt ad corrigendos errores principum. vt in epist. ante comœdias Plauti. Et Isocrat. in oratione de bello fugiendo. incip. omnes quidẽ, chart. iij. in toto opere. est col. xvj. & charta. vlti. subiicit, propterea quòd regibus peccandi licentia est minor quàm in qui-

busdam priuatis. nam, Omne animi vitium tantò conspectius in se Crimen habet, quantò maior qui peccat habetur. xv. q. j. cap. nulli fas. late Felyn. in c. cùm quidam. col. j. & duabus sequentib. de iureiur. Corradus in tractatu de schismate. cap. iij. col. j. dixi inter feudalia Bruni, consilio. xij. col. xij. Hadrianus Papa noster quodlibet. ij. est chart. xxij. col. j. & quodlibet iiij. est charta. xxxviij. col. ij. & Sapient. vj. potentes potenter tormenta patientur. refert Hadrianus in quodlibetis. q. vij. in prima fine argu. col. iij. & aliquando prædicatores publicè in faciem principis, vt Claud. in Monarchia Franciæ. libr. j. cap. ix. & Card. Papa in epistolis, char. cclxxij. epist. incip. patet. char. ij. dicit, quòd delictum principis omnibus patet: & propterea fugere debent mariti talem infamiam lenocinij propriæ vxoris. nam licet, vt dicit Ioan. in d. l. reprehendenda. in ij. notab.
83 †quòd debeat plus puniri qui delinquit, quàm qui præcepit delictũ: vterque tamẽ puniri debet. & allegat illud vulgi Tantum peccat qui præcipit, quantum qui facit. Caueant ergo tanquam ab igne etiã si sibi daretur magna res, vt colligitur ex dictis Cicer. post medium iij. Offic. dum damnat illud Etheoclis: Si violandum est ius, regnandi gratia violandum est, aliis in rebus pietatem colas. de quo in annot. variis. charta. ccj. Baptist. Pius in posterioribus. cap. xxviij. & Iac. Bon. in prælectione ad Boet. col. ij. & tanquam exitiale prouerbium damnat Papa Pius contra Sigismundum epist. vj. chart. vj. & Card. Papien. epist. dclij. incip. O Mantuane. chart. iiij. dicẽs, illud prouenisse ex Phœnissis, & esse turpe gentibus, Christianis infame, Dei verò sacerdotibus sceleratum. Et facientes seu patientes talem iacturam honoris propter lucrum meritò dici possunt homines nomine, non re. Panor. in c. prudentiam. j. not. de
84 offi. deleg. nec aduertũt† quòd nil miserius quàm propter nũmos Deum cõtemnere. c. duo sunt. xij. q. ij. & quòd honor non potest pretio nummario æstimari. Bald. in c. j. de vita & honest. cleric. & est maius bonum epistola. quamuis ante repet. Marasceti de constit. lib. vj. Et contra tales facit quod in simili inuehit Cyn. contra Alberic. in l. iij. C. solut. matri. quòd propter commodum proprium à directo tramite obliquatur, chariorem bono & æquo pecuniã existimantes. facit Nauis Stultifera char. xliij. de lenocinij fatuitate Aeneas Syluius ad Socyn. quẽ refert Bon. in tractatu de nobilitate ij. parte. col. fin. Itali tamen solent honorem præferre commodo: vt inquit Paulus de

Citadinis in tract.de iure patr.in vj.parte in j.q.est chart.xvij. Cepol.de imper.mil.delig.chart.xj.col.j.dum loquitur de authoritate.& Bon.in tract.de nobilitate ij. parte. col.penult.& meritò,vt visum est in illo Bon.de quo ponunt Moderni apostilantes.Bart.in l.quod senatuscõsul.ff.de liber.agn.post Bald. lib.iij.consi.lix.verba.qui Pontifici asserenti se eius patrem,'& propterea ei velle dare multas diuitias, respondit: Non placeat Deo : quia mater mea fuit bona domina, non meretrix. Mater mea bona domina. viderat fortè glo.in l.archiatri.C. de profes.& med.lib.x.quæ dicit,quòd melius est seruire pauperi honestè,quàm diuiti turpiter.& Gell.lib.xiij.cap.iiij.incip.in plerisque.vbi refert matrem Alexandri cum eo cõdoluisse,quòd se filium Iouis nuncuparet,quasi ipsa fuisset eius pellex. & Petrarch.recusauit Cardinalatum,quem cum lenocinio sororis poterat acquirere: vt eius cantilena xix.incip.mai non vo piu cantar.& Bald.in cap. innotuit.iij.col.de elect.qui dicit, quòd illud quod non potest fieri sine blasmo bonorũ virorum, dicitur esse aliqualiter præter bonos mores. non immeritò igitur contra tales maritos inuehit Iuuen.inquiens: Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso. refert Præpos.in c.significasti.j. not.de diuor.pract. Papiés.in for.lib.quo vx.agn.ad dot.quem refert Surgetus in Enchiridion militaris disciplinæ.char.vj.qui cõsentiunt adulterio vxorum suarũ,& claudunt oculos:dicuntur patroni turpitudinis, & nullius reputationis esse debent inter personas honestas,& cõtra eos,tanquam cõmittẽtes vitiũ cõtra naturã, quia patiãtur carnẽ suã diuidi in partes,inuehit Ioan.Lupus in cap.per vestras.de donat.inter vir.& vxor.char.lxxx. col.j.vbi copiosè & moraliter loquitur.nõ refero quia liber habetur im pressus.Ex istis igitur octo rationibus patet incontinẽtiã vxorũ procedere à viris:vnde qui causam dãni dat, damnũ dedisse videtur.l. qui occiderit.§. penult.ff.ad leg.Aquil.c. si culpa.de iniu.& dam.da.Discat ergò in authorẽ pœna redire suũ.l.pen. C.de lega.Et sibi imputẽt si volunt extendere illud prouerbiũ, Omnia amicorũ sunt cõmunia.Pla.in Timæo,quòd Erasmus tradit pro primo.& Polydorus prouerb.cxxxij.Cicer.ante medium.j.Officiorũ.Rosariũ parte.j.serm.j.litera R.in vita Virgilij,post mediũ.Cyn.in l.quisquis col.ij.C.de adulte.cap.j.& ij.& viij.dist.Præpo.in procemio quarti Decretal.ad fin.Philel.decad.x.satyra iij.incip.maximus secundum cap.dilectissimis.xij.q.j.vbi extenditur etiã quo ad vxores.sed glo.ibi excipit

pit prçter quàm quo ad vsum carnis.& ratione ponit ibi Cardin.post Aristotel.in iiij.col. & sic facientes irridet Præpos. in dicto procemio seu epistola ante iiij.Decretal. & Gilbertus in
85 quæstionib.post secundũ Oeconomic.philosophi.char.iiij.dãnat Platone volente liberos & mulieres esse cõmunes † Et non ascribant tale vitium vxoribus: quoniã turpe est doctori cùm culpa redarguit ipsum.gl.in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §.oportet.in l.sed si hac.§.prostituta.ff. de in ius voc. Delictũ enim vxoris hoc ideo debet imputari magis viro, quia vir est caput vxoris.l.ex ea parte.§.j.vbi Ias.colũ.j.ff. de verb. oblig. Paul.de Leaz.q.iiij.incipi.patronus.col.vj. Et dicit Apostolus quem refert Lãce.in l.fratres.C.de pac.quòd si quis suorũ, maximè domesticorũ,curã non habet,fidẽ negauit,.& est infideli deterior.Nic.Boërij.in consi.de custodia clauiũ portarũ. colũ. x.Hadri.Papa noster.quodlibet.iij.est char.xxviij.colum.iij.& nisi doceamus,tenemur,vt ibi chart.xxj.col.iij.& Ias. in l.si res obligata col.penult.de leg.j.dicit,quòd nulla est pastoris excusatio si lupus comedit ouem:quia ipse tenetur inquirere.de ouibus suis.Pet.Subert.in tracta. de vinea Dumini. vij. parte.cap. xv.facit Nicol.Boërij in tract.de custodia clauium portarum. chart.iiij.colũ.ij.Ripa tract. de Peste.char. lxx.num. dxxj.frater Lud.Viualdus in tract.de Veritate contri.chart. cxxxv.de prima circunstantia personæ:vnde dicit Card. in clem. penul. col.j.de sentent.excõ.Ang.in l.fin.ff.de custod.reor.non immeritò ergò aderat cõsuetudo Parisius & in Catalonia. quàm refert Io.Montaigne in tract.de bigam.q.ij.col.xj.nam in Catalonia vir cucurbitatus etiam si sit ignorãs soluit fisco solidos xl.& Parisius ducitur per vicos ab vxore retrogradus super asinum,precone clamãte,Qui sic faciet,sic accipiet.Ad has igitur ignominias & suspiciones euitandas, debent mariti auferre omnes occasiones de quibus supradictũ est,& fugere cõuersationem illorũ quos habent suspectos de vxoribus suis, nec ab eis aliqua munera capere,propter illud prouerbium,Qui vult adulterare vxorẽ,prius adulteret eius maritũ:nam cõuersatio viri præstat introductionẽ ad eius vxorẽ:imò aliqui ita transformant vocẽ mariti quòd vxor credit illũ esse maritũ suum.
86 Bauerius in §.sed hæc quidẽ col.ij.instit. de testam.† Et nulla pestis est efficacior ad nocendũ, quàm familiaris inimicus.gl. in l.j.ff.ad Sillan.Odof.in l.defensionis.ante fin.C.de iu. fisc.libro x.in l.sciãt.circa mediũ. C.de his qui ex pub.rat.eo. lib.&

Turpe est doctori&c.

Vir caput vxoris.

Cõtra cornutos.

in rub.col.iij.& l.fi.col.fin.C.delator.eod. lib. ideo nostra intereſt habere inimicos longinquos.Bal.in l.fin.per illũ tex.C. de pact.inter empt.& vend.Platina in vita Honorij,dum loquitur de Florẽtino,& qui recipit inimicum in familiarẽ,dicitur nutrire murẽ in pera:ſerpentẽ in gremio : & igneẽ in ſinu.cap. & ſi Iudæos.extra de Iudæis.Decius in c.cũ adeò.ad fin. de reſcrip.hinc Helena Paridi:Eſſet vt hoſpitij merces iniuria tanti Qui ſic intrabas hoſpes an hoſtis eras ? Igitur guarda a chi te fidi.Bald.quẽ refert Igneus in repet.auth.ex cauſa.col.xx.& Eccleſiaſt.xj.nõ omnem hominẽ inducas in domũ tuam:multæ ſunt inſidiæ doloſi,& poſſunt dici proditores. Alex.lib. vj. conſi.xiij.cõſideratis.nu.viij.& propterea docet Sapiens:Cùm coniux tibi ſit,nec res & fama laboret,Vitandum ducas inimicum nomen amici. Auferẽda etenim eſt materia delinquẽdi.l. conuenire.ff. de pac.dot.Iaſ.in l.iij.iiij. not.ff. de iureiur. frat. Iac.in Sophologio Sapient.lib. iij. cap.viij. & tribus ſeq.quomodo vitãda eſt mala vita. & li.vij.de voluptate carnis.& lib. viij.cap. vj. de continẽtia Eccleſiaſticorũ. Et propterea effuge cum poteris ne cõſenſiſſe puteris.gl.in cap.ad id quòd.de ſpõſal.quia,vt inquit Quintil.quem refert cõmentũ Petrarchæ in triumpho.Famę.c.iiij.†non ſolũ cauendũ eſt à malo:ſed etiã à 87
ſuſpicione mali.l. ciuile.C.de fur.vbi Salyc. in j.not. & Ouid. in ij.de Arte:Famáq; non facto crimine crimẽ habet.facit ratio l.cõſenſu.§.vir quoq;.C.de repud.& l.quintus.ff.de donát. inter vir.& vxor.Papa Pius epiſt.iij.ad ducẽ Mutinæ.circa fin. & Cæſar Pompeiã repudiauit,Quãdo meam,inquit,neq; ſuſpicionibus obnoxiã eſſe oportere cẽſui. Plutarchus in vita Cæſaris.col.vj.cap.in omnibus.lxxxj.diſt.cap.quia periculoſum.de ſent.excõ.lib.vj.vbi Coſta.iij.not.Cyn.in l.ij. per illũ text. C. de interd.mat. Præp.in c.ſignificaſti.j.not.de diuort. Iſern. in c.j.§.porro.col.iij. allegãdo Apoſtolum. quæ fuit prima cauſa ben.amit.Imò & à ſpecie mali.Corn.lib.ij.cõſi.cxvij.multa.litera d.Inſtructio Eccleſiaſticorum char.iiij.in fi.& char.xij.Et quia bona eſt cõſideratio volentis prouidere caſui qui euenire poteſt.licet nõ eueniat.c.quãto.de diuort.cum ſim. vt Io. And. in addit Specul.in tit.de arbitrio.§.ſequitur de quibuſdã. col. xiiij.in addit.incip.nihil.& quę dixi inter feudalia Bruni conſil.xij.col.xx.facit Aegid.lib.ij.parte.j.c.xix.Et exponẽs ſe periculo peccat, Hadr.Papa noſter in quodlibetis.char.xiiij.col. j.& ij.& char.xvij.col.ij.in propoſito pulchrè Lucas de Penna

in l.lenones.col ij.C.de spectacul.lib.xj.Quando autem vides vxorem tuam captam amore alterius: muta domicilium, vel eam ducas ad castrum, vbi cum minori sumptu & securius viues.secundum Bald in l.executorem.col. viij. ver. sed pone.C.
88 de exeq.rei iud.†Quia absentia est dissolutio amicitiæ. secundum Philosophum.quem refert Erasm.ij.parte Prouerb.xxvj. multas amicitias silentium diremit.& Amedeus in dialogo de amicitia.chart.ij.dicit quod qui ab oculis distat, procul est à corde.Et Albericus in Dictionario.in ver.locus. dicit quòd mutatione loci,mutatur mentis affectio.lxxxj.dist.c.valet.Præterea dicit Apuleius in iij.Apologia,quòd vxor ad prolem multò auspicacius in villa, quàm in oppido ducitur,& ibi frui potes ea delectatione quam ponit text. in cap. nūquam.de consec. dist. v.Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam Elicit illa cadens,rauca cum per leuia murmur Saxa ciet, scatebrísque arentiá temperat arua. & omnes nobiles debent habere quatuor domicilia, secundum quatuor tempora anni. seu saltem duo. Bald.in cap. dilectus filius.col.fi.de rescrip. Et si es pauper,certè in ciuitate cum eo periculo moraris,quo pisciculus in mari,propter multitudinem magnorum. Non tamen quis debet in rure morari in die Paschatis, Natalis Domini, nec in Quadragesima.cap. nulli ciuium.de consec.dist.vlt.nec aliàs,licet sit nobilis, si tamen moratur toto tempore in villa,dicitur rusticus.Io. Montolonius in Promptuario Iuris in versic. rusticus. Non tamen stent tantum in villis quòd possint dici rusticani.Ias.in l.fi.C. de testam.in §.item Seruiana.instit.de act.habetur in oratione Isocratis impressa ante Herodotum Halycarnasseum de pulchritudine Helenæ. Et si habent vxores prægnantes, ducant ad pariendum in ciuitate ad hoc vt filij possint admitti in consil.& aliis honoribus ciuitatis: puta collegio Doctorum, & similibus.quia quandoq; sunt statuta,quòd non admittantur in consilio vel collegio, nisi sint origine propia, vel paterna de ciuitate licet ille qui est natus in castro, vel villa, quoquomodo subdita dominio ciuitatis, censeatur de patria & de dominio,licet talis locus haberet iurisdictionem separatam.Paul.de Castro consil.cxxxiiij.notandum.col.v. Angel.per illum text. in l.j.C.de metropoli Beryto lib.xj.in j.additione.ad Bart.dicens quòd est nihilominus subditus.facit Ias.in l. si fideiussor. §.j.iij.not.ff.qui satisdare cog.facit text. in l.quisquis in prin. C.de natur.liber. Si enim soluit censum, dicitur subditus.Bal.

in

in d.l.quiſquis.tex.in cap.ij.de cenſ.Fely.in cap.ad audiẽtiam. col.v.de præſcript. Et licet eſſet exẽptus quo ad aliqua, debet tamen reuerentiam ciuitati.Rom.ſing.cccclxx.epiſcopus.facit Barb.conſi.clxxxix.incip.ciuitati.colũ.fin.vj.dubio. Vnde ortus in tali loco ſubdito comprehenditur in ſtatuto.etiam diſponente,quòd non admittatur in collegio ſeu in cõſilio:niſi ſit de origine propria vel paterna de illa ciuitate. & ita in terminis Bal.in j.vol.conſi.xlvj.incip.ſtatutum. quẽ ſequitur Iaſ. in l.huiuſmodi.§.legatum.ff.de leg.j. Et cõfirmatur iſta opin. per id quod vult Peruſ.in c.j.§.j.col.ij.de vſu.lib.vj.per illum text.in ver.de cæteris:vbi dicit, quòd alicui non dicitur quòd nõ eſt ciuis,vel alienigena licet ſit ortus ex diuerſa terra: quãdo illę ambæ terræ ſunt ſub eodẽ dominio immediatè:vide tu Iacobũ de Beluiſo in authent.quib:mod.natur.effi.ſui.§.illud autẽ.col.ij.vbi Ang.in §.ſi quis igitur.el.ij. Iaſ.in l.fi.in princ. C.de teſtam.Pau.de Caſt.lib.j. conſi.lxxxv.viſis dictis ordinamentis.Nizelum concord.Bar.ccxv. Bologninum in Theodoſiana:in verbo,nec ſuos ciues.eſt char.ij.Alexand.lib.vj.conſil. xcix.numer.viij.incip.viſa inquiſitione.& cxlviij. viſis quæ in themate.not.vij. Secundo confirmo ex deciſ. Ang. in l. eadem ff.de aſſeſ.relata per Iaſ.in l.imperium.ij.col.ff.de iuriſ.omniũ iud.col.vij.verſi.iij.quæro.vbi licet vnũ caſtrum habeat omnimodam iuriſdictionem,non tamen per hoc dicitur eſſe diuerſum à ciuitate dominante,quando habeat vnum tantùm ſuperiorem: quia nati in vico exempto, per hoc non deſinunt eſſe de ciuitate.Paul.lib.ij.conſi.cccvij.incip.videtur.Et ille qui eſt ſubditus Romano imperio, eſt ciuis Romanus inſtit.de patr. pot.& de nupt.in prin.quod extẽditur ad alias ciuitates:vt Prępoſ.in c.ius Quiritũ. l. diſ.maximè quãdo talis vicus eſt ſitus in patria.Bart.in l.iij.C.de natur.lib.& ibi Bald. Et ex cõmuni vſu loquẽdi ille locus capit denominationẽ à ciuitate: q̃a idẽ eſt dicere Bononienſis, quod ortus Bononie. Bart.in l.j.circa medium.ff.de tut.& cur.dat.ab his.Felyn.in c.ſignificãte. iiij. col.de reſcrip. Et natus in prouincia dicitur ciuis originarius. Bart.& latius Rayne.in l.prouinciales.ff.de verb.ſig. & appellatione ciuiũ veniunt illi de comitatu,de diſtrictu, & de territorio,Panor.in c.Rodulphus.ver.venio ad tertium. de reſcrip. & illi de pertinẽtiis.Gemin.& Doct.in d.cap.j.§.j.de vſur.lib.vj. Doct.in rub.ff.ſolu.matr.& fortè illi de diœceſi. Alex. in apoſtil.ad Bart.in l.ij.ff.de verb.ſig.facit,quia quãdo duo ſic ſe habent

Natus in villa dicitur originarius ciuitatis.

bent quod vnũ, lato sumpto vocabulo, venit appellatione alterius, subsistente eadẽ ratione in vtroq; : tunc statutum loquens de vno, intelligitur etiã de alio. Barb. in Ioannina. colũ. xxxiij. Brunus in tract. de statutis excludentibus mulieres à successione. viij. artic. q. xij. Socin. in l. j. col. iij. ff. de vulg. & pup. in l. j. §. veteres. col. ij. ff. de acquir. pos. facit,

89 †quia in materia fauorabili appellatiõe ciuitatis, venit comitatus. Pan. cõs. xliij. ex omnibus. col. iij. vers. ij. moueor. lib. ij. Imò hoc procedit etiã in materia indifferenti. Rom. consi. cccclij. visa principali. col. ij. ver. abesse. pulchrè Aret. consi. allegato in apostil. ad Alex. in l. in prouinciali. §. si publico. ff. de oper. no. nunt. potest videri, Socin. in l. ciuibus. ff. de reb. dub. Panor. lib. ij. consi. lj. in quæstione Raynerij. col. penul. Quòd autẽ materia sit fauorabilis, patet: quia talis interpretatio reducit nos ad ius commune. gl. in c. statutũ in ver. numerandũ. de præben. lib. vj. cum sim. vt. j. dicam circa fin. quomodo sit in dubio iudicandum. Et tale statutum est ambitiosum: Bald. d. consi. xlvj. Corn. lib. iij. cõs. cxxvj. in præsenti. Felyn. in c. ex literis. col. j. de consti. Suadetur ex rationibus quas ponit Cicero in oratione pro Sylla. chart. iij. Dum se defendit quòd esset peregrinus, & natus in municipio. Et August. Dathus lib. ij. oratione xlvij. incip. caput orbis Roma. Valerius Max. Nec obst. quòd in statutis verba sint strictè intelligenda & propriè. in l. iij. §. hæc verba. ff. de nego. gest.

90 †Quia respõdetur, quòd imò etiam comprehẽdit ea quæ sunt de lata significatione: quando est identitas rationis: vt Barbat. in d. Ioannina. colũ. xxxviij. cum concord. proxi. allegatis. Secundò respondetur quòd quando vnum cõtinetur appellatione alterius, dicitur esse de propria significatione vocabuli, non ex interpretatione. Bart. in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postul. & quia dubitat Fely. in c. peruenit. col. j. de testib. ego & in

91 rubr. de fide instrum. col. ij. ideo. †Tertiò respondetur, quòd quando casus fictus & verus æquiparãtur à iure, statutum procedit etiã in casu ficto. c. ad audientiam. de cler. non resi. Fely. in d. c. Rodulphus. colũ. x. de rescrip. Cepol. consi. xiiij. incip. pro declaratione. col. j. sed ciuis Comitatensis. Et ciuis ciuitatis non differunt origine. Bart. in l. j. col. ij. ver. quæro, aliquis est natus. ff. ad municip. & consi. clxvij. incip. dubia occurrentia. ver. præterea. & patet ex prædictis. Nimirum ergo si habebit locum in casu isto: & etiam statuta debent intelligi secundum ius cõmune. l. ij. C. de noxal. Et satis est quòd talia statuta

operen

operētur quātū ad natos in alieno territorio. Plus etiā dicebāt plures, ꝙ si pater forte iuisset in officiū ad aliā ciuitatē, ex quo habeat animū redeūdi ad patriā originis filij nati in illa ciuitate in qua gerit officiū, vel alia qua trāsit, dicetur natus in ciuitate vñ pater discesit, nō in ea ꝑ quā trāsit vel vbi gerit officiū. Lāc. in l. hæres absens. §. ꝑinde. ff. de iudi. in l. cætera. de leg. j. Fely. quē latè refert Iaf. in d. l. huiusmodi. §. legatū. eo. tit. pro qua vidi plures cōsuluisse: licet Iaf. post Alex. ibi videatur cōtrariari. Postquā aūt maritus adimpleuerit omnia sibi incūbētia, taliter ꝙ nihil posit sibi ascribi etiā si mulier voluerit esse meretrix cū prohiberi nō posit, vt Philel. deca. j. satyra ix. incip. Claude fores. post Iuuen. & alios præalleg. Nauis Stultif. chart. xlij. de obseruātibus mulieres. & nō posimus obseruare catulas quas dū calidæ sunt ligatas tenem⁹, ne à cane turpi cooperiātur: qūo ergo mulieres sensu & malitia vigentes quas catenatas tenere nō possumus, nisi faceres eas deferre bracherium ferreū, vt vidi Venetiis. sed si fures prohibere nō posset, quātominus amatores: itē quātus pudor. auth. multomagis. C. de sacrosanc. patet ex multis nouellis Bocacij. Et exēplo quod ponit Lud. Ariostus in Orlando furioso, cantu xxvj. de Flameta, quę in medio duorū iacēs in lecto tertiū eis insciis admisit ibi dē. Et sic saltē apud graues viros nunquā reputabitur pudor aliquis marito: quia nihil nouū sub sole, vt dicebat Anaxagoras. & Eccles. j. quē refert Petrar. epis. xxx. de vniuerso, &, id cōmune malū, semel insaniuim⁹ omnes. Et, acta agis, Polyd. prouerb. lxxxiij. & Eras. quē retuli. s. char. proxi. in Moria. xiiij. & xviij. vnde solatiū est miseris socios habere pœnarū. Bar. in tracta. virginis cōtra Belial. col. j. Odof. in l. quātū. C. de muner. pat. libr. x. Et patet ex illo Romano cum rege Papiæ, de quo in Orlādo furioso: quia † spiritus peruersi difficile corrigūtur. &, 92 stultorū infinitus est numerus. Eccles. j. Nauis Stultorū: & stultitia mundū regit. Eras. in Moria. dixi s. proxi. in viij. ratione de maritis comedentibus panem vnctum. Et dato ꝙ isti iuuenes eum irrideāt cum suis versibus. de quibus infrà, videlicet,

Cornigerum canimus populum, qui cornibus aptis
Iam nomen toto sparsit in orbe suum.
Bacche mihi faueas, Fauniq; fauete bicornes:
Et quicunq; sua cornua fronte gerit.
Non tamen hæc habuit propriis virtutibus arma,
Ne foret absq; armis nupta puella, dedit.

Regnum nobilius, populo numerosius omni,
Non minus & toto corniger orbe tenet.
Nam quacunq; patet tellus lex Iulia dormit:
Et solus vigilat cornua quisquis habet.
Sed si cornigeri qui sunt numerúmve requiras?
Ante scias qui, quot sint, quibus vxor erit.
Crede mihi, nam vera cano, quæcunq; mariti
Nomen habet, summa cornua fronte gerit.
Non credis, nam fortè tibi non ducitur vxor:
Duc, & me cernes nil nisi vera loqui.
Túncq; tuum subitò ducta speculabere magnis
Vxore ornatum cornibus esse caput.
Sæpe timens vxor tibi desint arma, parabit
Quàm tecum veniat cornua longa prius.
Esse virum patitur nunquam sine cornibus vxor,
Hæc modo non desint, dote carere volet.
Cætera vult potius proprio quocunq; deesse
Cornua quàm desint prouida nupta viro.
Sola hæc cura placet, sola est intenta labori,
Vnde queat quo vel cornua habere modo.
Templa petit, non vt veneretur numina diuum,
Quæritat vt crescant cornua longa viro.
Sedula per totam non vna emittitur vrbem,
Vt noua vendentem cornua quærat anus.
Sæpe dabit socio nullum cornutus habenti:
Nec priuatus erit cornibus ipse datis.
Atq; aliis tradet sociis (mirabile dictu)
Qui penitus totis cornibus ecce caret.
Credere quid dubitas? experto crede Roberto,
Cornibus ipse carens, cornua multa dedi.
Regula fallit in hoc certe quibus illa caremus,
Nostris quòd sociis non dare posse refert.
Hoc quoq; non minus est mirandum, fronte latere
Cornua, difficile est noscere si quis habet.
Dura cutis prohibet geminus de vertice ramus
Prodeat, hoc propter cornua nulla patent.
Non tamen hoc dubita sine cornibus esse maritum
Quenquam, nam lateant, fert tamen, illa licet.
Nanq; duo tanquam contradictoria sunt hæc,
Vt coniux sis, & cornua nulla geras.

Hæc tibi cum primum tunc tradita noueris arma,
  Qui tibi præstiterit cornua,redde citò.
Ingrati nomen fugias,si reddere possis:
  Et si non poteris reddere,posse cupe.
Immeritò vinci nunquam patiare ferendo:
  Ceperis & quanta cornua plura dabis.
Exemplum à tellure petas:quàm acceperit omnis,
  Terra ferax semper reddere plura solet.
Ne rogo despiciet sortitus cornua quisquam:
  Gaudeat at potius cornua quisquis habet.
Cornigeri gaudete precor pôrtare coronam
  Vos talem digni,numina vestra cano.
Vos estis lunæ(modo non impleuerit orbem)
  Persimiles etiam cornua luna gerit.
Vos etiam signo quod Titan mense Nouembri
  Ingreditur,similes nouimus esse magis.
Munere nam data sunt vxoris signa coronæ
  Instar,quæ regibus similes esse facit.
Vos fore prædixit reges natura,sed ipsa
  Tam grandes fieri sors mala sæpe negat.
Ferrea qui facitis desistite tella magistri:
  Tellorum species extat in orbe noua.
Ingeniosa suo coniux dat arma marito
  Quælibet,vt quò vult hac ope tutus eat.
Cornutus quocunq; ierit non pergit inermis,
  Vt possit tutus quolibet esse loco.
Magna cano:quoniam spatio si temporis vllo
  Contigerit superas vos habitare domos,
Consurgent superi cernentes sede coronas:
  Cedet vbiq; Deus,cedet vbiq; dea.
Sed si sors eadem quæ reges esse negauit
  Sedem fortè poli vos habitare neget:
Non vobis metuenda manet vos regia Ditis;
  Cornigeris blandus corniger esse solet.
Cornibus his igitur quidnam secure timebis?
  Dic mihi quæ numerum maxima turba dices?
In terris tibi blanditur tota iuuentus:
  Vxorémq; tuam te magis omnis amat.
Si linquens terras etiam conscendis Olympum,
  Quilibet ex superis cedit honore tibi.

Te quoq; Tartareas ieris si deniq; sedes,
  Suscipiet te Dis in sua regna libens.
Tanto cornigerum numero quod regia Ditis,
  Quòd cœlum pateat totáq; terra puto.
Cornua vel recipit vel dat quicunq; sodali:
  Est aptus Veneris dulcia castra sequi.
Sæpe putans etiam solum dare cornua, multum
  Propter & id gaudens solus vtrunq; facit.
Parcite, cornigeri, faciant si carmina finem.
  Ingenium superant cornua vestra meum.
Imperium sensit, reges sensere potentes
  Cornua, sic qui nos frontibus arma gerunt.
Hæc igitur cuncti veneremur cornua: quæ, qui
  Euadent, solos arbitrer esse Deos.

93 ¶ †Vnico verbo respõdere poterat, & vos similes expectatis honores, si sustentaculũ senectutis & conseruationẽ specierum volueritis: quia cedimus, inq; vicem præbemus crura sagittis. Eras. ij. part. prouerb. diiij. & vt dixi in quarta ratione, ꝙ incõtinẽtia mulierum viris sit ascribẽda, adulter quod fecit expectet, vel prout iuuenibus corrigẽtibus seniũ: quia nisi ipsi iuuenes moriãtur, ad illos limites & ætatẽ incedere oportet semetipsos: ergò derident: etenim plures sunt cornuti in herbis, quàm canonici in verbis. Rota in nouis decis. ccccxlv. si legatus. ante fin. Roch. in c. cum M. de cõstit. super gl. antepen. collegium Bono. pro monachis contra canonicos. colũ. antepen. ¶ Nõ obst. ix. scilicet alij infiniti sinistri mulierũ mores: quia idem est viris: quia & omissis traditis à natura quia de his nequeũt vituperari. vt s. ad vj. fundamentũ, nullus defectus repẽritur in muliere, quin & in viris, propter volubilitatẽ liberi arbitrij: licet Deus illã nobis dederit cum grano salis, id est conscientiæ. Bal. in c. nisi cũ pridẽ. col. fi. de renũt. Et qui damnant omnes mulieres, omnibus displicent. latè Albertanus lib. ij. de cõsiliis dandis. col. pen. & tit. seq. de laudibus mulierũ. pulchrè & breuiter Mirabilis liber prophetiarũ. char. xxvj. c. viij. inci. ò auditores prȩcolẽdi, omnis ætas prona ad malũ. Gen. c. viij. in fin. Bald. in procem. Decretaliũ. Pauinus in tract. de visitatione. char. j. col. iiij. Barb. in §. quoniã nulla. v. not. in procem. clem. & ibi in fin. illius §. allegat rationẽ. & in clem. j. de sum. Trin. ad fi. princ. Luc. de Penna in l. quicunq;. col. iiij. ver. xix. præsumitur. C. de Apoch. pub. lib. x. alleg. tex. in c. omnis ætas.

xij.q.j.Fely.in c.dudū.col.v.de præsump.c.cū esses. vbi Barb. in fin.v.not.de testam. & in Ioannina.col.clxxv.& clxix .Vanguel.in procœmio Breuiarij clem.cōclus.ij.ratione etiam assignat Matthæus Bossius in tract. de tolerādis aduersis. Et nemo est qui nō erret. Paul.de Cast.in l.quāuis rationes.per illū tex. ff.de cōdit.& demonstr.nec est de hoc mirandū.Io.de Selua in tract.de beneficio.j.part.q.ij.col.ij.vers.circa tertiū.Brunus in feudalibus cōsil.xij.col.xix.Aug.Dath.lib.ij.epistola ix.incip. cùm mihi antehac.est chart.lxj.hinc Horat. Heu vitiis nemo sine nascitur.optimus ille est qui minimis vrgetur;imò quotidie sumus deteriores.Petrarcha epist.xlj.studeto.& xxj.nō miror.& Host.in summa de testam.§.quot sint species.col.j.allegat Ecclesiast.vij.† Virū ex mille vnū reperi.& bis vix nascitur 94
in quingētesimo anno sicut Phœnix,quæ est auis in Arabia, secundū Bald.in c.quoniā abbas.de offic.deleg.licet Philelphus in epistolis.char.lxxxij.incip.de phœnice. dicit ꝙ ipse opinatur nullū esse. Et Aegid.de regim.princ.lib ij.parte ij.c.xix. dicens ꝙ cōmuniter quasi omnes viri sunt proni ad malū.Syluester cōtra Lutherū.char.cxxij. & cxxiiij.& dicit Bal. in procœmio Gregoriano.circa princ.ꝙ omnis caro de facili corrūpit viā suā,quia lubrica est,maximè in iuuene.Flor.in rub.ff.finiū regundorū.Gemin.in cōsil.char.pen.in serm.ad clerum.incip. Clama ne cesses.Barb.in c.quod clericis.col.xvj.de for.cōpet. Non est qui faciat bonū,nō est vsq; ad vnū.frater Hierō. Vicecomes de obligat.Papali.q.ij.col.iiij.Et nemo sine crimine viuit.c.septies.xx.distinct.Felyn.in c.nouit.in fi.col.antepen.de iudic.tex.in c.si enim aliquis.de pœn.dist.ij.Mar.de Laude in c.si quis post.§.qui clericus.ff.de feud.fuer.cōtrouer.ratio est, quia malū est facile:bonum difficile.vt inquit Philosophus ij. Ethic.quinq; rationes ponit Io.de Selua in tract. de beneficio. j.part.q.ij.& sordes humanæ infinitæ sunt.quæ nec dici,nec numerari possunt.l.fin.circa princ.C.de præscript.xxx.ann. Propterea dicit Panorm.in c.qua fronte.col.fi. de app. quod si gl. quæ ibi dicit quod propter peccatū homo citius moritur,procederet generaliter,nullus homo ferè remaneret in mūdo.pro quo Ouid.quē refert Rosarium Busti j.par. serm.x. litera q.in fin.Si quoties peccat homines sua fulmina mittat Iupiter exiguo tempore nullus erit.Sed vide Guil. Rouille in trac. de descriptione iustitiæ.lib.ij.c.xvj.de morte.col.iij.Hadr.Papa noster in Quodlibetis.ad fin.Et etiam dicit Cardin.in clem.j.de

sum.Trin.ad fin.princ.quòd plures damnabuntur, quàm saluentur: licet quidam responderet illi authoritati, Multi sunt vocati &c. quòd Christus loquebatur Iudæis: secus de Christianis. & ex pluribus suprà & infrascriptis potes videre quot vitia regnent in hominibus: & ex versibus magnifici Domini Philippi Vagnoni, quos infrà in fine subiiciam, ne hic faciam nimis magnam parenthesim: ideo sileant obloquentes de mulieribus. Sed nemo est tam malus, quin habeat aliquid boni: &

95 ecõtrà. de pœnit. dist. iij. c. quid ergò. † Et habẽt mulieres infinitas prærogatiuas quas viri nõ habent: quæ copiosius scriptæ

Mulieres nõ scribũt.

comperirentur, si mulieres scriberent vt viri faciunt. secũdum Senecam de consolatione ad Martia. cap. fin. clamantem propterea, quàm multarũ egregia opera in obscuro iacent. & in c. præceden. enumerat plures virtuosas mulieres: vt & Campanus. lib. ij. epist. incip. quereris, & me hercle. Rosarium Busti ij. vol. serm. xxviij. part. ij. litera e. Matthæus Bosius epist. v. nuper chart. iiij. Petrarcha epist. xxvj. sunt. & lxxj. mos. dixi suprà respondendo ad fatuitatẽ mulierum: & est vna oratio in earum laudem in Margarita poëtarũ. versus finem quæ incipit, maxima & amplissima. est char. clix. vnde eis nõ deficit ius, sed probatio. l. duo sunt Titij. ff. de test. tut. propterea inquiebat illa illustrissima & prudentissima & eloquentissima Margarita Titia, cum aliquando verbis superari videretur à viris: Nõ enim hoc euenit, quia ius non habeam: sed quia illud dicere nescio. Imò plures etiam si sciant, nolunt dicere ob reuerentiam, & ne displiceant hominibus quibus postea facile est vincere, nõ repugnantes. secundum Cicer. quem refert Lancel. in l. si seruus. §. j. de leg. j. vbi allegat illud: Optima nam nullo causa tuente perit. Et fortè melius esset vt se defenderent: quia non debet quis esse subditus plusquam expediat. c. admonẽdi. ij. q. vij. Cyprianus de authoritate ecclesiæ. chart. viij. nec debet quis pati quòd se contemptibilẽ reddat. Bald. in l. nec quicquam. §. circa aduocatos. ff. de offic. proconsf. & leg. & te vt Cæsarem non habebo, nisi habeas me vt senatorẽ. c. esto subiectus. xcv. distinct. Luc. de Penna pulchre in l. j. C. si curial. vel cohart. relic. ciuita. lib. x. Barbat. lib. j. consil. lxiiij. col. fin. Item sunt aliqui qui nõ

Margarita Titia.

Nõ sis subditus plus quàm expediat.

96 attendunt illud Philosophi, quòd † prudentis est vnumquodq; examinare prout rei natura requirit. refert Gemin. in c. statutum. el ij. de hæret. col. j. & pro qualibet febricula non est recurrendum ad apothecam. Bald. in cap. adeò. col. j. de rescript. & qui

qui omne leue vitium volunt facere maximum,prout si quando est iuxta virum,rideat, vel canit cum vtroque instrumento. Odof.in rub.C.de rep.vel quæ mingit ita sonorè quòd canes irritat.vt Petrus Iacobi in practica,in titu,de pauperie,vel etiã si mulier se inebriat quotidie.nam dummodo seruet matrimonialem pudorem,non est crimen atrox. glos.in l.j.§. taceat.C. de rei vxo.act.Bertach.in tract.de episcopo.char.xxxj.col.iiij. Barbat.in cap.quoniam.§.in aliis.num.xxxv.vt lit.non cõtest. licet pugnat: licet difficilus mulier quàm vir inebrietur. Macrob.vij. Saturnal. Et vbi est ebrietas, nullum latet secretum. Angel.in l.quæ adulterium.C. de adulter.hinc, Fœcundi calices quem non fecere disertum? glo.in cap.à crapula. de vita & honest.cler.vide Philosophum j.œconom.lib.j. cap.v. Et quomodo bibendum & medendum ebrietati, latè Pet.de Lesnaudiere in tract.de Doctorib.iiij. parte.q. lxij. vbi per quatuor chart.& multum debemus naturæ de istis duobus liquoribus, vino scilicet & oleo. Lancel.in l.ij.§.j.ff. si cert.peta.plura tradit Celestina in laudem vini. Actuum ix.incip.porta. chart.ij. de ebrietate.Seneca ad Lucillum lib.xj. epist.j.In toto non est. lxxxiiij.incip.singulos.& in lib.de tranquill.vitæ,circa fin.frater Lud.de Veritate contrit.in tract.de gula.Polydorus Prouerb.cclxxj. vino obumbratur.Aegidius de regim.princip.libro ij.parte ij.cap.xij. dixi suprà in limitatione quorundam, arguendo† cur ætas nunc breuior.dicit tamen Lancel.in au- 97 then.quod locum,col.fi.C.de collat.quòd peccatũ gulę est ma ius ludo & re Venerea:ebrietas tamẽ si assidua fuerit, est mortale peccatum.xxv.dist. cap.vnum horarium criminis.Hád.Papa noster in quodlib.q.vj.est chart.lv.in princ.vide etiam in libro gallico Iardin de plaisance, chart.cxcij.vbi refert iudicatũ per arestum contra dicentes mala de mulieribus : & in lingua etiam gallica Guill.Coquillart in lib. Des droitz nouueaux. in Le debat des Dames,& des armes.in libro Le tropt tard marié. & de La louange & beaulté des Dames. & Le purgatoire des mauuais maris.c.ix.vbi latè quam pœnã ibi inter cæteros sufferat Matheolus bigamus propter illud opus quod composuit contra fœminas:& in libro.Iaduocat des Dames de Paris allans aux Pardons .vbi respondet cuidam prædicatori. Et Gilbertus in quæstionib.post librum secundum Oeconomicorum Philosophi, chart.iij.arguit Carmelitanum de illa ecloga,Fœmineum seruile genus &c.& in libr. Carceris amorum.

ante fin.cap.Theseo homo. & duobus seq.vbi per xv.rationes inuehit contra dicentes malum de mulieribus. & in c. seq. adducit xx.rationes quibus homines tenentur mulieribus.& Lancel.l.Titia. §.qui Marco.ff.de ann.leg.appellat mulieres reuerendissimas,charissimas, & sanctissimas. pro eis plura Valerius in oratione quam habuit pro abroganda lege Opia. vt apud Liuium decade iiij.in princip.libr.iiij. Et Romulus statuit, vt mulieri deambulanti prior à viro locus concederetur. Vdalric.in l.ij.ff.de orig.iur.col.viij. Barbat.in rub.de consuetud.col.v. & videmus † quòd virginitas mulieris trahit vnicornu animal ferox, & plura in laudem mulierum aggregauit frater Bernardinus de Busti in ij.par.sui Rosarij. serm.xxviij. in iij.parte. sub litera e.licet in parte præcedenti aggregauisset plura in contrarium.Et si dicas quod decepit, non vicit mulier viros, quorum tantam cateruam legimus: quia vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes.Ecclesiast.c.xix.Respondeo, quòd decepisse permittens tantùm peccat quantum deceptus. c.si cupis.xvj.q.j.imò sunt viri qui decipiunt.tot exempla in exemplis Ouidij.item Iac.Butrig.volebat etiam decipere vnam vetulam quæ sibi vẽdidit medietatẽ ficuum,quia volebat omnes diuidere per medium. refert Ias.in l. rogasti.§.si seruus.ad fi.in l.singularia.col.ix.ff. si cert.pet.quænam stultitia Samsonis totiens decepti, qui adhuc causam mortis propalauit illi mulieri.Iudic.xvj. Item eorum qui ab amica acceperunt Morbum Gallicum.& iterum ad eam redeunt?quid mirabilius de eo qui temporibus nostris fuit ad amicam recusan. quia haberet pestem in inguine, & nihilominus coiuit & mortuus est die crastina?Præterea nónne etiam lemures qui decipi nõ possunt capiuntur pulchritudine mulierũ? Imò Deus optimus maximus ob pulchræ & decoræ filiæ Hierusalem immaculatam virginitatem generi humano,sibi infesto pepercit, & homo factus est? Rom.consi.fi.col.pen.in tract.de fide cathol. chart.viij.col.iij. versi.hucusq;.† Et etiam inter homines quotidie ob matrimonia inimicitiæ sedantur. Et mille milliũ hominum vitæ parcitur: vt ob Iuliam inter Cæsarem & Pompeium.facit Aegid.de regim.princ.lib.ij.parte j.c.x. & inter Romanos & Sabinos.Alberic.in Dictionario.in verbo,tributum. frater Gregorius Britanic.serm.nuptiali.xxvj.& si mihi. char. ij.& serm.xxviij. censeo.& volue & reuolue scripturas quascunque & inuenias si potes virum qui esset purus homo, qui possit

Pro mulieribus. (margin)

98 (margin, at "tud.col.v. & videmus †")

99 (margin, at "chart.viij.col.iij.")

Matrimonia faciunt pacem. (margin)

posſit aliqua in parte comparari illi beatiſsimæ & immaculatiſsimæ virgini Mariæ etiam ſine menda originali conceptæ de cuius laudibus ob tenues vires meas dicere non audeo, cùm turpius ſit frigidè laudare, quàm vituperare. Gell. lib. xix. cap. iij. turpius. dixi ſuprà in fin. contrariæ opin. Ad authoritates poëtarum, Reſpondeo, quòd laſciui ſunt. lxxxvij. diſtin. cap. ſacerdotes. & cap. legant. & c. ideo prohibetur. & xxxvij. diſt. per totum. Roſarium Buſti. ij. parte ſerm. ix. litera v. Angelica in verb. curioſitas. Paulinus in tract. de viſitatione. ix. q. ij. partis. col. viij. eſt chart. lxxj. Bertach. in tractatu de epiſcopo. j. parte. lib. ij. q. xlvij. & ſeq. Petrus de Leſnaudiere in tract. de Doct. iiij. par. q. xiij. & qualis oratio, talis vita. Polydorus Prouerb. lxxxij. & Eraſmus v. parte Prouerb. dxlviij. & veritas animi in vita & operibus diſcernitur. x. Ethicorũ. & ex abundantia cordis os loquitur Luc. vj. Felyn. in rub. de fide inſtrum. col. j. & ex ſermonibus cognóſcitur homo cuius mentis ſit. gl. in l. hi qui. §. fi. ff. de tutorib. & curat. dat. ab his. Et cancellarius Pariſienſis iiij. parte. ſerm. iij. Dominicæ de aduentu, contra luxuriam. litera c. & litera f. & latius in ſuo ſpeciali tractatu cõtra ipſum Romanum edito, eſt in antepenult. quinternio. iiij. partis. dicit ille qui compoſuit Romanum de la roſa, niſi egerit pœnitentiã, eſt damnatus in inferno: ſed eum pœnituit, vt patet in eius teſtamento Gallicè compoſito. in princip. intitulato, Teſtament tum magiſtri Io. de Meung, vbi dolet quòd cõpoſuerit illud, excuſans quod fecerit in iuuentute. & contra Romanum vide alium librum Gallicum, poſt medium, qui nuncupatur Le cheualier aux Dames. & contra Poëtas impudicè ſcribentes, vide Carmelitanum, qui pulchrum tractatum edidit in verſibus: licet ipſe multum excuſet eos in ſua Apologia ante Parthenices Marianas. incip. quoniam fortaſſe Mapheus Vegius de educatione liberorum, dum dicit Virgilium non compoſuiſſe Priapeiam, eſt lib. ij. Bertachi. vbi s. idẽ vult Lõgolius in ſua defenſione Romæ habita. incip. quòd. c har. xj. † vbi enumerat plura 100 opera falsò aliis aſcripta. Idem tenet Politianus in centuria j. c. lix. & in annotatis variis. chart. cxxviij. c. xlj. & clvj. c. cliiij. Et de lecturis Barto. Iaſ. in l. omnes populi. in primis verbis. ff. de iuſti. & iur. Claud. in repet. l. vt vim. col. fi. cod. tit. adde tempore noſtro idem de eius lectu. ſuper Inſtituta. quia ille ſcholaris qui vendidit exemplar impreſſori mihi dixit, quia in fin. inueniebat iſtam dictionem Barto. credidit eſſe Bartoli: ſed

non credo, quia ille erat discipulus Ioan.Fabri, vt colligitur ibi in §. sed si pater.instit.quib.mod.ius pat.pot.sol.propterea fortè potuit esse lectu.Bartholomæi de Nouaria,quam allegat Ange.de oblig.quæ ex delic.col.ij.Calcialup.in repet.l.omnes populi.colum.viij. Lau.de Rodulphis in tract.de vsuris.char. xviij.col.iiij.Et vidi in libro antiquo practicam quæ nunc imprimitur. nomine Panor.inscriptam nomine alterius authoris:idem de fallētiis Socyn.vt mihi dixit dom.Bernardinus de Landriano, cui venetiis primo delatæ fuerunt. vt patet in primo fol.iij. vol. consiliorum Socyn.primo loco impressorum Bononiæ. vbi iurauit nōn esse suum opus, & velle agere iniuriarum contra impressorem, & contra Martialem. Erasmus Prouerb.vlt.Auris Batauа.facit & cōtra Poëtas Matthæus Bosius epist.xj.incip.sæpius.& Vdalr.in l.ij.ff. de origine iur.col. xlviij.& dicit Barbat.in c.Rodulphus.col.xvj.de rescript.quòd ex iussu Platonis poëtæ expelli debent de ciuitate, & sunt ad omnia pro libito laudanda seu vituperanda temerè insolentes. vt de Dante Bertolomus Beneuolentius de origine vrbis. Sene.chart.xiiij.licet pro eis. & etiam contra legistas & theologos Aeneas Syluius epist.xiiij. aderat.& Nouellæ Bochatij & aliorum sunt fabulæ,vt patet intuenti.& Bal.in l.nec patronus.circa finem.C.de bon.liber.Et eorum ineptias latè ponit Iosephus in epistola ad Epaphroditum,impressa post suum li-

105 brum de bello Iudaico.† Præterea poëtarū proprium est mentiri.frater Iacob.de Marchepallu.in tractatu de animabus incolentibus purgatorium . ad fin.& Philosophus j.Metaphisic. quòd multa mētiuntur poëtæ. & August.in j.de Ciuitate Dei: dum loquitur de Virgilio.dicit quòd præclarissimus fuit,more tamen poëtarum mentitus est. Erasmus secunda parte prouerbiorum ccj.mentiuntur multa cantores. ideò poëtæ damnant Lucanum,quòd non scripserit fabulas sed historiam. Seruius,quem refert Ascensius super illo Catonis; Telluris si fortè velis. Codrus serm.ij.chart.iij.facit Horatius in Poëtica,dicens, Pictoribus atque poëtis. Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. Fortun.ff. de iustit.& iur.col.xlviij.glo.penult. in cap.quanto.de iureiur.Item sunt suspecti propter id quod dicere nolo.Bart.in l.cum vir.ff. de adult.Aristot.in problem. vbi conciliator.Auic.in xx.fen.iij.canonis.dum agit de coitu. in cap.de albuttate. dicit quòd in veritate sunt prostratæ animæ malignæ naturæ, & malæ consuetudinis & complexionis.

Poëta mēdax.

facit

facit Mancinellus libr.j.serm.seu tit.viij. Lucas de Penna in l. fine.col.iij.C.de exact.& exec.lib.xij. Barbat.lib.j. consi.lxiiij. scribitur.& duobus cōsiliis seq.in annotatis variis.chart.cxvj. Baptista Pius cap.xij.vnde si isti maledicētes de mulieribus dicunt quæ non debent, honestum & æquum est quòd audiant quæ non volunt.xiij.q.j. cap.ecclesia.§.quibus autem.& Dantes in tractatu Inferni, vbi loquitur de Prisciano. Et communiter malè finierunt vitam suam.vt Dardanus in elegia contra poësim.patet in consil. Iuuenalis in satyra,Credo pudicitiam. & in vltimis capitulis Manganelli. Nec iuuat excusatio Martialis, Lasciua est nobis pagina:vita proba est.Et Ouidij dicētis,Crede mihi mores distāt à carmine nostro: Vita verecūda est,musa iocosa mihi.Et Hadrianus in epitaphio Voconij.Lasciuus versu,mente pudicus eras. facit Anteros Freg.chart.xx. Ascensius super illud Catonis,Multa legas facito. quia respondet Ioann.Franc. Mirandula in epistola quam ponit ante librum quem edidit legendum pueris.in verb.vide ij.orationē Beroaldi in princ.Propertij, quam transcripsit Quintianus dum inciperet comœd.Plauti.Et hoc scribebāt quoniam amica sua fortè nolebat eis complacere, vel zelotypia vrebantur: quoniam tunc desperati insaniunt, nescientes quid dicant, & componunt desperatas, dicentes; Sepe precor mortem, mortem quoq; deprecor idē.Host.in summa de deposito.§.vnde dicatur. circa fin. Et postea vno solo aspectu benigno reducuntur ad pœnitentiam:& petunt millies veniam, & laudant amicas.vnde testi vacillanti seu vario non creditur.Imò debet torqueri.Bald.in authen.presbyteri.C.de episc.& cler.ij.not.Nicellus in procem.contrarietatum Barto.& sic male dicendo de eis reddunt se ingratissimos: quod est magnum nephas, vt in locis vulgaribus. & vltra Valerium & Valeriam Guilielmus Mara oratione vj. incip.donec.† & ingratus non dicitur moraliter viuere.l.fin.C.de inoffic.test.vbi Flor.quia rarò quòd 102 Poëtæ habeant ingenium adeò perspicax ad inueniendum & fingendum argutas fabulas,nisi cum ab amore excitantur. Petrarcha cantilena xxxviij. incip.quæ lo anticho. nam vbi intenderis ingenium, valet. gloss.in §. illud quoque antiquitas. in authentica de exhib.reis. in verb.aduenientibus. Et de tali ingratitudine in operibus Lidij Cati Rauennatis conqueritur Lidia, vt in responsione libelli. item cùm sentiatur ingenij lassitudo, quæ nō minor est quàm corporis licet occultior

indig

indigemus recreatione & solatio. Felyn. in cap. lator. de homicid. j. not. Cacialu. in tract. de ludo. colum. ij. Matthæus Bosius epistola xl. tuis. ad fi. ideo non est tantum studendum quòd fastidiaris nimis exemplo stomachi quem nimio cibo vis reple re. Fely. in c. j. de magi. col. j. facit Albertanus in rubr. de otio fugiendo. remediũ igitur potissimũ habetur ab ipsis mulieribus: nam excitatur otio vigor & omnis tristitia quæ cõtinuatione pertinacis studij adducitur, fœminarũ hilaritate discutitur. secundũ Senecam in procemio declamationum. Et species mulieris exhilarat faciem viri. Ecclesiast. xxxvj. Platina cõtra auaros char. ij. facit Luc. de Penna in l. j. C. de ma. & ma. lib. xj. Henr. Boich in c. clerici. in fin. iiij. col. de vita & honest. cler. in j. dist. Hippol. not. ciij. varietas. & Malleus maleficarũ, in loco allegato pro contrario, etiam plurimas authoritates adducit in fauorẽ mulierum. Et Philelphus decade. ij. saty. x. incip. qui finem: inuehit contra nolentem ducere vxorem: meritò postea illi congratulatur, quãdo eam duxit. decade. iij. satyra. v. incip. duxisti. & decade viij. satyra. ix. incip. Antonij. vbi pulchrè & moraliter docet qualis vxor esse debeat, & qualiter tractanda, & gubernanda: & decade vj. saty. iij. incip. annua. & decade. ix. satyra. viij. incip. dicat. deflet apprimè vxorẽ defunctam, prout & Pontanus in libello de Prudentia, in tit. de vita perfecta. tir. med. fuit Põtanus dignissimus scriptor inter humanistas modernos. & in suis lapidinis Pastoralibus in Meliseo: licet lugere defunctos procedat ex pusillanimitate, nec debeant lugeri. secũdum Bauer. in §. item furiosi. col. fin. instit. qui testa. fa pos. vbi moraliter loquitur pro mulierib⁹. latè Petrus Paulus Phatinus de tradocio de transtulo dominarũ, vbi punctualiter re-

Deflet vxorem.

103 spondet ad sonaleum mulierum. ¶ †Nec meretur solutionem illa fatuitas, quòd dæmones remanserint in corporibus mulierum. Nec illæ septem mulierum proprietates artium per sapiẽnia: quoniam sunt verba vulgi sine ratione loquẽtis. Barb. in c. cũm non ab homine. col. xx. de iudic. ver. vnum tamen est. frater Isidorus de regim. princip. lib. iij. cap. vj. & emittentis verba. vt capresuræ pater noster. Lãcel. in l. j. col. antep. C. de pact. facit l. si dictum. in princ. ff. de euict. ideo deridẽdum est, quòd ratione non fundatur. Bald. in procemio feudorũ col. j. c. ratio nulla. de præben. & quod ratione caret extirpandũ est. c. corepiscopi. lxviij. dist. vnde succedit illud Lauræ apud Petrarcham in triumpho Mortis. c. ij. Risposc mentre al vulgo drieto vai:

Vulgus.

ideo

ideo vanæ voces populi non sunt attendendæ.l.decurionũ.C. de pœn.pulchrè Lucas de Penna in l.j.col.vij.C.de impon.luc. descrip.lib.x. Et non attenditur fama quæ à talibus prouenit personis.Alex.in l.de minore.§.plurimum quoq;,vbi Hippol. col.xix.ff.de quæstio.facit Nauis Stultifera chart.lj. de non curando detractiones hominum. Biblia Aurea c.cvij. de populi mobilitate.facit Seneca epistola.xciiij.circa fin.& xxix.de Marcelino.facit Seneca epist.xciiij. circa fin. Et dicit Polycraticus lib.vij.c.xx.in fi.quòd qui multitudinis imperitæ consiliũ vel populare iudicium sequitur, fructus boni nec iocunditaté nec memoriã habet.facit Barb.in proœmio Clement.§. quoniam nulla ij.not.Bal.in rubr.C.si quis aliquem testa.prohib.in consil. schismatis colũ.iij.vnde Philel.deca.iij. satyra.j.incip. iure quidẽ.dicit, Heu vulgi insanas mentes sensúsq; rebelles. & satyra.x.linquẽs ignaui murmura vulgi.¶†Nec mentitur,dum 104
dicit quod sunt sanctæ in ecclesia: quia nemo negat quin sint Sanctæ.
magis deuotæ & magis misericordes, quàm viri:vt dixi respõdendo ad sextum scilicet ad fatuitaté.col.j.post Rosarium Busti.parte ij.serm.xv.litera I. Nec dum dicit eas Angelos in accessu; quia pro veritate earum pulchritudo & venustas hanc comparationẽ meretur.quo ad quid præsertim propter earum verecundiam.c.honorantur.xxxij.q.ij.in fin.facit Seneca epist. xj.incip.locutus.¶Dæmones in domo:quia clamant aliquando: ideò serui allegant Catonem, Sepe etenim mulier quem coniux diligit, odit.Sed nõ sic est:sed quia muliebre officium est habere curam domus,& cõseruare diuitias,vt.s.in x. ratione.pro ista parte oportet quòd ipsæ videant, corrigant, & clament.Franciscus Barbarus de re vxoria lib.ij. cap. vij. de cura domestica,vt suprà dixi,Clama,ne cesses.& illud Apostoli, obsecra,increpa.& Psalm.Irascimini, & nolite peccare. Humbertus in Sacrilegio char.viij.in ver.corrigi & puniri. Viri autem vt plurimum extra domum negotiantur,& veniũt ad mensam paratam.Ideo non habent causam tantum clamandi sicut mulier: quoniam omne peccatum seruorũ & ancillarum maritus ascribit vxori, quæ singula sigillatim conspicere & corrigere habet. ¶Dum dicitur quòd sunt Bubones in fenestra, oloquuntur: nam & si mulieres quas natura.pudor non omnibus perperàm sese manifestare concedit.l. optimam.circa med.C. de contrah.& commit.stipul.& non debet esse fenestraria. Benedictus de Plumb.in l.j.col.pen.C.de commeatu.lib.xij.Ideo non

Angeli. Dæmones. Bubones.

non licet vagari,quia viri diceret illud prouerbium, Dona pia zola non fa bona proua cap.ij.de iudic.lib.vj.Afflictus constitutione, mulieres.& omnis ostentatio non caret suspicione, vt inquit Symmachus philosophus. facit prouerb. cap. vij. frater Antoninus de Florentia in procem. tractatus de matrimonio col.penult.versic.iij. debet esse rara.aliquando se ponant ad fenestram, ne sint omnino carceratæ, & fortè videntes aliquem magnum dominum transeuntem,se retrahunt in domum.non est vitium,stante verecundia muliebri conueniente,vt.s. ¶ Picas in porta eas esse oportet: quoniã in omnibus etiam minimis, & cum mulieribus rusticanis mercãtur ista necessaria ad victum: vbi pro vno ouo mille verba facere oportet; sed hoc est gratia laboris viris alleuiãdi. Non excuso ea ratione quam assignant Galli in suis responsis iocosis, scilicet quòd mulier sit loquacior,quod est maximũ vitiũ.Gellius lib.j.c. xv. quòd sunt leues,quia habent duo ora, & plures linguas: viri autem prudentiores,quia habent duo capita.vel vt Cichus Asculanus lib.v.cap.xj.quòd est quia mulier fuit de costa Adæ. Ideo plures costæ vel ossa semper faciunt strepitũ:de quo Felyn. in c. dilecta.ad fin.de ma.& obe.facit Aegid.de regim. princip.lib. ij.parte.ij.c.xxj.& est fatuum dictum quòd non possint missæ inseruire,quia nunquam perficeretur KirYeeleyson, quia semper velint esse vltimæ ad loquendũ.& Biblia Aurea cap.lxxix. de loquacitate mulierũ & Albert.de vita huma.lib.ij.col. viij. quòd garrulitas muliebris id solùm celare nouit quod nescit. & ibi.& in c.seq.de laude mulierum.plura pro eis dicit. laudo tamen quod obseruent Francis.Barbarũ de re vxoria. lib.ij.c. iij.de mulierũ sermone.ego plures viros vidi loquaces, quàm mulieres:licet oporteat eas clamare aduertendo ad has minores impensas,ne sæpius factæ substantiam consumant.v.Polit. Phantinus de tradocio in transtulo dominarum.col.x.versi.se tu chiami.nam licet istæ modicæ impensæ sint quasi spernẽdæ. gl.in l.si quis à liberis.§.si mater.ff.de liber.agnos.quæ loquitur de castaneis & lacte.Ang.in l.fin.§.in computatione.colũ.j. C.de iure delib.vbi de impensa carnium oleris & porrinæ, vt de eis credatur libro tutoris cum iuramento.Ias.in repet.l. admonendi.ff.de iureiur. col.xlvij.dum loquitur de libro rationum:tamen ex quo quotidie fiunt, plura modica faciunt satis. secundum August.Ioan.de Vilemati in repet.l.diuus.col. pen. ff.de sic.num.clxij.facit Felyn.in cap. qualiter, & quando.el.ij. col.iiij.

Pica.

col.iiij.de accusat.vbi Aret.in col.xj.Barb. in c.ex parte col. x. de cõsuetudine.Et qui spernit modica,paulatim decidit.Eccle siast.cap.xix.& paulatim lupus comedit ouem.dixi inter feuda lia Bruni.consi.xij.colũ. xiij. Ergo eas loquaces esse oportet, prout & sunt viri vbi non expedit.Codrus sermone.xj.magna chart.j. ¶ Capræ non sunt in hortis, Imò hortorum optimæ cultrices.Et si non habent in domo,faciunt in capsa vel figulo, quem ponunt ad fenestras, licet hoc non liceat, ob periculum ne cadant & noceant itinerantibus.Ang. in §.item is. instit. de oblig.quæ ex quasi delic. & plus damnificabit vnus vir hortum,quàm tres mulieres, menstruatas excipio quoniam menstruum super herbam stillans eam occidit.secundum Solinum de Mirabilibus Mundi.chart.iij.c.iij.Ioan.And. ad Spec.in tit. qui fil.sint legitimi.§.j. in prin.col.iij. Platina cõtra amores. char.fin.Et tamen Seneca in lib.de beneficiis chart. penul.ver. excusare dicit quendam staurum illud bibere. & dum menstrua habent,non patiuntur mulieres podagram Codrus serm. vj.chart.iij.sed est defectus naturæ non mulierum: vnde propterea nec laudari nec vituperari debent.vt suprà dixi,respondendo ad quintum fundamentũ partis cõtrariæ.¶ †Ad illud 105 mendosum & fatuum obiectum,quòd sunt fœtor in lecto, secundum Aphrodiseũ parte ij.problem.xxvij. Plautum in Mustellaria,respondetur vltra Phantinum de tradotio in transtulo dominarum,col.xx.versi.tu dic.& seq.quòd de hoc non habent querere mariti:quia mulieres secum dormire non cogũtur.Portius in §.fin.instit.de donationib.Sed viri bene fœtẽt, quia immundi sunt:& eis conuenit labor, & munditiæ conueniunt mulieribus.vt Marius,quem refert Sallustius in Iugurthino.Petrarcha epist.xxxvj.fides,ob quem laborem homines habent appetitũ magis acutum,& quasi caninum.ideo non comedunt, imò deuorant cibos. Et sic cùm prima digestio non fiat congruè in ore, generatur inde oris & anhelitus fœtor.l. quæ clauũ.§.is cui.ff.de ædil.edic. facit Philelphus lib.v.epist. j.quam scribit Catoni sacco. & nescio vnde isti talia commenti sunt in mulieres, quarum nullam ego vnquam cognoui nisi amœnam,& suauem odorem, sicut cinamomum & balsamum aromatizãtem & spirãtem quasi myrrham electam dare suaui tatem odoris.Sunt enim mundæ & propterea iura & communis vsus loquendi appellant mundũ muliebrem, ea quæ deputata sunt ad munditiam:quoniam illa propria est mulierum.l. Mundus muliebris.

j.&

j.& l.Plautius.& l.in argento.§.j.l.argento.§.mundus ff.de auro & arg. leg. Catel.j.parte Memoral. versic.mundum muliebrem.Et in ij.parte Memoral.in versicul.vndones.licet frater Martinus Luther in declamatione de quarto præcepto Dei dicat,quòd appellatur mūdus propterea quòd multas res requirit:vt videtur probari ex dictis Bocacij Nouella.viij.de d. Blācha Flore vbi describit lasciuum & iocundū balneum,vnde nisi mulieres viros mundarent,nónne erugo,tinea,scabies, pulices,cimices,pediculi,plati,& aliæ innumeræ immunditiæ & reptilia plura quàm ea quæ enumerat Petrus de Lesnaudiere in tract. de Doctoribus. iiij. parte.q. lxxxvij. & Petrus Leo Vercellensis in Leonea, in epigrammate, rigent ampula musca legitur &c.viros infestarēt,roderent,atq; consumerent,cùm ipsi nesciant vnde initium sumere ad se mundandum:quicquid dicant receptæ Petri de Lesnaudiere,vbi s. Et experientia docet, in domibus carentibus mulieribus,in quibus inspice mapas & alia quanta vnctuositate & nigredine rigent. Et licet ex prędictis clarè liqueat cōclusionem aliorum suprà positam esse minus veram : vt tamen auferatur omnis dubitatio, Respondebo breuiter & succinctè pariter ad ampliationes quas faciebāt ad

106 hanc eorum conclusionē. ¶ †Non obstat ampliatio prima de paupertate:quia imò vxor adiuuat cōgregare diuitias : & ipsæ sunt illæ quæ eas cōseruant : vnde non minor est virtus,quàm quærere,parta tueri.gl.in l.si pater.§. in arrogationibus. ff. de adop.l.j. in princ. super verbo posita.C.de Iustin.Cod.confir. imò maior virtus videtur in conseruando quàm in acquirendo:nam acquisitio expeditur momento seu saltē non eget tanto interuallo temporis,prout conseruatio, propterea Lucanus in j.Inuidia fatorum series,summísque negatum, Stare diu, & postea infrà eod.O faciles dare summa deos, eadémque tueri Difficiles.Gilbertus super.j.Oeconomicorum.cap.vj.col.j.ratio est propter continuum metum perdendi. & pulchrè colligitur ex dictis Baldi in l.si viua matre. C. de bon. mater. dum loquitur de rege Roberto & de gloriosissima Ioanna.dicit tamen Sallustius,quem refert Stephanus Niger chria.j. chart.ij. quod si animi regum ita in pace valerent sicut in bello,ita facile conseruarent sicut acquirunt. Item patet ex dictis in solu-

107 tione ad contrarium de dicto Philosophi. ¶ †Non obstat secunda ampliatio de infirmo:quia imò talis pur debet nubere: quia vbi non est mulier,ingemiscit æger.Ecclesiast.cap.xxxvj.

Aeger sine muliere.

Et si

Et si ad hoc inspiceremus pauci nuberent, quia pauci reperiuntur sani. Bartol. in tract. de tyrannide. circa fin. Aeneas Syluius epist. xxxvij. rem longe. licet melius sit corpus validum, quàm sensus immensus. Ecclesiastici xxx. & facit pro hac solutione Codrus serm. iiij. vbi etiam char. v. dicit. Et coitus moderatus nõ nocet, imò prodest. Et si quis vult excedere limites, sibi imputet: nam nullũ crimẽ vini est &c. fateor bene quòd infirmus antequam nubat debet vxori dicere ægritudinem suã, ne in futurũ habeat sibi hoc improperare, vt in causa ardua. ¶ †Non 108
obst. tertia ampliatio de sene: quia solutio patet ex prædictis. vnde quærat sibi parem. & si coire non potest, habeat eam tanquam sororem. c. consultationi. in fin. de frigid. & malefic. imò dicitur, quòd qui de rarò coquit, facit panẽ grossiorem: nam senes cum sint frigidiores masculis iuuenibus, & sic tardiores in emissione seminis, sæpius concurrit in coitu cum fœmina quàm iuuenis, qui vt plurimũ anticipat eam. & sic facilius generant senes, quàm iuuenes, licet senectus multa habeat mala. de quibus Celestina Act. iiij. incip. adesso. Gregorius super homilia. Erunt signa &c. est in primo fol. Probæ Centonæ: licet plures eorum sint quos peccata dereliquerunt, licet nõ ipsi peccata. Hostien. in summa de pœnit. & remis. §. quãdo confitendũ. col. ij. ¶ †Non obst. quarta ampliatio de impare: quia 109
bene fateor esse vtile & laudabile caperesibi parem: quoniam, vt inquit Amedeus in dialog. de Amicitia chart. xvij. firmissima est inter pares amicitia. Sed hoc raro inueniri potest: ideo nõ est propterea desistendũ à matrimonio. ¶ †Non obst. v. de 110
vidua: quia imò vidua potius esset quãdoq; capienda: nam potes melius inquirere quomodo se gessit cũ primo qui eius vitia sic non occultabat, sicut faciunt parentes in virginibus. Aristot. parte x. problem. x. ¶ †Non obstat vj. ampliatio de diui 111
te: quia diuitiæ multùm prosunt. vt Cepol. in tract. de imper. mil. delig. vbi enumerat plura priuilegia diuitiarum. & experientia docet. Ioã. Montolonius in Promptuario Iuris. in ver. diues. vbi etiam priuilegia paupertatis. Afflictus constitutione, mulieres. ad fin. & S. Ioan. os aureum. & S. Donatus concedunt gratias. Hippol. in l. j. §. præterea. col. vj. ff. de quæstio. & pecuniæ omnia obediunt. Erasm. j. parte. prouerb. cclxxxv. Et omnia per pecuniam facta sunt: vt probat Francis. Ciechus in Mambriano, exinde eruens prouerbium, le fato el becho a loha. & Cornazanus in prouerb. non me curo de pompe pur

chesia ben vestita.chart. iij. dicens,spes in muneribus tanta est ac tanta potestas &c.Platina de falso & vero bono lib.ij. chart. pen.& lib.iij.char.iij.pecuniæ enim conseruant honorem, rusticitatémq;, & alios defectus cooperiunt. Sunt vita, secundus sanguis , & viscera hominis,valentes ad redemptionem animæ, & sine eis virtus nihil valet vt statim omnia probabo. Quòd autem conseruent honorem , patet:quia caduca res est mundalis honor,nisi diuitiis sustentetur.Aeneas Syluius epist.lxxj. viros bonos. Et diminutis diuitiis diminuitur honor.Ang. in §. hæc quoq; institut. per quas person. nob. acquir. hinc Afflict. in constitut. vt vniuersis.iij. gloss. dicit quòd baro non potest dici baro , nisi sit potens ad tenendum equos & arma. & dicit Ripa in tract.de peste.chart.xlij.num.clvij.quòd licet nobilis habeat centum scuta in bursa,de quibus viuere potest : dicitur tamen pauper, quia non potest statum & dignitatem suam seruare. Et inde fit quòd nobilitas indigens cuncta licere putat. facit Hipol. in d.§. præterea.col.vj. de quæst.dicens,quòd disputare de nobilitate sine diuitiis , est disputare de nobilitate stercorum.Et tunc dicitur mortua. Bon.in tracta. de nobilitate.iij.parte.col.fin.nam qui habet diuitias,satis est nobilis. Felyn.in ca.super eo.col.ij.& col.iij.de testi. vbi plura. Nam dat census honores,Census amicitias,pauper vbiq; iacet. latè Rosarium Busti ij.parte.serm.xxx.litera f. Albertanus de cõsiliis dandis.lib.ij.in rub.de paupertate.& duabus seq. Aegidius de regim.princ.lib.j.parte iiij.cap.v.& seq. pauperes parũ honorantur,& parum timentur.Bald.in c.cùm contingat.colũ.pen. de iureiur.& prærogatiua domus conseruatur per diuitias, ob quod viri nobiles inueniunt vxores nobiliores , per quas eorum generis nobilitas crescit.secundum Gul. de Monferrat,in tract.de successione regum.chart.v.num.xxiiij. Alexan.lib.vj. consil.xxxvj. viso themate.num.vij.& consil.cxxxiiij.æterni. numero ij.nec aliquid boni potest haberi sine auro. Salernita. char.iij.latè.& chart.vij. facit procemium Oeconomicæ Aristot.incip.pretiosa.Stephan.Malereti in tracta.de elect. charta lxix.& seq.& Barbat.lib.j.consil.xliij.præclarè scribitur. colũ. xviij. dicit ꝙ per diuitias decus & honor in familiis conseruantur:& quòd familiæ sordescũt propter paupertatẽ : & qui perdit rem.perdit consiliũ pro quo Platina de nobilitate.char.iij. & vj.hinc dicebat Gof. Montasia auus meus maternus , Orgoglio sensa hauere,he mala via de tenere. Cui iunge interpretationem

tionem Seruij in prin.iij.Aeneid.dum dicit,superbum Illium, id est nobile.facit Luc.de Pēna in l.militaribus.col.j.C.de decur.lib.x.Et dicit Iac. in sua inuestitura.qui quidem inuestiti. col.xxj.ver.circa alium casum.quòd nil magnanimum potest fieri sine pecunia.facit Lisoperita.art.ij.iij. distinct.circa fi. est char.xxiij.& equus malè pasturatus,malè ambulat.Io.de Platea in l.animalia.C.de cur.pub.lib.xij. hinc Iuuenalis:Non facilè emergūt quorū virtutibus obstat Res angusta domi. Rosarium Busti vbi §.& litera seq.& Erasm.ij.parte.prouer. diij. aquam bibens nil boni parias.& Ianus in epist.Anton. Præto. ante suum tractatum de secūd.nup. refert Boërium dicere,paupertatem liberalibus disciplinis nouercā:quia † virtus sine pecunia nihil valet.vt Philelphus deca.j. satyra x.inci. Eloquiū. 112
pro quo Ouid.de Arte: Ipse licet venias Musis comitatus Homere,Si nihil attuleris,ibis Homere foras. faciūt dicta Iuuen. Non habet infelix paupertas durius in se, Quàm quod ridiculos homines facit.referunt Doct.tenentes statutum excludens fœminas à successione, esse fauorabile propter cōseruādas diuitias in agnatione.de quo Brunus in illo tract.j.q. tertij articuli principalis. aliquid dixi in nono fundamen. partis cōtrariæ.circa fin.Et sic patet,quòd pecunia cōseruat honorē. quòd autem sit vita hominis,patet: quia deseruit omni hamanæ necessitati.Barb.lib.ij.cōsi.xiij.clementissimi.col.j. & consi.vij. præclarè.col.vij.& consil.liij.præclarè col.iiij.Erasm.ij. parte. prouerb.ccxcij.anima & vita.& est fideiussor futuræ necessitatis.Pet.Girard.not.lxxiij.pauperes. Socin.in l.j.col.ix. ff.solu. mat.vbi col.seq.dicit,† quòd melius est rempub. regi per diuites,quàm pauperes.& Philosophus dicit j.Politicorum,Quòd 113
sine necessariis est impossibile viuere: sunt enim diuitiæ vita hominis. Fabianus in tract.de emp.& vend.v.q.col.v.& secundus sanguis.Ias.in l.vt vim.col.v.ff.de iusti.& iur. Lancel.in l. talis scriptura.col.v.ff.de lega.j.& sunt viscera nostra:vt Penelope Ouidiana: Viscera nostra tuæ dilacerantur opes.& bona temporalia sunt vita hominis.Felyn.in c.cùm oporteat.col.v. de accus.& qui ea aufert,dicitur auferre vitam.Luc.de Pēna in l.j.C.pub.læt.lib.xij.q.xxj.Bertach.in tract.de Episcopo.libr. iiij.viij.partis.est chart.lix.col.iiij.Bon.in tract. de nobilitate vij.parte.num.iiij.hinc dicimus, Paria sunt perdere dominiū, & perdere vitam.Ias.in l.Titio.num.xiij.ff.de verb.obli. Papa Pius epist.xxx.ad ducē Mutinæ.chart.ij.Erasmus prima parte

Prouerb.dccxliij.Vbi nō sis qui fueris,cur est quod velis viuere?& Politianus j.centuria.c.lxxxviij. fuimus Troës. Etenim assuetus regno, voluptatibus regni carere non potest. Papa Pius epist.xlix.char.vj.duci Mediolani. Nō enim ita de facili moriuntur diuites: quia habent vnde suas ægritudines curent & delicta redimāt.vt dixi in materia partialitatis,quòd lex est tela araneæ. Imò & quòd sint anima, patet:quia liberāt à purgatorio animas suas & defunctorum cum oblationibus quas faciunt pro indulgentiis.vt Felyn.in suo serm.de indulgentia, incip.hodie mecum.Dictionarium Alberici in verb.remissio. vbi Castellioneus in additionibus.dicēs,quòd ordinarius verè confesso & contrito, non solùm potest remittere pœnam æternam,sed & temporalem.Isernia in tit. quæ sint regalia. in verb.vectigalia.col.iiij. vide fratrem Iacob. de Marchepalu in tracta.de animabus incolentibus purgatorium.fratrem Isidorum de Isolanis in tract. de ecclesia militante.char.xviij.Et in tractatibus responsiuis, contra Lutherum, per Henricum regem Angliæ: per Cardinalem Caietanum. per fratrem Siluestrum de Prierio,per fratrem Thomam Illyricum,& plerosq; alios. nam sicut aqua extinguit ignem : ita eleemosyna extinguit peccatum.Ecclesiast.iij.in fin.Henr.Boich in c. inter opera.de sponsal.col.j.Guillelmus Rouille in tract.de descriptione iustitiæ.lib.ij.cap.xij.vbi plura pro diuitiis:licet eleemosyna data discolis faciat eos peiores.Maleretus,vbi suprà.chart. lxx.& placatur donis Iupiter ipse datis. Ouid.de Arte.Albertanus.lib.j.de amore Dei.in rub. de charitate.imò plerunque facient se absolui ante peccatum. irridet Felyn.in cap.quoniā. col.xv.de constitut.meritò ergo Aristot. quem refert Afflictus constitutione.si quis in posterum.col.xj. Erasm.iij.parte Pro-
114 uerb.xciij.primū &c.dicunt quòd †ad veram felicitatē oportet concurrere sanitatem corporis, rerum mundanarum copiam,& speculationem intellectus: ideo pro anima oportet habere diuitias. quòd autem sine diuitiis virtus nihil valeat, vltra Philelphum,quem statim retuli, probatur: nam faciunt quæ latè ponit Cardin.in cap.exemplum.xij.quæst.j. vbi tenet quòd ecclesiastici possunt habere bona temporalia, & quòd Christus habebat loculos. & determinauit hoc Ioan. xxij. in Extrauagan.incip.cùm inter nonnullos.sub rub. de verb.sign. Humbertus in sacrilegio. charta vj. in §.calicem. sunt tamen vrgentes authoritates Euangelij, qui diuitias nō curāt acquirere,

rere,dicuntur sibiipsis insidiari.l.j.§. confertur.ff.de col. bon. & sic præsumitur quis in futurum acquirere & ditari.l.cura.§. deficientium.ff.de muner.& honor.facit Aegid. de reg. princ. lib.ij.parte iij.cap.xj.& xij. maximè quando habet filios quibus debet thesaurizare,secundum Apostolum,quem suprà retuli,respondendo ad onera matrimonij:quia etiam summi sacerdotes & antiqui philosophi non cœperunt philosophari, nisi acquisitis vitæ necessariis.j.Methaphisicæ.† Et licet meli⁹ 115
sit philosophari,quàm ditari: tamen indigentibus melius est ditari,quàm philosophari iij. Topicorum.x.Ethicorum. hinc dicebat & Rex Alexand. quem refert Plutarchus in eius vita. chart.antepenul.& Guillelmus Rouille vbi suprà libr.ij. c.xv. de sapiente sine operibus. circa fin.odi sapientem qui sibi sapit nihil facit.Cicero post medium tertij Officiorum. Marsilius Ticinus epistolarũ lib.iiij.char.lxxx.Polydorus Prouerb.cvj. qui allegat ad hoc Ennium Bertach.in tract.de episcopo.char. antepen.col.fi.non tamen debet quis propterea vti nimio sermone de pecunia, quia de talibus malè præsumitur.xvj.q.j.c. si cupis. nec pro diuitiis vti nimia solicitudine vel cura. propter illud Matth.vj.& Luc.xij.Host.in summa de pœn.§.quæ impediant. colũ.ij.dum illi qui credit quiescere & epulari, respondet Saluator: Hac nocte animam tuam repetam.& sic eueniet vt somnianti se inuenisse thesaurum, de quo tantum lætabatur, & expergefactus nihil iuuenit: etenim omnia vanitas. Ecclesiast.j.c.facit Barb. in cap.verum.nũm.vij. de foro compet.quæ dixi suprà respondendo ad continentiam mulierum. vers.viij.probatur.circa mediũ.Albertanus de amore aliarum rerũ.& rub.seq.facit j.Oeconomi.c.vj.vbi Gilbertus.licet tempore mortis soleant auari esse multũ liberales.Io.Fab. in §.peculiũ.instit.de leg.postquam secũ diuitias ferre nequeũt.& dicit Alex.in l.pactũ quod dotali.circa fi.C.de pac.ꝙ nostra interest habere diuites vxores,& hodie volentes nubere ante omnia volũt scire quãtitatẽ dotis proveſtibus & iocalibus emẽdis:nec volunt carnẽ sine sapore.Barb.lib.iiij.cõsil.lxxxj.præclarè ad fi.Hinc dicimus quòd mulier diues potest capi etiam si staret in prostibulo,vt faciebãt Sicœ,vbi quęstu corporis dotem lucrabantur:vt refert Valerius maximus de institutis antiquis.c.j.circa fi. Respondit Marcus Antonius maritus Faustinæ sibi suadenti diuortiũ:vt in cõmento Petrarchę in triumpho Amoris.cap.j.& dicit Imol.in clem.j. col.ij. de baptismo,

quòd propter affluentiam pecuniarum reges & principes tradunt filias suas filiis rusticorum. Et ideò mulier indotata solet contemni à viro. Ias. in authen. res quæ. col. v. C. cōmu. de leg. vers. iiij. quæritur. Paul. de Cast. ij. lib. cōsi. ccccl vj. ad primum. subiiciens quòd propterea interest mulieris esse dotatam. Socin. in l. j. col. xix. vers. reperio. ff. sol. mat. vbi dicit quòd est verecundia ducere vxorem indotatam, imò extrema dementia, & miseria. secundum Ioan. Pyrrhum in l. secundum naturam. ff. de reg. iur. vide Philosophum parte xviij. problem. iiij. Nam porta tecum, si vis viuere mecum. gl. & Doct. in c. quoniam simoniæ. de simon. Et Apostoli dicebant: Nos qui reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? & Abraham non immolasset, nisi fuisset certus. Hadrianus Papa noster in Quodlibetis, chart. xvij. in fi. col. ij. & vidimus plures viros ex opulentia mulierum ditatos. faciunt quæ suprà dixi in prima ampliatione. & dicit Hierony. quē refert frater Iac. in Sophologio Sapien. lib. x. c. xj. quomodo coniugia sint contrahenda. col. fi. quòd non putet aliquis si pauperem duxerit sibi de concordia satis prouidisse. & ibi adducit exemplū Catonis & Philippi Macedonis. Et ista dicta cum supradictis in responsione ad fundamentum contrarium de oneribus matrimonij. cōcorda per illud Prouer. xxx. Paupertatem neque diuitias dederis mihi Domine: sed tantùm vsui necessaria. Euseb. de Euangelica præparatione. lib. xij. c. xxiij. Rosarium Busti ij. vol. sermo.
116 xxx. Petrarcha epist. lxxxix. vna mihi. ante medium. quia † saltem negari non potest quin diuitiæ restringant nobis portam paradisi. vt per discursum euāgelij. imò dicit Iuuen. Asperius nihil est humili, cùm surgit in altū. refert Gāmarus de extēsione. char. v. col. ij. Rosarium Busti lib. ij. serm. xxx. est sub litera c. Ioan. de Platea in l. j. C. de murilegulis. lib. xj. Aegidius de regim. princip. lib. iij. parte j. c. xvij. Mancinellus in sermonibus.
117 lib. iij. tit. xx. ¶ † Non obstat septimò de pulchra: quia imò talis ducenda est: tum propter cōsolationem viri quam capit ex eius inspectione. Cicero in j. Offic. dum loquitur de temperantia. in c. de decoro. tum propter pulchram sobolem. Pulchritudo enim mulierū multū profuit aliquibus viris: vt patet in Abraham, vt Gen. c. xij. & pulchras etiam vidimus castissimas. Pulchritudo enim trahit personas ad indulgendum maxime quando virtus cōcomitatur. vnde: Gratior est pulchro veniēs in corpore virtus. Cepol. in tract. de imper. mili. delig. charta.

xj. cons

xj.consil.vt dixi inter feudalia Bruni cons.xij.col iiij. & forma est Dei munus.in iij.de Arte.& pulchræ filiæ facilius inueniũt maritos. Paris de Syndicatu.in verb.cõpositio. est chart.xxxj. consil.j.Et nihil sub Sole pulchrius pulchra nympha. secũdum Cyn.in l.sancimus.col.j.C.de Iudæ.vbi deridet Lothariũ glossatorem phylocaptum: prout & Bart.ibi,qui dicebat nõ posse citare illam pulchram dominam per literas,quia ipse volebat eam ire visum.refert Nicol.Boërij in repet.l.consentaneum.C. quomodo & quando iud.char.ix.& licet sententia imperatoris displiceret Paul.iurisconf.tamen illa puella sibi placebat. Alber.in l.Aemilius.col.j.ff.de minor.Et dicit Erasm.in Moria.char.viij. quòd forma mulieris etiã in tyrannos tyrãnidẽ exercere potest, & Venus Martem domat. Marsilius in epistolis. char.lxvij.epist.superioribus.& chart.cv.epistola,postquã. latè probatur Esdræ iij.c.iiij.Aegid.de regim.princ.lib.ij.par. j.c.xij.& xiij.& seq.& fecit quòd Cerdus renuntiauit Papatui. Io.Andr.in c.j.de renun.lib.vj.& vicit robur Samsonis & Herculis prudentiam Salomonis & Aristotelis, exercitium Holofernis & Hãnibalis. frater Iacob.in Sophologio sapientiæ.lib. ix.c.x. de castitate principum. Curtius consil.lxvj.sapientis.in fi.iij.col.Et quid inde si artibus volunt suam pulchritudinem conseruare postquam velati defectus quandoque producunt effectus. Bald.in repe.l.Aemilius.ff.de minor.col.v.facit Celestina circa fin.vj.actus,& quod dicunt Doct.in l. Gallus de illa quæ peperit Aetiopem,vt quæ sibi deplumat inferiorem barbam vt videatur impubes.Hostien.in summa de desponsa.impub.§.& qualiter.col.ij. si dixeris quòd pulchritudo cõpellat naturam coire vltra posse.respõdeo vt in contrario quòd nullum crimen vini est,sed culpa bibentis. Item vxor est sicut panis qui cùm quotidianus sit,nunquam nocet. Et hãc tenet Frãciscus Barbarus de re vxoria lib.v.de forma mulieris ducẽdæ. Plus enim nocet quando quis habet plures amicas. nam sicut pluralitas ciborum prouocat ad nimiam repletionem:sic pluralitas mulierum prouocat ad nimiam concupiscentiam. Aegidius de regim.princ.lib.ij.par.j.c.ix.¶ †Non obstat octauò 118
ampliatio de dota.aliàs docta prout plures honestas & bonas enumerat Barb.in c.decernimus.col.iiij.de iudic.quoniam imò videmus doctrinam & prudentiam mulierum valde prodesse viris,& eis alleuiasse labores, tam in scribendo & tenendo rationem curæ familiaris,quàm fidelius & magis secretè. Mat-

thæus Bosius epist.v.nuper. chart.iiij.vbi paulò suprà inuehit contra nobiles dedignantes de literis, & sequentes venationẽ: pro quo Petrarcha epist.cx.qualis.Anteros Fregosij in sua excusatione, in principio sui operis: & quando permittatur venatio,& quando non. Card.Papien.chart.xxxiij. epist.quid.& lxxij.chart.lxxxv.videtis. clxiij.comitantibus.ccvj.quidã.ccciij.ignosco.habes titulum de clerico venatore & de venat.fer. lib.xj.Decius cons.cxcvij.Ias.cons.incip.redemptoris. quàm si aliena manu viro,si sit absens,epistola scribatur: & secreta domus nũtientur,quæ interest nostra secreta manere.glo.& Bart. in l.ij.C.quando & quib.quarta pars deb.lib.x. Bart.in l.tutor qui repertorium.col.fi.ff. de admi.tut.Ioan.de Ana.in cap.qui cum fure.de Iudæis.Corsetus sing.clvj. vbi propterea inferunt quòd non debet dari copia inuentarij bonorum pupilli. quod limitat Bal.nisi accusaretur tutor quòd non posuit omnia apponenda in inuentario, dicentes esse cautelam pro faciendo exhiberi totum inuentarium.Bald.in §.nouissimè.de suspect. tut. Alex.in d.l.ij. & in l.j.§.redditiones.in princ.iiij. col.ff.de eden.Contra tamen istam cautelam allegatur Bart.in l.neganda.C.qui accus.non pos.vt Vitalis in tract.clausularum.in verbo,nil nouari inuentarij confectione pendente.col.penult.

119 ¶ †Non obstat nona ampliatio quòd quis nõ capiat vxorem de aliena natione:quia benè fateor esse vtilius capere vicinam vt dictum est in limitatione: sed & si nõ reperiretur in ciuitate paris conditionis,oporteret capere vbi posset inueniri. Quia & Romani acceperunt Sabinas: sunt enim fiendæ sagittę de tali nemore quale habemus. Claud.in Monarchia Franciæ. par. iij.c.vj.& domus est construenda de lapidibus qui se offerunt. Felyn.in c.si quando.col.iij. de rescript.Et sic potes respondere ad limitationẽ quam ponunt aduersantes cum tot qualitatibus, quas inueniat qui potest: sed quis est hic & laudabimus eum? Ecclesiast.xxxj. Bart.in tract.de testib.in verb.prudentia. ad fin.volunt enim plura quàm haberet Crassus,qui secundum Gelliũ lib.j.c.xiij.in Offi.erat ditissimus,nobilissimus,eloquẽtissimus,iurisconsultissimus,& Pontifex maximus. Hæreticas autem vel de aliena fide nullatenus capiẽdas cẽseo. De Guelfa autẽ vel Gebellina est stultitia & peccatũ super hoc cogitare. Et statutum Florentinum superinde disponens nihil valet: vt Bart.in cap.clerici.col.ij.de Iud.& in locis alleg.in contrario.

Statutũ super matrimonio.

120 †quia laici non possunt statuere super matrimonio. Curtius consil.

consil.xxvij. magnificus. Calca. consil.iij. vnde non sufficeret rationẽ subesse, vbi deficit potestas. Decius in c.ecclesia S.Mariæ.de constit.col.xviij.vers.iij.Abbas Prępos.in c.j.col.iiij.de spõsal.vbi Fely.in x.late Herculanus in disput.Perusinus quidam.iij. dubio. quicquid dicat Ioan.Lup.de dona.inter vir.& vxor.char.lxxiij.col.j. vsque ad chart.lxxvj.†Et vltra adducta 121 per eos dico non valere alia ratione: quia tale statutum est nutritiuũ partialitatis,& sic peccati:ergo nõ valet c.ex parte, vbi Panor pen.not.de consuet.qui in c.fi.col.iiij.eo.tit. dicit quòd lex etiam rationabilis quando nutrit peccatum nihil valet: quia repugnat felicitati æternæ.Io.Andr.in regula, possessor, Decius post Panor.in c.j.col.ix.ver.secũda est.in c.ecclesia. col. iij.& seq.de constit.Felyn.in c.ad nostram.col.pen.de probat. Marascotus in c.j.col.ij.de constit.lib.vj.Hadr.Papa noster in Quodlibetis.q.vj.chart.lvij.col.ij.Item quando statutum daret materiam peccandi.l.conuenire.ff.de pact.dotal.Petrus de Rauenna in alphabeto iuris,in verbo, delinquendi occasio. Et dicit Ioan.de Platea instit.de leg.Fus.Can.tol.ꝙ sunt de volumine statutorum extrahenda.frater Lud.de Veritate contri. chart.xij. Etiam si essent facta sub colore publicæ vtilitatis.l. sub prætextu.ff. de extraord.crim.vbi Barto.Felyn.in d.c.ecclesia S.Mariæ de constit.col.xliiij.Belenzinus in apostillis ad Panorm.in d.c.ex parte.de consuet.col.ij.Rom.singul.cccxlj. Bolog.in repet.authen.habita.C. ne fil.pro patr.col.lx.vbi dicunt,quòd rectores & potestates terrarum debent talia statuta delere. Debemus enim euitare hypocrisim , nec facere malum sub velamine boni:vt fecit Iudas in Matt.xxvj.dum dicebat, Potuisset venundari multo & dari pauperibus. Imol.in c. nouit.col.pen.de iudic.per not.in c.ij. de collu.deteg. Imò tale peccatum est grauius.gl.in clem.j.in verb.sanctitatis. de relig.dom.Paul.de Castr.lib.ij. conf.cccclxviij. viso dicto pũcto. col.fin.Ioan.Garo.in tract.de bigam.q.v.char.xxvij. nam sunt vt hi qui incedunt in vestimentis ouium, intus sunt lupi rapaces.gloss.in l.illicitas.§. ne potentiores.ff. de offic.præsid. Ias. in l.iubemus.col.ij.C. de iudic.Igneus in repet.l.dudum . col. iiij.ff.de contrahen.empt.& totius iniustitiæ nulla capitalior, quàm quæ cùm maximè fallant, id agant vt viri boni videantur.Cicer.quem refert Car.in clem.volentes.versic.ij.col.ij.de hæret.tu Galle vide Le bastõ pour chaser ses loups.Quia postea dicimus quòd mala exempla sunt orta à bonis rebus.glo.in

Statutum nutritiuũ peccati.

§.illud.in auth.de exhib.re.Nata. in clem.sæpe.colũ.lxxiiij. & lxxvj.de verb.sig.vt fuit dictum Cæsaris,vt refert Sallust.in Catil.† Quòd autem partialitas sit peccatum,tenet Bal.lib.ij. cõsil.clix.incip.multiloquium semper displicuit,sanıloquiũ semper placuit.col.fin.versi.contrarium dicẽs,vbi dicit quod partiales ponunt se in rixa,& damni causam præstant. in c.de causis.col.antep.de offic.deleg.vers.sed quæro vtrum.Ravn.quem refert & sequitur Præpos.in cap.j.§.conuenticulas.c.ij. de pace iur.firm.Dantes in Purgatorio cantu vj. quãdo.ante medium. facit c.si qui clericorum.j.q.j.glo.in c.exhibita. de iudi.Bar.in tract.de Guelfis & Giebellinis.iij.q.summa Angelica, & summa Syluestrina in verb.seditioso.frater Michaël de Carchano,quem latè refert Rosarium Busti.ij.parte.serm.xxxiiij.in quinta consideratione, quæ dicitur oppositionis: vbi post sanctum Thomam latè concludit,quòd quicunque corde consentit esse de vna parte, peccat mortaliter, subdens idem esse in quocunque qui verbo,scripto, vel signo demõstrat se esse Giebellinum vel Guelfum.Et quòd in omni actu partialiter facto committitur vnum peccatum mortale. frater Michaël Dominicus de Pinerolio, in quæstione contra has diabolicas partialitates: vbi discurrendo per decem præcepta Dei probat esse contra quodlibet ex dictis præceptis. & idem tenet frater Ludouicus Viualdus in opere regali in viij. prosecutione Ecclesiæ.§.ix. Et idem tenet latè Nicol.Boërij in tract.de seditiosis. maxi.char.xxxv.& idem frater Michaël chart.antepenult.dicit quòd est grauius peccatum,quàm hæresis.pro quo est gl.fi. in cap.non afferamus.xxiiij.q.j.facit Paul.de Cast.lib.j.consil. cccexix.viso puncto.colũ.ij. Corradus in tracta de schismate. chart.j.hanc latè tenet frater Thomas Illyricus in tractatu de potestate Pontificis.char.cix.vbi in vj.fundamento dicit quòd sunt Christiani renegati. cap.abiit.xj.quæst.iij. vide Archiep. Floren.in iij.parte suæ historiæ. tit.xx.§.j. vbi dicit quòd has partialitates Apostolus ad Galat.v. ponit inter opera carnis, quæ qui agunt, regnum Dei non consequuntur. cap.illa.vj.q. j.Item est contra illud Ioan.xv.hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem. Et illud,Dilige proximũ tuum sicut teipsum. de quo in tractatu de veritate contritionis. charta.xxxvij.etiã si sit inimicus.Ripa in tractatu de Peste.char.lxvij.col.j.Et initium legis,est dilectio id est,duorum ligatio & charitas, id est chara vnitas sine qua nullus Deo placet. cap.charitas.el ij.de pœnit

pœnit

pœnitent.dist.ij. Guilielmus Rouille de descriptione iustitiæ & iniustitiæ.libr.j.c.ij.& propterea Actuum iiij.dicitur quòd multitudini credentium erat cor vnum,& anima vna.Bald.in c.quia propter.col.vj. de elect.Ioann.de Selua in tract.de beneficio.chart.xij.& ciuitas,id est ciuium vnitas.& porrò vnum est necessarium,id est vnitũ:& vnus accipit brauium, id est vnitus. plura Cyprianus Venetus de authoritate Rom.Ecclesiæ. chart.xj.& seq.& nil aliud vult nec importat tunica Christi inconsutilis.c.j. de schisma.libr.vj. & noli esse pro amico inimicus proximo tuo. Eccles.vj.Iser.in cap.j.§.porrò.col.j.quæ fuit prima causa benefic.amit.† Et omnis actus tollens debi- 123
tum ordinem proximi ad proximum,non potest fieri sine peccato mortali per quancunq; dispositionem. Felyn.in c.quæ in ecclesiarum.vj.col.de const.hinc dicit Bal.in l.j.C. de pœ.iud. qui mal.iud. quem sequitur Barb.in c.cùm sit generale.colum. xviij.de foro compet.ꝙ officialis qui vadit ad terras vbi sunt diuisiones, & propterea opportebat eum sequi partialitates, incidit in pœnam.c.cùm æterni.de re iudic.lib.vj.sequitur Paris de Syndicatu.chart.lix.col.j.Cacialup.in repet.l.diem functo.ff.de offi.asses.q.xxxvj.& dicit Ioan.Pyrrhus ante lecturã suã.ff.de reg.iur.in epist.de laudibus Mediolani. ante fi.quòd factio est dira facilè omnium malorum parens, & iniuriarum fomes,quæ quantum noceat,collige ex oratione Campani habita in conuentu Ratisponensi.incip.quæ res. chart.viij. parua.& in historia Brachij, charta.ij. vbi inuehit contra factiones Italicas. Barbat.libro secundo consilio xx. illud.columna v.nam† vt concordia paruæ res crescunt,ita discordia magnæ 124
dilabuntur. pulchrè & moraliter & latè Socyn.consilio lxvij. visis inuestituris.repetito clxv.col.xj. versic.nonò respõdetur. latè Lucas de Penna in l.j.C. de exactor.& execu.libro xij.col. vj.vbi allegat vers.Claudiani, Si vestram pacem discordia dissuit,imò Rumpit,vestra perit virtus: nam stare negatur Occasum patiens in se diuisa potestas. frater Michaël Dominicus in dicto tractatu de Guelfis & Giebellinis,char.iij.& vide crudelitates quas recitat Corius in Chronica sub anno M.cccciij.facit Campanus in epist. Card.Papæ.charta.ccxxxiij.incip. ruimus. Cùm ergo sit tam graue peccatum, sequitur illud: Si genus humanum, & mortalia temnitis arma: At sperate deos memores fandi atque nefandi. Virgilius. quem refert Barbat. in Ioannina. colum.clxiij. quia nullum malum impunitum,
nullſ

nullum bonum irremuneratum. Hosti.in summa de poe.& remiss.§.quibus prosint.col.ij. Et quia soleant omnia mala producere, principes deberent manum apponere. Bald.lib.iij.consi. cxxvij.& si non apponant, grauiter peccant. secundum fratrem
125 Michaelem Dominicum. vbi.s.j. q. charta antepenult. †quia error cui nõ resistitur, approbatur. Humbertus Perolerij in sacrilegio chart.j.& charta.iiij.respondendo ad iiij.quæ adde ad supradicta, quòd sunt punienda delicta: quia non est ludus in vndis, nec litigium de lana caprina. Host.in summa de asserto. iur.§.& super quibus.col.ij. præsertim cùm vt plurimum partiales sint seditiosi cõcitando plebem ad delinquendũ: dicitur enim seditio, quasi seorsum intuitio, quia in diuersum vadunt, & alios trahunt, & faciunt postea tumultum. Et sic incurrunt crimen læsæ maiestatis. Sunt verba Decij in l.nõ est singulis.ff. de reg.iur. Et dicit frater Lud. Viualdus vbi suprà, quòd partialitas & seditio realiter idem sunt. pulchrè & latè Nicol. Boërij in di.tractatu, de seditiosis. facit Claud. in Monarchia Franciæ. parte j. c. ij. Quicquid dicat Gellius lib. ij. c. xij. in legibus.
126 †Ampliatur ista conclusio, etiam si talis partialitas verè inducta fuisset ad bonum publicum, vel ad expellendũ tyrannum: nam quando ad licitum non possumus peruenire nisi per illicitũ, est vti illicito. secundũ Barb. in rubr. C. de admi.col.xxxv. & lib.ij.consi.xxxvj.col. xvij.incip. sapienter. quia male dicit, vt infrà. vel iste partialis non habeat animum nocendi aduersario. Rosariũ Busti Vbi.s. Nam ex quo hodie generaliter viget hæc pestis per totam Italiam, & plura mala exinde sequuntur quàm vtilitates. Thucydides lib.iij.char.x.& ex aliis quę dicit Archiepisc. Florẽ.in ij.parte summæ. tit.iiij.c.viij.per totum. dicens, quòd propterea mortui sunt peste lxx. millia virorum, est necesse fateri talem partialitatem esse malam & ita fatetur etiã S. Thom. vbi. s. facit.§.illud verò satis.in proœ.ff.orum. quia nõ sunt facienda mala, vt eueniant bona. ad Rom.c.iij.c. super eo.de vsuris. Panor. in c.nouit.col.ix.ver.iij. oppono. de iudic. cum sim. vt latè Defensoriũ montis.char.ij.col.iij. Alexand. de Neuo in consil. contra Iudæos fœnerantes. impresso post Pisanel.col.ij.&.vij.&.viij.&.xlvj.& tribus seq. &. lxvij. & seq. & lxxvij.& seq. vbi sic latè nondũ vidi, nec faciẽda minora, ne eueniant maiora. Ioan. Mõtolonius in Prompt. iuris. in ver. damnare: in ver. Loth. col.ij. Et licet Iudæi persequerentur Saluatorem pro libertate conseruanda, ne venirent Romani & tollerent

Non sunt faciẽda mala vt eueniant bona.

rent locum eorum,acriter tamen peccabant:& propterea multa prohibentur,non quia mala, sed quia malis occasioné præbét.c.& si CHRISTVS. de iureiur.c.vt animarum.de constit. lib.vj.de quo vltimo cogita.Rosariũ Busti.ij.parte serm.xxxij. §.sexta ratione.sub litera c. Et rarò vel nunquam contingeret partialitaté solùm esse ad bonum:vt docet experientia rerum magistra.c.quàm sit.de elec.lib.vj.ideo non est de eo habenda consideratio.l.nam ad ea.ff.de legib. Quinimò licet aliquando olim fuisset,hodie tamen semper est ad malũ. Mart.de Laude in tract.de principibus.ver.cliij.incip.esse Guelfum. & Lucan.Bella per Aemathios plusquam ciuilia campos.gl.in l.j.C. de cadu.tol.in l.cæterum.ff.de vsu & hab.§.oportet.ver.de iudic.in authent.de mand.princip.Bal.in l.j.j.not.& ij.vbi dicit quòd perdunt corpus & animam,& non vocantur hostes, sed latrunculi.Alber.in l.cùm vnus.§.si propter. de bon.auth. iud. pos.facit Zacharias in serm.conciliabuli Pisani, char.fin.Bald. in suo diuino consilio,schismatis.sub tit.C.si quis aliquem testa.prohib.Et quòd sint ad malum, probat ex dictis illius qui de vna factione se ad aliam transtulit: & interrogatus cur sic fecerit,respondit:quia volo stare cum fortioribus & vincentibus.factio vestra in qua antea erã nolebat vindictam,sed illam Deo dimittebat, & omnes mihi impunè iniuriabantur. Item nullus de factione vestra fuisset ausus facere vnam proditionem,nec aliud facinus pro suo magno commodo. At hæc, ad quam me transtuli,parata est ad quæcũq; fanda siue nephanda: erat enim diabolus qui in eo loquebatur.Si ciues volũt se congregare pro bono publico:nónne possunt sibi aliud honestius nomen assumere,scilicet suæ ciuitatis, puta societas Tudertina.quis enim nõ debet esse prout est patria sua?Curtius consi. xliiij.statuto.col.v. quia nobis debemus accipere pulchrũ nomen. gl. in l. facta.§.si in danda.ff.ad Treb. Felyn.in proœm. Greg.col.vj.Hippol.in l.j.in princ.col.penul.ff.de quęstionib. Pet.Gerard.not.lxxv.magnũ.Cacialup.in l.j.col.x. C. de sum. Trin. faciunt quæ ponit Symphorianus in Chronica Sab. de hoc nomine Francis.Ias.in l.j.col.ij. ff.de legibus.Purpur.in l. j.C.de sum.Trin.num.ix.frater Lud.in tract.de veritate contrit.dum tractat de inuidia.in rubr.de S. Thoma.hinc Romani communiter habebant tria nomina. Cy.in l.fin.col.penult. C.si quid in frau.patr. Politianus centuria j. c.xxxj.quod quomodo procedat,Plutarch.in vita C Marij.circa princip.& euitare

Pulchra nomina.

tare nomina turpia: vt inquit Bart. in tract. de Guelfis & Gibellinis: nam ex quo sonant in manifestam partialitatem, & sic sunt ipso penè timenda sono, non cõueniunt bono viro, secundum eum: ergo prohibitum est in consciẽtia. Bal. in c. cùm causam. el. ij. de testib. ad fin. Fuit enim instigatio dæmonum, propter quam Italia olim prouinciarum domina gl. in l. fin. C. sine cens. vel rel. Lancel. in l. si quis à filio. j. colũ. de leg. j. Petrarcha epist. iij. gallios. xcvj. inter. & lib. vj. epist. iiij. & epistola vlt. incip. principium. Formulariũ prouinciale chart. lvj. & seq. nunc est subdita pluribus tyrannis. vt ibi: qui non quæ Dei sunt, sed in sanguine & proditionibus student, & gloriantur in rapina: sed paucum durant, quia eorum mors frequens est. Socin. lib. ij. consi. clxxv. col. viij. in fi. Alberic. in Dictionario in ver. Italia, qui extorquent sanguinẽ vsq; ad pellem, & vix spiritũ precarium relinquunt. Pet. Gerard. not. lxxiij. pauperes. Bauer. in §. si seruum. col. iij. insti. de hære. instit. dixi inter feudalia Bruni. consi. xij. col. xix. Nicol. Boërij. in cõsi. de custodia clauium portarum. chart. vij. colũ. ij. dicens quòd die cogitant. Præpos. in præludiis feudalib. char. vj. col. ij. Boni. in tract. de nobilitate. col. j. & imponunt taleas subditis pro eorum omnibus prauis voluntatibus, imò & pro salario famulorum quos tenent pro pectinandis canibus. Barb. in c. post cessionem. colũ. xxj. de probat. tantũ enim vacant venationib. contra tradita per Puteum de Syndicatu, chart. ij. de exces. regum. colũ. iij. Cepol. in seruit. rusticis. c. xxj. de occupatione. col. fin. Anteros Fregosij char. fin. qui an prohibeatur rusticis. Decius consi. cxcvij. in casu. &. cclxxj. superiori anno. Afflictus constitutione. est chart. cclxv. in fin. iij. col. Et intantum inoleuit, quòd nisi quis vellet ab hominibus vtriusque factionis vituperari & pessundari, vt videmus etiam quantuncũq; rectè incedat & sapienter: vt qui dormit inter duos, nedũ se reuoluit, quin alterũ discooperiat, & alterum nimis oneret. Seneca de clementia chart. iij. c. non potest. quid autem eo infelicius cui iam esse malũ necesse est, vel vespertilio, seu maltrauersus nominari: vt de Bononiensibus Papa Pius epistola. xxx. chart. vj. ad ducem Mutinæ, vel rusticus vocari, tanquam nõ habens arma, insignia, seu diuisias à maioribus, cogatur velit nolit se partialem demonstrare, quasi nobilitas in sola partialitate consisteret potius quàm in sola virtute. secundũ Iuuen. quem referunt omnes tractantes materiam nobilitatis. Card. Papa, char. cviij. epist. clxxviij. humile,

& in satyra, Stēmata quid faciūt. quē refert etiā Iodo. in tract. de nobilitate. c. iiij. & Ias. in l. mora. ff. de iurisdi. omniū iud. Et quòd sit à natura, dicunt isti partiales, & ꝙ natura nō fallitur. Fortūn. in l. j. ff. de pact. chart. vij. col. j. imò semper reminiscitur. Bald. in l. parētes. C. de testib. col. j. † Et propterea fugiunt 127
eos de altera factione: quia non sit arandū cū boue & asino. gl. fin. in c. fin. de statu monac. Sed ex prędictis patet ꝙ sunt suggestiones diaboli, & fallissima cōmenta. debet vnusquisq; gloriari de eo quod propria virtute quæsiuit, nō de eo quod sibi progenitores reliquerūt. gl. in l. si quis in bello. ff. de captiuis. quā allegat Lācel. in l. j. C. de pact. vbi Pich. chart. ix. gl. in l. si angustè. quā allegat Bar. in l. si insulā. ff. de verb. obligat. in vj. opp. & illas gl. allegat ad hoc Ias. in d. l. more. ij. not. vbi etiam allegat Ouid. li. xiij. Metamorp. Fabula. j. referēs illud Vlysis: Et quæ non fecimus ipsi, Vix ea nostra puto. quod dictum etiam refert Rosar. Busti alia adducens lib. ij. serm. xxxj. litera d. Iodocus in tract. de nobilitate. c. ij. & sequentib. vsq; septimum. & subiicit Ias. allegādo Ang. quòd plus diligimus ea quæ nostro sudore acquirimus, quàm relicta à parentibus. Hinc dicit Bald. in cap. j. col. iiij. de iudiciis. in ij. lectura, quòd prudētia & virtutes nō sunt ex radice, sed ex animi virtute: quia à cōmuniter accidētibus nimis sapiens generat stolidos. idē dicit Codrus serm. xij. magna res est char. vij. quia omnes sciētifici, melācholici. Politianus cēturia. j. c. xc. col. ij. Et dicit Petr. de prospera fortuna. c. j. quòd hoc est ne virtus bonū hęreditariū videatur. pro quo Dantes in Purgatorio, cantu vij. ver. rare volte &c. Vdalr. in l. ij. ff. de orig. iur. col. xlv. Sed Barbat. in l. j. col. penul. de iudi. dicit oppositū. pro quo Stephanus Ricius in doctoratu Pezani. in oratione incip. Zeuxis. chart. iij. dicēs maximè in iure olim sciētiā facilius trāsire in posteros. & ibi plura exēpla cōmemorat ad prædicta Paul. de Citadinis in tractatu de iure patronatus. in præfatione ad imperatorē. col. iiij. dicens quòd iactātia ex virtutibus maiorū est ridiculosa: & vera virtus ac laus est nisi à seipso, nec à posteris est expectanda, qui sæpe merita parentum degenerant: & ibi adducit dictum Alexandri Macedonis. Facit quod congerit Christo. Lafranchinus in tract. de precedentia doctoris & militis. chart. x. & seq. vbi inter cætera allegat illud Iuuenal. Miserum est alienæ incumbere famæ. de quo Vdalr. in d. l. ij. col. lxviij. & in annotationibus variorum, char. ccj. Iaco. Bonon. in prælectione Boërij. col. ij. Petrarc. de remediis

diis vtriusq; fortunæ parte.j.in dialogo de generositate. Et illud Marij apud Sallust post medium Iugurt.& Gaium Flaminium in sua oratione. & gl.in d.l.si quis in bello. & Aluarotũ. & illud dictũ Marij refert etiam enchiridion militaris discipl. chart.lxxv.Petrus Gerard. not. xxxiij. incip. Nobiles. addens text.cum gl.in c.nunquã.lviij.dist.& quædã alia.Illud dictum Marij, & prædicta iura cum aliis pluribus allegat etiam Paris de Puteo in trac.de re milit.lib.vij.c.j.col.penul.est char.xxvj.
128 & ibi allegat Chrysostomũ super Math.iiij.†quòd melius est de contemptibili fieri clarũ,quàm de claro genitore fieri contemptibilem. & Paris adducit illud Ciceronis contra Sallust. quòd melius est nobilitatẽ fundare, quàm euertere:& quod in me incipit,in te desinit.refert etiam Fely.in c.super eo.el.ij.de testib.col.iij.Bon.in tract.de nobilitate.iij.parte.num. lxxiiij. & Iodocus in consimili tract. cap.vj.allegat fuisse dictum Isocratis.& illud Cicer.refert etiam Ioan.Montolonius in Promptuario iur.in ver.nobiles.col.fi. & Gulielmus Mara oratione v.incip.si linguæ.ante fin.Quibus inhærens ille qui redarguebatur quòd sederet in loco nobilium, respõdit:& ego nobilis sum, & nobilitas mea est circa caput: vestra declinat ad caudam.Et illam gl.in d. c.nunquã. refert etiam & sequitur Ioan. de Selua post Cardin. Alexand. & alios per eũ relatos in tract. de beneficio.iij.parte.q.vij.col.iij.vbi col.antepe.dicit, Regnũ Iuda ab infimis originẽ sumpsisse.facit Valerius & Valeriana lib.ij.de his qui humili fortuna orti clarum sibi nomẽ vendicarunt.Gellius lib.xv.c.iiij. incip.in sermonibus. Petrarcha in j.c.triumphi Famæ ibi: & parechi.alter de natura humili.Iodocus in tract.de nobilitate. c.vj.& dicit Ioan.de Selua, quòd si nobilitas agnationis esset attendenda,cùm omnes ab Adam processerimus,vt Afflictus in procœmio constit. regni. in primis verbis,dicendum esset quòd essemus pares,nec appareret vnde nobilitas ortum habuisset.facit Ioan. Renaudi in tractatu de nobilitate.quem posuit in comprensorio feudali chart. lxxxix.colũ.xij. Curia Delphinatus consi.lxxxviij. sed quæro. & Boëtius de Consol.lib.iij. metro vj. incip. omne hominum genus.quem refert Iodocus.vbi.s.c.v.& ita respondebat Sigismonda patri suo obiicienti ignobilitatem amatoris, vt refert Aeneas Syluius epist.cccclxxvj.incip.Leonard.chart.ij. facit Seneca de beneficio lib.iij.char.iiij.c.j. Ioan. de Selua vbi.s. pen.
129 dicit†quòd sicut nobilitas cognoscitur ex liberalitate.Decius in.c

in c. sedes. de rescript. ita rusticitas cognoscitur ex tenacitate. hinc leo quia nobilis & rex animaliũ est, liberalis & multùm cõmunicatiuus.idem dicit Iodoc.vbi s.c.viij.& de Aquila dicit Bal.in c.dilecti.el ij.de app.col.fi.subiiciens, ꝙ ipsa non curat ponere musum suũ in omnibus epulis tãquàm insatiabilis & famelica.quia aquila nõ capit muscas,& pauperis est numerare pecus.Barb.in cap.in literis.col.vj.de offic.deleg. Ias.post Plin.in sua lectura desero: nondum potui reminisci locum de aquilæ laudibus.frater Lud.in tract.de Veritate contrit. char. xxij.Pomerius de S.Ioan.Euangelista,serm. iiij.chart.pen.col. iij.post Franciscum Meiro: & de tenacitate rusticorum, Card. Papiensis epist.& Ias.iocosè ad hoc voce inducebat rubr.C. ne rustici in vllum obsequiũ vocentur.lib.xj.imò nõ audẽt optare pecunias.l.domini prædiorum.C. de agri.& censi. lib.xj. & quòd nobiles sint liberales,probat Bald. in l.filia legatorũ.C. de leg.Barb.in c.j.col.j. de donat.dicentes,quod animus nobilis nõ est ita limitatus sicut animus fœneratoris qui est stricti iuris:& dicit Barb.in cap.sedes.col.ij.de rescrip. vbi subiungit

†quòd nobilis præsumitur liberalis:quia auaritia homines fa 130
cit odiosos, largitas claros. & dicit Andræas Salernitanus in summa,ita esse auarum eum qui vtitur nimia parsimonia,sicut eum qui aliena rapit. vide Baptistam Pium in annotationib.c. viij.circa fin.Consideret tamen domãs carnem.gl. in cap. & si quæstiones.in vers.muneribus.de simon.quis dans, quisve petens,quæ res,quæ causa petendi. & cũ volueris dare, non promittas tot promissiones:quia qui citò dat,bis dat. in Defensorio montis,char.lxiij. col.ij.in fin.Et ad præsens oua, cras pullis sunt meliora: omne futurum despicitur, suadéntq; præsentia fructum.& hilarem datorẽ diligit Deus.Ambros.quem refert Hadr.Papa noster in Quodlibetis.q. viij.col. antepen.est in ij.q.siue argumentis. Et Marcus Varro inquit.Semel dedit, qui rogatus:bis,qui nõ rogatus.latè Cælestina in princ. secundi actus.incip.fratelli.& dato annua nõ anno : id est nunc,non in fine anni.gl.in §.sed & si.instit. de verb.oblig. vbi, Annua si debes,exordia prospicis anni. Annosi debes, in fine teneberis anni.Et isti totiens promittẽtes & rarò dantes.l.qui bis idem. ff.de verb.obli.faciunt vt religiosi illi qui decies pulsant campanellam pro dicendo vnam missam.nam †da facie læta : sine 131
lætitia faciei quod dederis,perdes rem meritúmq; rei.gloss.in l.j.ff.de donat.& tu qui accipis, Exiguum munus cum dat tibi

A 2 pauper

pauper amicus, Accipito placidè, & plenè laudare meméto. gl. in l. quisquis. C. de postul. circa medium. & tu qui donas, vtere mediocritate ne prodigus dicaris, vel auarus. secundum gloss. in c. ex parte. de consuetud. dum dicit, Prodigus, est cum vitio retinenda profundens, Qui retinet cupidè quod det res deposcit auarus: Largus qui sumptum facit ex ratione libenter. pulchrè Panor. in c. j. ij. not. de dona. post Tulliū ad rem. & quod ex virtutibus parentum non debeamus laudari, neq; ex vitiis vituperari, tenet Calcan. consil. lxxiij. præsupposito. col. iij. Io. Lupus in tracta. de matrimonio. q. vlt. Bonif. in tract. de nobilit. parte ij. col. ij. vbi inter cætera allegat dictum c. nunquam. & Apuleium de Deo Socratis, dum circa fin. dicit. si laudas aliquem, quia generosus est, parentes eius laudas. & in iij. parte. col. j. & ij. vbi num. lxxiij. & duobus numeris sequentib. facit Lud. de Penna in l. mulieres. C. de dignit. lib. xij. & Io. Chapuis in epist. ante lecturam ipsius Lucæ, quæ incipit: vita tua. col. fi. dicit, non esse curandum de origine, dummodo bona sit doctrina. Et ibi disputat de origine Lucæ de Penna, quem tamen Paris de Puteo in tract. de Syndicatu semper dicit esse Neapolitanum. ad prædicta facit Io. Andr. in cap. constituti. col. pen. de appel. Cicero lib. iij. epist. xxxvj. incip. pluribus. ante fi. Lis soperita ij. artic. iij. distin. est char. xxij. & sequenti. Hieron. in prologo ante epistolam Pauli ad Rom. incip. Romani sunt. circa fi. M. Renaud. in Mirouer des princes, in tribus. vlt. char. Et pulchra verba hodie scripta circa sedilia in Capitolio Romæ: Sola verò & clara virtus nobilitas est: qua duce optimè reipub. consulitur. Non enim aliena quis, sed propria glorietur: nedum præclara maiorum nititur iactare facinora, se potius degenerem fateri tacitè videatur. Summo itaq; studio ad illā anhelet, vt virtute præditus consulendo prosit reipubl. senatuiq; Romano. Et propterea Claud. in Monarchia Franciæ dicit parte j. c. xvij. quòd principes faciliter nobilitāt eos quos sciūt virtuosos. bene facit gloss. in cap. vndecunq; . lvj. distinct. Mallo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis Aecidæ similis, Vulcaniáq; arma capessas, Quàm te Thersitæ similem producat Achilles. Facit frater Greg. Britānicus serm. funebri. xxvj. incip. nobilis. & plures philosophos ignobiliter ortos allegat. Sen. epistola xliiij. incip. iterum. vbi subiicit, Quòd nemo in nostram gloriam vixit: neq; quod ante nós fuit nostrum est. Et Landrianus in epistola ante lecturā Geminiani. facit illud

che

che sol chiar e colui chi per se splende. Campanus in funere delij.de Baillonib.char.ij.frater Ludouic.Viualdus in trac.de laud.triũ liliorũ.j.parte.ix.ratione. Et dicit Corius in Chronica de anno xij.huiusmodi. quòd Vrbanus quartus respõdit obiiciẽti sibi ignobilitatem,virum nobilem non nasci,sed fieri virtute nobilem. facit Rodoricus in Speculo humanæ vitæ lib.j.cap.viij.de vanitate nobilitatis.vbi in cap.præcedẽtibus disputat plures quæstiones in materia. Et propterea dicimus nobilem virtute præferri nobili genere:vt patet in authoritatibus prædictis.Et Lisoperita.char.xxvij.Scrutiniũ. char.xvij. Alex.lib.vj.consil.ccviij.num.viij.& consi.ccxiiij.in fin.Rom. sing.cccclxxxv.incip.heri fui interrogatus.& dcxliiij.nobilitas. Catel.ij.parte Memoral.in versic.doctor literatus. Barbat. lib.ij.cõsil.lvij.col.viij. Corset.in repert.Abb.in verb.doctor. Bon.in tract.de nobilitate.iij.parte. numer.xcvj.& cxviij. Somnium Viridarij lib.j.cap.cxxiij. cũ præcedentibus & sequentibus. quicquid in contrarium videatur sentire Tremolus in additionibus ad practicam Bonacursij,charta ij.in fi.j. colum. Nõ obstat prædictis l.quòd si nolit.§.qui mãcipia.ff.de ædil. edict.& Scrutinium charta xvij. pro quo Papa Pius episto. vj. est charta xxxvij. vbi Sigismundus iactabat familiam malatestarum.& charta xlvj. †quòd magnus est nobilitatis fauor. & 132
Corius in Chronica de anno Millesimo ducentesimo sexagesimoseptimo in oratione Mediolanensium coram Papa Clemente,dicit quòd nobilitas habet aliqualem potestatem in subditos,& hoc concessum iure nobilitatis antiquæ,vel indulgentia principum, pro quo Iodocus in dicto tractatu de nobilitate. consilio ix. Budæus in annotationibus Pandectarum charta xxvij. ante medium. dum loquitur de gentilitate. Et Igneus in repet. authen.ex causa.colum. xcix.dum dicit,quòd ea quæ competunt alicui iure agnationis, non renuntiantur, licet renuntietur hæreditate. Et quod vult Angel.consilio cx. sanctissima.col.ij.dicens, quòd felix radix extendit suam virtutem in palmites.& ibi in col.seq.& apud Iosephum de bello Iudaico.libr.j.cap. xxvij.charta iiij. Glaphira obiiciebat contra Salmonem,quòd orta esset ex humili genere & scribarum qui & operam darent literis. Lucæ j. dicitur quod Ioseph erat de stirpe Dauid:& tamen Iudæi opponebant quòd erat faber. vt Marci vij.Cardin.Papiensis epist. clxxxviij. Quia respõdet Decius in capit.clerici.col. penult. de iudiciis. & Lafranch.in
 dicto

dicto tractatu, quòd contraria procedunt ex præsumptione sed non pro veritate, quia plerunq; videmus oppositum. vt Papa Pius epistol. vj. char. xij. est in opere. charta xliij. dum dicit: Nobilitas horum incerta, perfidia & hæresis bene est certa. facit tex. in l. quotiens. C. de digni. lib. xij. & reatus omnem honorem excludit. Bald. in l. executorem. col. pen. C. de execu. rei iudic. in cap. testimonium. ij. col. de test. facit Instructio eccle-
133 siasticorum. chart. xj. & d. char. xlvj. dicit, †quòd nobilitas parentum non potest filiorum excludere tenebras: & ibi enumerat plures Romanos qui ab antiquis degenerauerũt. cui adde Valerium & Valeriam de his qui claris parentibus orti degenerarunt. Iodocum in tract. de nobilitate. cap. vj. latè Longolium in sua defensione habita Romæ incip. quòd. chart. xxxiij. & seq. & idem Papa Pius epistola x. in opere. chart. lxxxvij. dicit, quòd affinitas cum magnatibus est ficta & inanis gloria, & non de sanguinis altitudine, id est aliena dote gratulandum dicit. pro quo Landrianus dicta epistola ante Geminianum super sexto. vbi tales nominat, prout Papa Pius ibidem. charta cviij. post Senecam epist. xlvij. libenter. licet Senecam non referat. vbi Papa Pius, & dicit multorum regum parentes fuisse seruos, & seruorum progenitores quandoq; regnasse: nec potentiam vllam vlli inter mortales nõ deficere, nec nobilitatem nõ obscurari. facit Dantes in Purgatorio, cantu xx. incip. contra miglior. circa med. dum loquitur de Vgone Capeto qui fuit filius Macellarij, & tamen fuit Rex Franciæ, à quo tot Philippi & Ludouici deriuarunt. Sed Guaguinus in vita illius hoc nõ dicit: licet paulò antè in vita Clodouei, dicat quendam macellarium ob discordiam in regẽ electum, qui postea à suis dolo occisus est. facit latè Gilbertus post Philosophum ij. Oeconomic. in quæstionib. char. x. & sequẽ. & dicit Politianus in lamia. charta iij. Nec esse regem quenquam qui non sit è seruis natus: nec item seruum, cui non origo sint reges: omnia enim ista quæ distant, longa ætas miscuit. Petrarcha epist. xcvij. incip. Noli obsecro. vbi dicit ꝙ Christus ex humili radice nasci voluit. & opponenti alicui eum natum in vico: respondet Cicero in oratione pro Sylla. charta ij. & seq. pro quo facit illud Anacharsis quod refert Bonus in tractatu de nobilitate. iij. parte. numer. lxxiiij. Guillelm. Mara. oratione iij. Ex me valet, mihi quidem probro est patria, sed patriæ tu. Et se iactãti quòd sit natus in celebri vrbe: respondet Iacobus Gualla in

sanctuar

ſanctuario Papiæ.in procem.libri vj.cap.xj.de Papiæ antiquitate,dicens: mortales inaniter gloriari de veteri ſeu celebrrſe oriundos ciuitate, ſi eos ignobiles ſua efficit improbitas. Et inter reſponſa Ariſtot. habetur, quòd non eſt conſiderandum ex qua patria quis ſit ortus, ſed qua patria dignus ſit. & dicit Hoſtien.in ſumma qui fil. ſint legi.§.qualiter & à quo. col.vj. quòd nihil intereſt vtrū per filias vel generos conſulatur commoditatibus ciuitatum, & vtrum lex nouos faciat curiales an foueat quos inuenit.¶ †Ad partialitatē redeundo: ſunt enim 134
aliqui qui volūt penitus neceſſe omnes eſſe partiales, veluti ſi natura nos cum partialitate produxiſſet, vel quaſi eam in baptiſmo cum cæteris operibus ſatanæ non abiurauiſſemus. Quicquid ſit, à bono non deterreamur.quia,Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. &, Omnes qui piè viuere volunt,perſecutionem patiuntur.Sed nihilominus ſemper boni homines diligūtur, & Deus diligit eos:& boni ſemper vincunt,mali verò homines debent expelli ab omni honore:quia ſeruiunt diabolo & ſunt ſine conſcientia. ſunt verba Bald. in l. Caſsius.col.iij.ff.de ſenat. & quando Deus per eos peccata noſtra diluerit,faciet vt ancilla de ſcopa:nam poſtquam de ea domum mundauit, ſcopam tandem in ignem comburendam iacit. Non immeritò ergo Matthæus vicecomes reſpondit illi de la Turre ſe redditurum ad dominium Mediolanenſe quando peccata Turriani eſſent maiora peccatis Matthæi, cū Turrianus ipſum expulit. refert Corius in Chronica ſub anno M. cccvj.in fi.& Petrarcha,licet non ita clarè epiſt. xiiij. Exilium. char.ij. Et quia videmus Italiam tot bellis cōquaſſatam & exhauſtam,præſertim à xxviij.annis,citra quibus nūquam quieuit, vt longe lateq; in quolibet latibulo vexata fuerit, & nondum finis.Ioan. Picus Mirandula cōtra aſtrologos lib.iij.cap. xxiij.maximè à feſto S.Ioānis Baptiſtæ M.dxxj citra à Parma vſq; ad Secuſiam & montes, nulli ciuitati, nulli oppido parcitum eſt:imò etiam Genua ipſa die xxx.Maij M.dxxij.fuit per vim ab Hiſpanis capta & depopulata. Aſtenſes depopulati bis in trimeſtri & fugati:& vt mala malis adderentur, ſuperuenerunt grādines inſolitæ, & peſtis in maiori parte locorum,qua communi iudicio vltra centum millia perierunt his duobus annis à Mediolano vſq; in Pedemontium incluſiuè: adeò vt nemo,quamquam decrepitus, ſit memor hac in patria vidiſſe nec audiuiſſe tantam iacturam & calamitatem. vnde hoc?Alij
 aſcri

ascribunt amœnitati prouinciæ æmulæ vicinis: alij quia Italia est lõga adeò quòd duæ extremitates sibi succurrere nequeũt: & tamen est fortis à natura propter fluuios & montes: & arte propter tot rochas & castella ac paludes in quibus & in mari ciuitates ædificatas cernimus. Alij duobus eius dominis qui eliguntur & sæpe mutantur, scilicet Papa & Imper. Aegid. de regim. princip. lib. iij. parte ij. cap. v. Et quòd Imperator in ea non residet, Petrarcha lib. vlti. episto. xix. incip. quo te. & inter eos de iurisdictione Italiæ dissentio. Bald. de pace Constantię. in vlt. gloss. in l. executorem. charta. fin. de executio. rei iudica. Decius in cap. nouit. col. v. de iudi. quorum decisionibus & legibus circa hoc non omnes volunt stare, assuetis in constitutione quanto cæteris. col. fi. Igneus in disput. cum me legente. col. xviij. Alij acumini ingeniorum de facili propterea varietatem appetentium. frater Hieron. de Ferraria in libro de regim. ciuitatis Florentię. tractatu j. cap. iij. vt etiam videmus in Bald. Alij, & benè, ascribunt istis partialitatibus. Iser. in princ. de pace ten. Iaco. Sign. in tractatu Gallico, de decem transitibus ex Gallia in Italiam. charta vj. Quia vt Salust. circa med. Catil. cum quo Morus in republica Vtopiæ. charta. xxvj. Hi quibus opes nullæ sunt, bonis inuident, malos extollunt, vetera odere, noua exoptant, odio suarũm rerum mutari omnia student. facit Aeneas Sylüius epist. lix. qui nunquam quiescunt, nec alios quiescere permittunt. vt Thucydides libro j. in oratione Corinthiorum ad Lacedæmonios. Sex causas enumerat Enchiridion militare. chart. xxxix. post Panor. in cap. Pisanis. j. not. de restit. spol. facit Practicus Papię. in forma libelli proturbata possessione. in glos. ad cessandum. in fin. Ant. de Prato in tractatu de secun. nupt. charta. xviij. colum. tertia. Calcan. consilio xxiiij. capio primum. colum iiij. dicens quòd in Italia nunquam est pax nisi alterius belli præparatiua: & sic succedit illud tragicum relatum per Barbat. in capitulo significauerũt. col. vij. in capitulo fin. de iud. finis alterius mali gradus est futuri. refert Stephanus Malereti in tractatu de elect. chart. lxx. colum. iij. & profectò possent principes in suis regnis seu pacificationibus apponere clausulam quæ est post prolixam transactionem inter sacrum collegium Doctorum Papiæ & venerandum Collegium Castilionum, videlicet quòd liceat nihilominus alteri parti quotiescunque voluerit à conuentis discedere. & credo quòd nisi esset illa clausula, iam decies finisset

ab ea

ab ea recessum: quia neutra partium multùm contentatur de ea: ita principes si tempore nostro sic facerent fortè diutius du rarent quàm temporibus nostris videamus, quibus vix exiccata papyro incipiunt contrauenire & bellari, & excusando se† quòd bonus est dolus quo hostem decipimus.l.j.§.nō fuit. 135
ff.de dol.Cotta ij. Memorial.in verb. dolum malum. Decius in l.ea est natura.ff. de regul.iur.hinc eis licet dare ad vsuras. Card.in clem.j.§.sanè.q.xj.de vsur.& fidem frangere,dummodo non duci belli. Corn.lib.j.consilio clxxv. consuluit. litera e.glossa in dict.§.non fuit. Bartolus in quæstione incip.Lucanæ.columna decima. de quo dubito propter ista, & rumpere iusiurandum pro se liberando à carceribus. Ias.in l.si duo patroni.§.finali.columna pen.ff. de iureiur. Canarus. de virt. iura.quæst.lx. Ioann.de Celua in tractatu de iureiur.parte iij. quæst.j.in fallen.xj.facit, quia malitiam malitia possumus repellere. gloss.in cap.cupientes.in verb.malignantium. libr.vj. ad quam Ias.in l.cum proponas.ij.illij.not.C.de pac.in l.si rem tibi inspiciendam.ff.de præscript.verb.in l.prima.col.v.C. de test. Decius in cap.sedes.in primis verbis de rescript.Curtius Iun.in l.iij.§.quod prætor.ff.ne quis eum qui.in l.si verò.char. j.ff.qui sat.cog.Corset.de potestate regia.q.lxxxvj.in fi.vbi in priuilegiis pacis.versi.cxiij. Igneus in repet.l.donationes quas diuus. col.xj.ff. de donat.inter vir.& vx.Pet.Gerard.not.xxvj. Hipp.not.clxxij.malitiis.in l.j.§.Præterea. col.x.§. cùm quis. col.ij.ff.de quæstio.dum tamen fidē non frangamus.secūdum Hipp.d.sing.clxxvij.Cep.de imperat.militū deligen.chart.iij. vbi illud,Dolus an virtus,quis in hoste requirat? fuit vnius iuuenis vt Cotta. vbi suprà facit Hippol.not.cxlviij. Graue est fidem fallere.& latius Fortun.in l. conuentionum. colum.iij. ff.de pactis. vbi dicit procedere in omni milite. & Ioannes de Lig.in tractatu de bello. capitulo.lxj. Et Dantes in Inferno, cantu xxvij incip.Già era,dicit illum fratrem dānatum: quia consuluit longa promessa cum latender curto ti sara triomphar ne lato seggio.dixi. inter feudalia Bruni consilio xij. Et adeò frequentantur hæc bella, quòd nisi in bonis agnationibus Lombardiæ facerent, vt apud Appianum Alexandrinum Raspus & Raspicolus,scilicet vnus frater vni principi seruiret, alter eius aduersario: & sic bona à direptionibus & confiscationibus saluantur iam omnia depauperata essent & aboleta: quia vt in d.consil.xxiij.† subiicit Calcaneus fuisse responsum 136

beato Bedæ oranti pro pace Italica.Beda Beda tace, quia Italia nunquam erit in pace. licet facit Dantes in Purgatorio, cantu. vj.incip.quando.Petrarcha in cantilena incip.Italia mia. licet Nicolaus Boërij in conſ.de cuſtodia clauiũ portarum.col.j.dicat,quòd etiam bella ſint frequenter in Francia,non tamen ſic temporibus noſtris. quia & Galli, & Heluetij, & Hiſpani & Teutonici omnes eorum pugnas veniunt committere in Italiam, cũ maximo Italorum diſcrimine & iactura.Adeò vt Itali olim victores gentium, nunc,heu, vincentium præda ſumus. Petrarch.epiſt.xcvj.inter multifidas.& barbarica ferocitas ſæpius deuaſtat dulcem Italiam. Bald.in l.executorem.col.fin.C. de re iud.vbi in fi.ſubiicit quòd lis cedit victricibus armis. & dicit idem Bald.in c.j. de treu.& pac.quòd vbi deficit ius, ſupplet enſis. Sed nunc quòd tandem arma ſumpſit Italia vt Lutherus dicit,nunc tandem ſapit Germania.quid erit, Deus nouit. Non enim milites hodie obſeruant quæ tradit Enchiridion militare. Nec arbor bellorum: quia non debent milites eſſe terribiles inferioribus.ſecũdum Bald.in rub.C.qui accuſare.poſt princ.M.Ranaud in Le mirouer des princes. char.iij. & vj.Item neminem debent concutere,nec opprimere:ſed eſſe contenti ſtipendiis ſuis.c.paratus.in fin.& militare. xxiij.q.j. Adrian.Papa noſter in Quodlibetis.q.ix. eſt chart.xciij. litera g.Ioan.Montolonius in Promptuario Iuris. in verbo, miles. & tamen concutiunt & opprimunt ſaltem hoſpites ſuos: licet cum inimicis humiles ſint, excepto tempore victoriæ:& in eis verificatur illud, Sæpe minus faciunt homines qui magna minantur. Alexand.lib.ij. conſil.cviij. licet deberent facere contrariũ,ſecundum gl.in c.j.de ſponſalibus.in verbo,vlciſci. Qui vincis ſemper vt victis parcere poſsis. Parcere proſtratis ſcit nobilis ira leonis. Item deuorant, rapiunt,deprædantur, graſſantur & depopulantur nedum laicos, ſed & Eccleſias, adeò quòd ſachomani merentur furca ſuſpendi.ſecundum Iaſ.in §. ex maleficiis.col.ij.inſtit.de actionibus.Ange.inſtit.de teſtam. milit.circa fin.Lãcel.in l.cùm res.col.iiij. & fi.de leg.j.ſi enim eſt illicitum concupiſcere ſuem,bouem,vel aſinum:ſed debeat quis ſtare contentus ſorte ſua. Paul.de Caſtr.in l.pen.ad fin.C. fin.reg.quanto minus rapere licebit.& propterea Imol.de iureiur.in cap.fin.colum.pen.dicit, quòd illud quod acquirunt ſtipendiati eſt cum mala conſcientia, vbi eos æquiparat vſurariis. Anch.in regula,peccatum.col.xiiij. Non enim antiqui milites

lites sic faciebant, ex quorum aduentu solebat ex affluentia pecuniæ patria impinguari: at nunc coguntur oppidani fatigati & desperati vel foris vel domi etiam ipsi cum militibus fraudibus & venenis dimicare. vt ille de Pinerolio, qui militibus dormientibus in domo eius domũ succendit & aufugit. Quid enim differt ab hostibus qui hostiũ modo aufert, deprædatur, & tam socios quàm aduersarios spoliat. vt inquit Enchiridion militare chart.lxiiij.& chart.lxxiiij. post Luc.de Penna, dicit quòd spoliantur, deprædantur, & in doloribus alienis implent suos illicitos appetitus: licet rarò sæuiant in æquales vel eos qui se possunt defendere: & ibi plura vide per te, quia liber est impressus: & dicit Paris de Syndicatu.char.lxiiij.in medio columna iiij. quòd nõ est indulgendum militi, cui obuiare oportet vt latroni. Et ita audio fieri in Burgundia, licet milites ibi vtantur igne: quia minus malum est mori semel, quàm dietim, postquam & omnino omnia consumunt vel deprædantur: & saltem si pro tuitione rerum suarum & reip. moriantur, sunt certi de Paradiso, vt dixi inter feudalia Bruni. consil.xij.col.j. ante fin. adde nunc quod fuit dictum Macrobij de somno Scipionis.lib.j. quòd † defendentibus rempub. sit designatus lo- 137
cus in cœlo, quem refert Papa Pius ad ducem Mediolani, epist. xlix.chart vj.& ad Turcam.chart.vj. Augustinus Datus lib.iij. orationum. in viij. oratione incipierant partes. facit Eusebius de Euang.præparatione lib.xiij.c.vj.& seq. Iacobinus in inuestitura.in verb.promiserunt debita seruitia.col.vj. Alexand.in l.frater à fratre.ad fi.ff. de condi.indeb.Barb.in Ioannina.col. xxv. quæ addi possunt ibi per me dictis in d.consi.xij. Et quid visum fuit in vespere Siciliano, de quo Blondus lib.viij.decad. ij.sub anno M.cclxxxj. vide pulchrè & elegãter iuxta morem suum Erasmum quid de militibus scribat in auctuario suarum epistolarum. charta. lxij. epistola incip. ornatissime. Codrum chart.cxij. est sylua pax.& charta.cxxxvij. satyra j.& ij. vndè tot veniunt reuolutiones, quia propterea subditi dominis redduntur infesti. Ripa in tractatu de peste. charta xliiij. numero clxxxix. item aliqui tot blasphemias contra Deum & eius immaculatam matrem offendunt, quæ sufficerent ad destructionem exercitus: & tamen nisi sic faciant non videntur fortes. Card.Papa charta.cxxx.epist.incip. audiens. quamuis deberent educi extra castra, & obrui lapidibus. Leuitici xxiiij. Iodocus de nobilitate.cap.xv. nec vidimus pro aliquo scelere Deum tot

miracula ostendere, sicut pro blasphemia, spiritus autem blasphemiæ non remittetur Matth.x. Et ideò nimirum si Moderni milites coguntur etiam quodlibet minimum municipium cum magna sanguinis effusione superare: & tamen anteactis temporibus cum vno calcari (vt ita dixerim) ligneo, absque euaginatione ensis, acquirebant vnum regnum. procedit enim
138 hoc secundum Enchiridion militare. charta.lxiij. † quia plerunque in bello valet bona conscientia: eo quòd amplius de diuino auxilio præsumat qui se nulli criminum implicatũ agnoscit, pro quo Claudius in Monarchia Franciæ, parte iij.c.xij. M.Renaud in Mirouer des princes. charta.xxxvij. vbi allegat num.xxxj. facit illud gl.magnæ.ad fin.in clem.si dominum.de reliq.& vener.sanct. nimium dilecte Deo, cui militat æther, & coniurati veniunt ad classica venti. Audio tamen quòd artigliaria solet peiores seligere à bonis, quos plerunque mira-
139 culosè inter medios obmittit illæsos. † sunt qui dicant bellum esse executorem iustitiæ: quoniam occisores & fures qui plerunque à iudicibus vel principibus tolerantur, solent ibi communiter omnes interire. vt Iudicum xx. Vbi licet Deus iube-
140 ret ire in bellum, tamen non dedit victoriam, donec in duobus diebus xl. millia sceleratos qui erãt cum eis occidi permisit. Etenim apud Fornouium M.cccc.xciiij. ob peccatum quod dicere nolo, Guiliel. Marc. oratione ij. incip. sacratissimarum quinque millia Lombardi interierunt apud Garigdianum. M. diiij. decem millia Galli: quia omnes rusticos vocabant. M. dix. apud Pandinum seu Caranazium ob eorum blasphemias duodecim millia Lombardi. M.dxij. apud Rauennam xx. millia Hispani: quia volebant ruchlarũ bruschum. M.dxiiij. quinque millia lansquenetti apud Nouariam ob peccatum ebrietatis. M.dxv. apud Mediolanum seu Marignanum: xv. millia Heluetij ob pecuniam extortam à populis anno anteriore: M.dxxij. ad Bichocolam apud Mediolanum quatuor millia: & sic quantum sanguinem diebus nostris bibit Italia tellus; & nondum finis: & quod deterius est, Turca qui anno superiore Belgradum in Hungaria arripuit, quæ murus dicitur ciuitatis Christianæ, prout Gallia domus, secundum Card. Papiensem chart.ccvij. epist. incip. cum nũc Rhodum & sese inuicem Christiani principes, & in Gallia & in Burgundia & in Lombardia mutuis bellis confodiunt & absumunt. Quod videns Turca ipse interea negotium expedit, & Christiani non aduer-
tunt.

tunt. quòd modernus Turc. longè est potētior antecessoribus suis: qui licet debiliores, tantam iacturam attulerunt tamē reipub. Christianæ, quāto plura faciet iste qui nouiter Soldanum superauit? & qui secundum fratrem Ang. Anachoritam vallis vmbrosæ, in sua epistola ad Florentinos de anno. M.cccexcvj. tunc ordinariè extra patriā poterat manutenere equites quinquaginta millia; & sic quantū augmentum accesserit nunc reditibus Turc. qui tunc secundū eum erant de octo millionibus septem centum & octoginta millibus ducatis singulo anno, vltra alios infideles qui tot sunt quod extra patriā possunt ordinariè intertenere equites nouemcentum millia qui tamen, secūdum eum, rex Francorū nisi quinquaginta millia licet dicatur quòd habet quinq; milliones scutorū in annuo reditus, si verum dicat frater Angel. & infrascripti. tu videris, quia ego sum merus relator. Item serenissimus imperator ratione officij aureorum millia ducētum: vt Cardi. Pap. char. ccix. epist. incip. cùm in Germania. Italiæ autem reditus secundum Iacob. Sign. in lib. Gallico, de decem itineribus per quæ exercitus Gallicus potest ingredi Italiam, composito de anno. M.dv. sunt in summa quatuor millioni ducentum & triginta quinque millia isto modo: videlicet Papa ex terris ecclesiæ ducentum & quadraginta millia: camera apostolica centum & viginti millia: regnum Siciliæ septem centum millia: Veneti intra Italiam octo cētum millia. extra Italiam ex Sclauonia, Candia, Morea & corfu, Modoni quatuor centum millia: ducatus Mediolani sex centum millia. Florētini ter cētum millia. Senenses octoginta millia: Bononienses sexaginta millia: Genuenses centum millia. Lucenses triginta millia: dux Ferrariæ centum & viginti millia: Marchio Mantuæ sexaginta millia: Marchio Montisferrati quadraginta millia. Comitatus Asten. quinque millia: Marchio Salutiarū decem millia. Pedemōtium septuaginta millia: Barones regni Vrsini, Collonenses, Camerinis, Sinegaliæ, Pisauri, Forliui, Imolæ, Faentiæ, Capi, Corregiæ, Mirandolæ, & alij plures in simul quinque cētum millia: & sic hi reditus comparati non possunt reditibus Turcæ. † Addo 140
quòd eius exercitus cum longè minori impensa transducitur: quia vinum non bibunt, & dormiunt induti super tabulas, sed omnes nostri milites volunt mulum cum coffanis & lecto coopertinato. Item Turcæ nūquam mutant habitum quo ad formam: at nostri milites singulo anno diuisias, & vestes variant.

modò

modò longas, modò breues &c. Nam quilibet sagittarius in habitu vult videri miles: miles capitaneus, & quilibet capitaneus vult videri princeps. clarè Archiepiscopus Florētinus in iij. parte summæ, titulo iiij. §. viij. allegando. S. Bernardum. Claud. in Monarchia Franciæ. parte ij. cap. xxj. & xxiiij. Enchiridion militare chart. lxxv. & postea tales vestes inimicos reddunt audentiores propter prędam vt dicit Hannibal quem refert Gell. lib. v. c. v. in libris. Item tēpus quòd famuli in armando patronum exponere deberent, cōsummunt in componendo mallam & sarcinulas quam dimisso patrono in militia, ipsi custodiunt retro baghagia, quæ quandoq; propter rumorem vertuntur in fugam, quæ postea fugam præstat toti exercitui, vt sæpe visum est. Claud. in Monarchia Franciæ. parte iij. c. x. facit illud: Nec rudis infestis miles radiabat in armis, Miscebant vsta pręlia nuda sude. refert Baptist. Pius in annotatis posteriorib. c. xxv. in fi. Et tamen Romani subegerunt totum orbem, secundum August. in x. parte operum suorum. in tract. de Antichristo. vbi col. pen. dicit, quòd licet nunc plures deficiant à Romano imperio, tamen antequā Antichristus veniat, Galli adhuc omnia reducent sub imperio Romano. ita etiam refert Mirabilis liber prophetiarū char. vij. At nunc quia ad pompas militum stipendia non sufficiant, concutiunt & extorquent à rusticis, quos (vt materialiter loquar) vitam cum iecore cacare compellunt. sunt verba Catonis Sachi in oratione habita in doctoratu vnius equitis. nouerūt enim ad hoc infinitas artes: vt Io. Gerson cancellarius Parisiensis in iiij. parte, serm. incip. viuat rex, ad regem Franciæ nomine Vniuersitatis Parisiensis col. xxviij. sub quarta cōsideratione. ordinauit enim Ludouicus rex xij. leges quasdā militib⁹ de anno M. dxij. die xij. Maij huiusmodi cōtinentiæ, quam statim refero. Ex quarum forma qui sub parua paga militant, habent victualia pro tribus quæ valent quatuor. & reliquum supportat cōmunitas. nescio quo iure hoc nouum vectigal milites ad subtili ingenio auferendum aurum à rusticis vtūtur hac fraude quæ eis toleratur. conueniunt mensores quos forrerios appellamus vt Enchirid. chart. j. per l. j. C. de metatis. lib. xij. à quibus petunt hospitium pro centum equitibus licet habeant solum octoginta: de reliquo, capitanei regem fraudant & vendunt exemptionem seu complacentiam cōmunitatibus quas nec in plus possent onerare. At miles cum primū venit ad hospitium, ducit meretricē,

canes,

canes,famulos,& decem equos, qui hinc vel inde cōmodo accepit vt terreat hospitem, cum quo componit ad tantum pro mense,& postea ibit hospitatum in aliam villam sibi etiam per forreriū datam,vbi solus cum vnico equo cōmorabitur prout nec plus tenere cogitur,& ea via extorquebit triplicatū stipendium:capitanei quidam prohibent verbo,sed non facto, quoniam & ipsi talibus militibus de eorum stipendio Falcidiā detrahunt,& non aduertunt quòd tenentur in conscientia, & dicit Ang. in l. ij.§. si quis non homines.ff. vi bo.rapt.quòd rex Hungarie tempore mortis de hoc fecit sibi magnam conscientiam.facit Fregos.lib.j.c. an liceat. in Valeriana de disciplina mili.vbi facit vnū capitulū de Aureliano imperatore, in quo transcribit epistolam illius imperatoris incip. si tribunus esse vis,fac militum manus ab alieno contineāt. & ibi narrat qualiter debeant viuere milites. facit Claud. in Monarchia Franciæ.parte.j.c.ij.circa medium.& parte.iij.c. xj.vbi acriter inuehit contra capitaneos qui hæc sufferunt, vt intertineant beniuolentiam militū,dicens quòd imò reddunt eos cōtumaces & inobediētes,quo nihil perniciosius in militia:vt patet ex vulgato iudicio Cicer. cui cùm explorator retulisset, exercitum Pompei numerosiorē,sed Cæsaris obedientiorem, Cicero statim victoriam Cæsari iudicauit,& prout secutum est. non immeritò ergo lex inobedientes milites capite punit,etiam quòd res bene succedat.l.desertorem.§.in bello.ff.de re milit.vbi gl. not.magnam vim obedientiæ.& refert Cremensis sing.cl.mandatum,quòd domini Veneti propterea decapitarunt vnum eorum capitaneum,quia cōtra eorum mandatū pugnauit, & vicit.Idem fecit Tit. Manlius Torquatus,secundū Valer.lib.ij. de disciplina milit.& lib.ix.c.iij.de ira,odio.Gel.li.vij.& Marcellum Virgiliū in oratione de laudibus militiæ incip. quæ solent,col.xiij.idem dicit Valerius vbi.s.& Gellius lib.j. c. an liceat. & Epaminundas contra Stensibrotum eius filium. & refert Fregosius in Valeriana,eodem tit.& inter cætera in cap.de Septimo Seuero imperatore,dicit nullum in exercitu perniciosius malum,quàm nimia licentia, & reuerentiæ neglectus. Est verùm quòd Cremensis,vbi.s.limitat illum.§.in bello,quando superuenisset noua causa quæ principem latebat.tu vide cautelam cum qua Epaminundas pœnam illius §.euasit,in eius vita apud Plutar.char. pen. facit quod dicit Ang. in l.j.§.bestias.ff. de postul.vbi dicit quòd omnis actus qui fit ad publicam vti 141
litatem,

litatem, licet sit aliàs reprobatus: tamen commendabilis est, & vide Pontanũ de obedientia. circa med. lib. iiij. in rubr. an sem per formulis parendum sit: dictant enim regiæ ordinationes quòd milites quando incedunt per patriam, insimul pergant, sequentes vexillum seu insigne: non hospitentur in hospitiis publicis itinerantium, sed in locis per commissarios sibi deputandis: vagantes vltra omnimodã solutionem expen. puniantur. Et dux seu capitaneus non puniens teneatur in propriam: commissatij seu forrerij ab aliqua cõmunitate nihil exigant, vel capiant, ne milites hospitentur sub graui pœna, & ne fraus fiat cum eis. In distributione hospitiorũ interueniant patriotæ, vt æqualitas seruetur: contra faciens, per quẽlibet iudicem
142 guerrarum, scilicet illum qui præuenerit, puniatur. † Quando autem milites itinerare continget, absq; eo quòd societas sub vexillo moueatur: hospitentur & soluant more priuatorum. Capitanei autem dum vadunt metropolim visitatum superiorem, deputati cõmunitatum pro tempore hospitium exhibeãt eidem cum vtensilibus pro sex seu octo equis: victualia nequaquam: cùm erunt in loco vbi erit superior soluant pro hospitio camera, & stalla secundũ taxam & morem Curiæ Regiæ, & nemo sit exemptus. Milites & duces dum recedunt ab hospitio exportent omnia sua, ne sit causa dimittendi seruum pro custodia, & rixandi cum hospite de rerũ subtractione. Et ne credant hospitium esse sibi patrimoniũ quotiẽs capitanei vel milites redeunt denuò à forrerio & deputatis: à cõmunitate hospitium petant: designata guarnisone, illi de cõmunitate assistant forrerio in deputando hospitia militibus, & datum semel mutari nequeant: duobúsq; sagittariis siue archieriis sufficiat vnicum hospitium. Et hospitium assignabũt ad partẽ cum supellectili: vt infrà. videlicet militi siue lanceæ locum vnum honestum pro comedendo, vnam cameram cũ vno lecto pro eo, & vno mataratio pro seruitore: mutentur linteamina in æstate quater in mense: in hyeme bis in mẽse: toualiã seu mappam vnam: seruietas duas mutent bis in hebdomada, restitutis domino anterioribus immundis vel valore. Item vegetem vnam seu botallum à vino, calderonos duos, boccale seu lagenam vnam, platos duos, scutellas duas, vnum veru, vnam situlam, stabulum vnum pro equis: idem fiat pro duobus sagittariis. Non capiant milites victualia ad texeram, id est sub credẽtia, sed soluant manualiter de præsenti. Qui cum partua paglia militant

militant habeant victualia pro tribus quæ valent quatuor ad ordinationem locumtenentis regij, quæ capiant ad vnum magacinum seu fundicum à cõmunitate deputatum in quo si deerunt, petat ab hospite suo cum pretio ex tunc soluendo. Nequeat tunc miles quempiã cogere vinum vendere quouis pretio, nisi sibi per deputatos à cõmunitate seu magacino assignatum fuisset: & cœpta vna vegete, quandiu ibi vinũ superfuerit, non varietur ad aliam. esset enim fastidiosum nimis vnum adhibere ad totiens extrahendũ vnum bocale vini. Conuiuans socios siue bancherans cõuiuij expensam emat in foro ad instar priuati: cùm in loco seu oppido guarnisonis deerunt victualia, non teneantur oppidani aliunde emere: sed ipsi milites sibi emant, teneãtur tamen oppidani seu cõmunitates propria impensa cõmunitatis ea cõducere dummodo possint eodem die ire & redire. Qui ad magnam pagam militant, victualia emant in foro ad instar priuatorum. ciues domum in villa habentes non teneantur quempiam in illa hospitari: sufficit onus quòd sufferunt in ciuitate. Patriota militi seruiens non eximitur propterea à iurisdictione iudicis sui ordinarij. Militi vel stipendiato patriotam seu oppidanum percutienti, amputentur manus; si econtrà oppidanus militem percutiat; amputetur caput oppidano. Capitaneus militem percutientem capiet, & præposito, qui si non adsit, iudici ordinario tradat puniendum vt suprà. Si contra armigeros insurgat communitas vel ad campanam pulsauerit puniatur arbitrio locumtenentis vel marescali. Gubernator, capitaneus, vel castellanus seu commissarius, quicũq; stramina & victualia ad instar priuati emãt in foro nec quicquã à villis vel capsinis suæ iurisdictionis capiant, vel vehi faciant sine pretio. Omnes officiales guerrarum prædicta obseruent, & obseruari faciant, atq; publicari temporibus monstrarũ in quibus denuò iurent ea seruare. & in guarnisonibus singulis sex mẽsibus publicentur: prædictáq; per pedites obseruentur, sub pœna secundũ casus exigentiã à capitaneo arbitranda: quam si inferre non potest, notificet locumtenenti vel marescalo, sub pœna patiendi in propriam. quibus fauorem & auxiliũ ac assistentiam ad capturam culposi præstabit, vt iustitia executioni mandetur: iurabunt in singula monstra capitanei peditum quòd non patientur abusum, robariam vel falsitatem, nec permittent aliquẽ præsentari in ea ad pecuniam capiendam, nisi per eos sit in rotulo descriptus, & de numero

mero societatis:capitaneus postea contra faciens, de periurio & crimine lęsę maiestatis plectatur. Addebat ille cōmissarius, quòd in guarnisone nō posset armiger tenere nisi tres equos, & duos famulos,& sagittarius vnū equum & famulū. in guerra teneant quot voluerint.at vides quomodo etiam tales ordinationes adhuc fraudentur, circunueniantur, imò & palàm & impunè violentur. Et per prædicta ex quibus & traditis in locis vulgaribus patet quot dāna bellū afferat. Potest illud dissuaderi episcopis qui illud monere intendunt contra Christianos etiam laicos, etiam pro recuperatione rerum temporalium ecclesię, ab eis detentarum.c.authoritatem.xv.q.vj.xxiij.q.iij.c. Maximianus.& latè disputatur.xxiij.q.viij.per totum.Panor. in c.sicut.de iureiur.Ioan.de An.in c.petitio.de homic. Stepha. Malereti in tract.de elect.chart.lix.col.ij.& iij.Decius cōs.clj. colū.xij.Berta.in tractat.de episcopo. j.parte lib.iiij. q.xiij.est chart.xxiij.col.ij.frater Tho.Illyri.de potestate Papæ char.cv. Nam prædicta suadent oppositū,vt in summa.xxiij.q.iij.Rosellus in Monar.char.vj.col.j.tex.in c.si in morte.xxiij.q.viij.vbi inquit Greg.Si in morte Longobardorum me miscere voluissem, hodie Longobardorū gens nec regem nec ducē haberet: sed qa timeo,in mortē cuiuslibet hominis me miscere formido,quòd maximè procedit hodie propter bombardas quibus vtimur in bellis.c.j.de sagit.videtur quasi quòd natura defecisset in nobis ministrādis tot morborū generibus quibus quotidie morimur:nisi & nos tot instrumenta ad homines occidendos inuenissemus secūdū Heraclitū. & quid dixisset si vidisset bōbardas?dedit enim Christus nobis exēpla Io.xiij.Fely.in c. inter cætera.de offi.ord. quia licet nondum venisset hora eius quādo tulerunt Iudæi lapides,abscōdit se & exiuit de tēplo:& Petro volenti eum defendere, iussit reponere gladiū. pulchrè Io.Andr.in c.nouit.col.pe.de iud.vbi Panor.colū.iij. Iodocus de nobilit.c.xiiij.Nec ob.quod hoc dixit:quia Petrus faciebat sine licētia secundū Cald.quē refert Ana.vbi.s.& Socin.in c.ad audientiā.de homic.col.xxij.q.ix. quia replicatur quod paulò antè Christus licentiā ei videbatur dedisse,dum dixit:Qui nō habet gladiū,vendat tunicā,& emat illum.& dum Christo dictum fuit:Ecce duo gladij:respondit,sufficit. latè Mirabilis liber prophetiarū char.xij.c.iiij.Item licentiā habebat à iure naturæ quæ permittit defensionē pro persona domini sui.Matth. x.circa fin.Lucæ xiiij.Hadr.Papa noster in Quodlibe,q.vij.est

chart.

consil.lxxvij.col.iiij.Corset.in tract.de potestate regia. quæst. lxxiiij.Bustus in Defensorio montis.charta lxj.col.iiij. & seq. Pich.in repetit.l.in quartam.col.liiij.frater Thomas Illyricus de potestate Papæ.char.xxxvij.Mirabilis liber prophetię char ta xij.cap.iiij.¶ ƒ Aliam causam istarum partialitatũ quidam 168
assignant esse, scilicet propter fauores & sequelã: sed non aduertũt ad illud Plauti in Amphitr.Sat habet fautorum,qui recta facit.Et Ias.super suam portã,vt vidi. & habetur in oratione Sapiæ in eius funere, Virtuti Fortuna comes.Philelphus in satyris. Virtutibus vltrò respõdet Fortuna fauens. Liuius decade j.lib.iiij. dum loquitur de A. Sempronio. vbi dicit quòd fortuna, vt sæpe aliàs virtutem est sequuta. & Cicero de Senectute.post medium,loquendo de Cyro dicit, Virtuti tuæ fortuna cõiuncta est. & Bar.in repet.l.Barbarius.ff.de offic. præt. col.ij.quòd virtus & bona fortuna rarò seorsum cõsistunt.allegat Aristot.& Virg.hinc Gallicus,A vertu fortune. & Achilles de Allionibus iurisconsultus,senator maioris consilij ducis Sabaudiæ,in domo sua depingi fecit,Mineruam & fortunam amplexati deambulantes.& fortuna exaltat & deprimit.Angel.in l.duo naufragium.§.fina.in fin. ff.de incen.rui. naufra.licet sit inexorabilis,& muta.secundum Ias.in l.si duobus. colum. j.C. commu.de leg.& sine ratione.Bald.in cap.clerici.de vita & honest.cler.hinc ille rogans auxiliũ ab amico contra ius, dicebat ꝙ in iure nõ egebat auxilio: alius respondit,Es alter dæmon, qui sciẽs peccatũ & pœnã inferorum, alios illuc accedere instigat, ego dæmonis amicitiã recuso.& meritò, quia pro amico non est faciẽdum nisi vsq; ad aras. M.Renault in Mirouer des princes.char.xxvij.Gel.lib.j.c.iij.Chilo.pulchrè Rosariũ Bust. ij.part.serm.xxxj.litera m. vbi allegat Valeriũ li.vj.loquentẽ de Rutilio,qui dicenti sibi,Quid igitur mihi opus est amicitia tua,si quod rogo non facis?Respondit,Et quid mihi tua,si propter te aliquid inhonestè facturus sum?Matth.x.Qui amat patrem vel filium plusquã me,nõ est me dignus:ergo quanto minus amicũ.† Est verũ quod plurimi cõquerũtur fortunã virtu 169
tibus aduersari.vt Marsilius epistolarũ li.viij.char.clj.& cliiij. epistola incip.superioribus.& lib.x.chart.clxxxvj. epist.incip. inimici hominis,domestici eius.& epist.proximè sequenti.sed fortè, erant instabiles: nam si perseuerent in virtutibus. Et si semel, bis, vel ter, seu pluries fortuna aduersetur, tandem mutabitur, & virtutibus adhærebit: & quò tardius, eò altius vir-

virtuosum extollet. Et sic soluet forte cum vsuris. vide Claud. in Monarchia Franciæ.lib.ij.c.xvij.ista enim magis intellectu percipi possunt, quàm verbis exprimi.l.quo enim. §.j. ff. rem ratam hab. Plus dicendum videtur, quòd imò ipsismet caporalibus harum factionum sit talis partialitas exosa, prout de tyrannide in seipso scribit Phalaris epist.xxiiij.inci. cum.& epistola xlij.ignosco.& epist.seq. Et Isocrates in tract. de Tyrannide. Matth.Bosius epist. iiij.tuis literis.nam licet quis debeat esse subditus principibus etiam discolis, tanquam à Deo missis: tamen secus quando tyranni. Paris de Syndicatu. charta.iij.
70 cap † an liceat occidere tyrannũ.facit Numeri c.char.xxv.vbi de Eleazaro. Bald. & Claud. in l.ex hoc iure.ff.de iustit.& iur. Luc.de Penna.in l. j.col.v.C.pub.lætit.lib.xij. quis animus est ergo tyranno; quæ've requies? non sunt audaciores, ditiores, nec fortuniores Cæsare, qui tamen fuit trucidatus, & tot successores. Nam omnia dicta exinde nascentia illis ascribuntur. Bar in l.quoniam multa.C.ad l.Iul.de vi.Ang.in l.j. ff. de probat.Alex.lib.j.consi.ciij.Item prima.col.ij.& continuis anxietatibus & expensis fatigantur, & mille viris infamibus & sceleratissimis fauere coguntur. Et eos quandoque extra dominium principis propter fiscum grauissima impensa nutrire, & eos qui si domi starent artem suam exercerent, & nunc nihil valet operari, & postea cùm nequeant à malo abstinere. Nam Lucanus, Sanguis semel ore receptus Pollutas nũquam patitur mansuescere fauces.& peccata tempore patent. Propterea sæpius visum est eos clamare, dum furcis suspendebantur, Ego morior propter talem caporalem, quem nominabant. cogita in quanto pudore & discrimine eum ponũt.& si semel rogauerit vnum ex his sequacibus, quos vulgò in Italia Catulos caporalium nuncupant, cogetur quotidie ei vices reddere: & si non de persona, saltem de bursa: & tamẽ durius est de pecunia quàm persona seruire.gl.fi n.in l.hæc operæ.ff. de oper.liber.Imò de dominis faciunt se horum sequacium seu catulorum vilium socios, & quasi fratres.& quia nimia familiaritas generat cõtemptum.l.obseruãdum.ff.de offic.præsi.c.& si Iudæos.de Iudæis. vbi Panor.dicit hoc procedere in istis rusticis. Bonif.in tract. de nobilitate.parte iij.num.xij.possumus dicere quòd tandem subditos, ne scelera etiam pro eis perpetrata propalent, adeò quòd nunquam quiescunt tot exilia subeunt, tot vulnera, tot mortis pericula.necubi locus tutus ab insidiis inimicorum. &

 quando

quando perfecisse arbitrantur, tunc incipiunt. pulchrè frater Hieron. de Ferraria in lib. de regim. ciuitatis Florentiæ. chart. penult. Albertanus lib. ij. in rubr. de cõsilio inimicorum vitando. & in rubric. de custodia personæ. nam pro vno die quilibet pauper sat erit ad vexandum, & fortè occidẽdum etiam vnum potentem caporalem, quo res cunque trahat & vindicet: postea si potest, quoniam peracto scelere aufugient: & nullum hominum genus audentius, & callidus Italo paupere, vt suprà. & aliquando repetiet socium, † quoniam communis timor iungit separatissimos. Bald. libro j. consil. cxxx. Decretum. & aliquando parua sæpe manu innumerabiles hostes fuderunt, vt statim dixi. Et propterea timetur dubius euentus belli. Oldr. consil. lxij. & circa vlt. chart. facit Marsil. Ficinus lib. vj. chart. cxviij. epist. incip. omnino. dicẽs, quòd vbi mare sæuit maximè in fortuna vt plurimum dominatur, & facillimè fallit, & postea homines ducunt damnum tuum. & charus vindictam. Eras. j. parte Prouerb. dcxlvj. Nónne vidimus Collam de Montanis grãmaticũ ob baculatas, quas (vt dicitur) sibi dari fecerat Galeacius dux Mediolani, ipsi duci toti orbi tremẽdo cautè mortem cogitauit, procurauit, & executioni mandari fecit, & ipse semp. à lõge stetit. Corius in Chronica de anno M.cccclxxv. char. cccxxiij. circa fin. latè habetur in depositione Hierony. Alciati, quæ incipit, Colla de Montanis. Et si caporalis faciat violentiam alicui ob hos sequaces, cogitet quòd contra suos posteros hoc fabricat. Nam cùm ex diuitibus, pauperes: & contrà quotidie procedant, vt ex rota richeza fa superbia, superbia fa pouertà, prouertà fa humilità, humilità fa richeza. richeza fa superbia. pro quo glo. in l. non vt ex pluribus. in fi. ff. de reg. iur, Et sic semper circumuoluendo nunquam est finis. facit Lucas de penna in l. j. C. publ. læt. lib. xij. col. ij. ponens etiam hos versus. † Nobilitas fastum, fastus litẽ parit & arma: Lis odium, 172 carpunt hæc tria mortis iter. non erunt fortè posteri ita potentes, contra quos similes violentiæ etiam patrabuntur. pulchrè text. in auth. vt omnes obed. iud. prouinciæ. in princ. & iudices talibus resistere debent. Alberti. in prooem. C. incip. quoniam. col. fi. & eorum precibus iudices quandoque ferunt sententias iniustas: & tunc bene vellem scire si aduertũt ad restitutionem ad quam tenentur damnum passo, vltra pœnam. l. qui dolo. ff. de præuaric. Quinimo his quibus prodesse putant, nocent: nam talis sententia per supremas Curias reuocatur. Claud. in

Monar.Franciæ.parte j.cap.x. propter quandoque nullitatem actorum vel iniustitiam:quia nemo diu gaudet qui iudice vincit iniquo.gl.in l.in hæredē.ff. de calum. Et si fuissent seruata seruanda,fortassis obtinuisset in meritis:& vidimus sæpe præstari fauores ad colligēdum fructus qui ferè consumuntur per socios,vel perduntur, quia vt plurimūm immaturi. Et postea oportuit resarcire in duplū cum valore quanti plurimi. Omitto quòd nunc eos qui ob eorum potētiam volentes lucrari faciunt cum aliquo litigante pactum de quota litis, quia debent puniri in tertia bonorum suorum. lex senatus. vbi glos.ff.ad l. Iul.de vi priua. Et quòd hæc partialitas non solum sit odiosa caporalibus: sed instigatoribus & humilioribus patet, quia per fas & nephas seruiunt caporalibus. Felyn.in c.in literis.col.1j. de testib.ipsi sunt qui vulnera & cædes suscipiunt, qui laqueo suspenduntur, securi percutiuntur vt caporalibus sint exēplo: ipsi torquentur,trucidantur, & caporales ex causa tolerantur. Albertanus de consiliis dandis, lib.ij.de quotuplici voluntate Dei. Est enim lex, araneæ tela,quam si quid debile intrat, retinetur: graue autem pertransit, tela resissa. vt Solon apud Laërtium. Mancinellus in sermonib.lib.iij.tit.viij. Codrus serm.j. char.xxvij.Erasm.iij.parte Prouerb.ccccixxij.dat veniam coruis.&c.Ange.in l.ij.ad fin.ff.de priuat.delic.Bon.de nobilitate iij.parte.num.xlviij. Claud.super Lucam. est chart.clxviij. est vltima.ij. tract.facit quòd al cane maigro se apichano le mosche.l.& an eandem.§.actiones.ff.de excep.rei iudic.vbi Ang. Lucas de Penna in.l.missi opinatores.ante fin.C.de exact.trib. lib.x.in l.j.C.de stud.lib.lib.xj.col.vj.licet & meritò hoc dānet Fortun.in l.j.colum.xj.ff.de iusti.& iur.sed interdum . ita fiendum dicit Luc.de Pēna in d.l.missi opinatores. Cyprianus Benetus in tract.de authoritate Rom.Ecclesiæ. chart.ix.& seq.& gaudent quādoque caporales de morte talium malefactorum, ne scelera quæ eis mandauerunt, propalentur, & vt se fastidio & impensa liberent:licet fingant dolere, & amicos rogent pro eorum liberatione. Sciūt enim quod qui committit peccatum seruus est peccati.Iō.c.viij.glo.in l.fi.C.de senten.pas.Imò quādoque seruiunt vni caporali,qui postea eum destruet. vt Facinus canis dicens equo suo ronzino, destruto el Guelfo, mangia el Gibelino. Et Alex.vj. destructis Vrsinis, inuasit Colonenses.nāque arma tenenti,omnia dat &c. secūdum Lucanum in j.& Nulla fides pietasq; viris qui castra sequuntur.vt Anch.

consil.

consil.xxxvij.incip.præmissa.Item est periculosa armorũ contractatio ista, vt dicit sapiens Mediola.Can de porco, sparauer. de chaza,& homo da spada non se troua raza.& inspice. Cæsarem Pompeium & cæteros etiam summos bellorũ duces qualiter occisi fuerint:sed omittendo eos qui non fuerunt de populo electo, inspice quot Christianos, & quod deterius est quid de anima eorum. Melius ergò illis esset si rempub.regere nequeunt, postquam etiã turpe est lucrum quod quis eam gubernando facit.c.militare.xxiij.q.j. Ideò fugiendum. Ioan.Lup.in rub.de don.inter vir.& vxor.char.xxxiiij.col.iij. Et nõ solum peccatur conuertendo pecuniam publicam in proprios vsus: sed etiam in malè eam ministrando. Fely.in c.olim.col.pen.de accusa.& cum quanto periculo & difficultate fit talis administratio, nisi adsit diuinum auxilium, Marcil.epistolarum libro vj.char.cxxij.† & omne officium per partialitatem obtentum 173 peccat exercens.vt frater Michaël Dominicus in d.tract.char. xiiij. Melius est ergo artes suas exercere, vel agros colere, vel mercari, quàm quotidie arma inutiliter & contra proprios quandoque affines tractare.l.si cohartalis.C. de cohar.lib.xij. quoniam vt plurimum caporales postea in amicitiam reconciliantur,& ipsi vtrique remanent exosi: quia entia volunt benè disponi.v.Ethic.j.Metheor.Imol.in cap.nouit.col.iij.de iudic. Bald.de pace Constan.circa fi. Et in repet.l. Aemilius.col.pen. ff.de minorib. Rosell.Monarchia char.lxxij.in fi.iij.col.præsertim si negotium omnes tangẽs ad hoc impellat, quia communis timor iungit separatissimos. Nic.Boërij in tract.de seditiosis.char.xix.post Bal.lib.j.consil.cxxx. Et nescio videre quomodo possint confessores istos partiales absoluere stãte periculo recidiuationis.quod colligitur: quia nõ admittunt diuisias, ideò non dicuntur pœnitere: & quomodo est reconciliatus fratri suo, Matth.v.latè frater Thomas vbi.s.in viij.fundamẽto.& in char.cxiij.Item propter scandalum in simili. Angelica & Syluestrina in verb.cõcubinarius.§.ij.quia clarè liquet, quòd facilius quis relabitur ad partialitatem, quàm ad concubinatum: ergo absoluer non si po chi non si pente.vt s. dixi. plus dici potest, quòd si aliquis vixit in partialitate, & moriatur cum penna vel imagine super birreto, vel cum vestibus seu caligis indicantibus partialitatẽ, nisi appareant signa pœnitentiæ: quia in manifesto peccato moritur intestabilis. Et sic corruit eius testamẽtũ. Bart.in l.j.col.vj.q.vj.C. de sacrosan.Barb.

in c.ingredientibus.col.antepen.de testam.& lib.j.consil.fi.incip.multos.Burgos in c.j.col.v.de empt.& vẽdi.Archiep.Flor. in ij.par.Summæ.tit.x.c.j.§ non ob.Bald.in d l.j.& Panorm in rub.de testam.col.fi.& Perus.in rub.eod.lib.vj.col.xvj.verb.vltimo quæritur an excommunicatis. quia ipsi loquuntur quantũm ad pias causas. Et in quibus maius dubium vertitur: quia non debeat capi eleemosyna à peccatoribus. Et prædicta opin. indubitãter procedit, si teneamus opin.fratris Michaëlis Do-
374 minici,† quòd partialis grauius peccet, quàm hæreticus: quia omnes indifferenter tenent hæreticum esse intestabilem: & si intestabilis, quantominus poterit sepeliri in terra sacra. Bertach.in tract.de episcopo lib.iiij.par.ij.q.xiij. frater Thom. Illyricus vbi s.in vij.fundamento.Et frater Michaël Dominicus in d.tract.de Guelfis & Giebellinis.chart.xj.versic.quartus labor.c. placuit.xxiij.q.v. Hadr.Papa noster in Quodlibetis. iij.char.xxxviij.col.j.Et quia istud de testamẽto & de sepultura pati potest multa contraria, bene cogita,quia non firmò, licet in dubio tutior via sit eligenda: & sic cauendum ab his partialitatibus, nec se ponere in conflictu opinionum Doct.ne vlterius circa rem notissimam insistam, scilicet in testatione huius maledictionis,Ponam aliqua remedia,quę si adhiberẽtur, si non tolli, saltem fortè sedari possent istæ partialitates: quia hoc opus hic labor est:nam videtur quasi impossibile secũdũ Surgetum in Enchiridio militari char.xxxix. & partialitas est passio animi.secũdũ Bal.in l.j.C.ad l.Iul.Viscel.quæ soli Deo cordium scrutatori nota est.c.erubescant.xxxij.dist.Ideò non facilè potest adhiberi medela.glo.in c.vt circa.de elect.lib.vj. in glo.iij.quia semper dicunt inter se illud,Odero si potero: si non,inuitus amabo.gl.in c.turbarum.xxxvij.dist.Sed possent obseruari causæ quæ causant pacem. vt Panorm.in c.Pisanis.j. not.de restit.spol. Afflictus constitutione.pacis cultum. col.ij. Guil.Rouille in tract.de descriptione iustitiæ & iniustitiæ, lib. j.c.xv.Luc.de Pẽna in l.j.C.de publi.lętit.lib.xij.col.vij.& seq. Et auferri quæ causant bellum. Io.de Lign.in tract.de bello. tract.ij.c.v. Laurent.Valla de donatione Constantini. charta.
375 antepenult. ¶ †Primò enim quòd Papa qui est pacificus,vt in proœ.rex pacificus.ad quem spectat iurisdictio istorum propter peccatum.c.nouit.de iudiciis.Item propter pacem, vt Decius ibi viij.not.bene facit text.in c.placuit.xc.dist.de quo Felyn.in rub.de treug.& pac.in c.quæ in Ecclesiarum.col.xiij.de const.

constit.Ias.in l.quidã æstimauerũt.col.iij.ff. si cer.pet.facit Petrus Subert.in tract.de vinea Dominĩ.vi par.c.v. Barba.libr.j. consil.xlj.illud.col.j.Formularium prouinciale.chart.liij. Faceret legem per quam declararet prædictas partialitates esse peccatu mortale:& hoc ad auferendum ambiguitatem seu errorem simplicium,qui putant licere esse partialem quãdo non habet animum nocendi alicui.l.fi.C.de indic.vid.tol. Et fortè sunt vt serpẽs tempore hyemis. Seneca epist.xlij.& sæpe maior est infirmitas corporis,dum latet.Hadr. Papa noster.q.x.char. penul.col.iij. Panor.in c.j. de sagittar. Plus enim timetur quod specialiter iniungitur, quàm quod generaliter imperatur.c. si aduersus. de hæret.lib.vj. Ea enim quæ notabiliter fiunt,nisi specialiter notentur, censentur neglecta.l.itẽ apud Labeonem. §.hoc edictum.ff.de iniur.Bal.in c.cum M.col.antepen.de app. Card.in cle.j.col.x.versi.nos itaq;.de reliq.& vener.sanct.Scrutinium chart. lxxxviij. Nic.Boërij de potestate legati. charta viij.in princ.j.q. A quo peccato non possent partiales absolui, nisi cum formali pœnitẽtia vnius ieiunij:qui si fortè ob ægritudinẽ vel senectutem ieiunare non possent, quòd erogarent Ecclesiæ tantum quantum ipsi cum familia sua tota exponerẽt tribus diebus in victu.Gerentes autem se palàm perseuerando pro caporalibus harum factionum, incurrerent ipso iure pœnam hæresis:& declararentur carere testamenti factione & ecclesiastica sepultura:vt in simili in c.quenquam. de vsur.lib.vj. posit contra eos procedi,per quoscumque iudices tam ordinarios quàm delegatos seu inquisitores, & tam laicos quàm Ecclesiasticos.¶Secundò quòd mandaretur cassari omnia statuta loquentia de Guelfis & Giebellinis, & deleri de volumine statutorũ,absolueretq; quascunq; personas quæ iurassent ea seruare,declararetq; irritũ & inane quicquid in posterũ fieret virtute taliũ statutorũ.Nec hoc ægrè ferre debẽt ciuitates,vt patet ex prædictis.Imò & si aliquid acquisiuisset exinde.nã vt inquit Pap.Pius epist.xl. cõtra Dieterũ.† difficile enim est q potestas 176
malis artib.acqsita bonis morib.administretur.Et licet oẽs nationes imò & ciuitates peccẽt in aliquo peculiari: vt colligitur ex Pontano in dialogo.Antonius.c.salutẽ vobis multam. post med.in toto tempore.char.cv.& Philelphus lib.v.epist.j.incip. Video te esse. Et de Ferraria Butrius consilio xlvj. De morte. sed pro ea Bolog.in Theodosiana. in verb.hoc saluo.est chart. xliij. & de Genua Papa Pius epist.xlij. ad Archiep.Genuensen.

Dantes

Dantes in inferno. cantu.xxxiiij. in fin.& de omnibus linguis quas deridet in speculo vulgari de pœnitētia.chart.cxx.quarū quæ sit melior.Albert.in Dictionario. in versic.lingua. & Cocles de Physionomia.lib.j.c.vij.tandem cæteri omnes defectus nihil esse videntur respectu huius maledictæ partialitatis.

¶ Tertiò quia nomen Giebellini & Guelfi est generalius nomen factionis in Italia prohibere sub pœna peccati mortalis ne amplius nominaretur, à quo peccato quis absolui non posset nisi cum pœnitētia formali de totiens genibus nudis flexis deosculandi terram quotiens talia nomina protulisset. Exemplo illius iurantis, de quo Barb.in c.j.de iur.cal.col.iij.Et idem in aliis nominibus factiosis generalioribus secundum diuersitatem prouinciarū:liceret tamen illis de aliqua parentela etiā quòd haberet nomen factionis se de ea nominare, dummodo de ea verè essent: alias non. caueant etiam agnationes ab huiusmodi passionibus: quoniam sunt ad instar negatiuæ, quæ quicquid inuenit: destruit: & si inuenit semetipsam, & semetipsam destruit: & facit affirmatiuam. Barb.in c.in nostra.colū. ij.de rescrip.Luc.de Penna. in l.ij.C.de præd. tamiacis.lib xj. Et multi in principio guerræ, nondum nati sunt, qui ante finē illius, multo labore, multis ærumnis, aut senescunt, aut miserabiliter finiunt. Alberta. lib. ij. rubr. de consiliis dandis. col vj. Et Sallust. circa med. Iugurthini, quòd omne bellum sumi facile est, cæterum acerrimum desinere non in eiusdem potestate initiū eius & finem esse incipere cuiuis etiam ignauo licet, deponi autē cum victores velint. & Isocrates in oratione de bello fugiendo incip. omnes in opere. col xvij. dicit quòd non solùm hæc pauperiores nos reddidit, & plurima pericula suffer-

177 re coëgit, sed & vicinis omnibus odiosos præstitit. ¶. † Quartò quòd exhortarentur principes ad expellendum factiosos & partiales ab eorum curiis ne alios inficiāt. Barb. in procę. clem. in §. salutem. col. ij. nu. viij. Albertanus de Amicitia malorum hominum vitanda. & aduertere quando concedunt insignia seu arma ea taliter variare coloribus, quòd nisi cum difficultate possint cognosci, an sint de vna factione, vel alia, vel vnicuiq; cōcedere duo arma vnam cōtrariam alteri, prout in tapetis antiquis visum est, in quibus ab vno latere erant arma vnius familiæ depicta modo Giebellino, ab alio latere modo Guelfo, quod erit facile solùm in mutatione colorum, & quia isti partiales etiam inueniant eam in imaginibus sanctorum, prohi

prohibere sub pœna excõmunicationis ne quis in posterũ audeat baptizare arma, vel insignia pro Guelfis, vel Giebellinis, seu pro aliqua factione seu partialitate. & si plenè circa hoc prouideri non posset, non esset multũ curandum: quia quotidie etiam videmus addi & detrahi in armis & insignibus. Guil lel. Monferrat in tract. de succes. reg. char. ix. col. ij. plures vtuntur armis de vna factione, & ipsi sequũtur factionẽ aduersam: imò in vna ciuitate sequuntur vnam factionẽ, & in alia sequuntur contrariam: imò quis secutus fuerit decennio vnam factionem, postea abiurabit illam etiam per instrumentũ, & assumet aliam: vt dicit Felyn. in proœ. Gregoriano, col. antepe. Bald. in tract. statutorum. in verbo, Giebellinus. imò in eadem agnatione vnus sequitur Giebellinos, alter Guelfos: & hoc contingit etiã inter fratres. imò & inter patrẽ & filium. ¶ Quintò quòd daretur magna indulgentia semel in anno abstinẽtibus à vestibus diuisatis seu virgatis in ipsis, & personis seruitorum, & sartoribus abstinentibus à cõfectione talium vestium. Quibus si pur vti vellent, tenerentur si plures seruitores habent induere vnum de vna parte alium de econuersa. Et si vnum duntaxat haberet quòd vteretur veste contraria, caligis, vel econtrà, vel si vna vice vestiat eum diuisatum ab vno latere, alia sequenti vice qua ei vel alteri vestes faciet, vestiat ecõntrà, vel vtatur diuisis & virgatis ita minutis ab vtroq; latere quòd inducant verisimilẽ difficultatẽ, cuius factionis seu partialitatis sint prout videmus in vestibus modernis Heluetiorum. vel quòd principes omnes statuerent quòd omnes sui subditi vtentes vestibus diuersorum colorũ seu diuisatis vel virgatis eis vtantur omnibus virgatis: vno modo seu latere ab vno, ita quòd nõ possent iudicari nisi omnes de vna parte. Et vidi aliquos prudẽtes Italiæ principes qui solebant cum curia sua deferre vestes de vna parte: & cum redibant ab aliqua patria & ipsi, & Curia erant induti de alia parte. & nihil melius possunt facere quàm esse & ostendere se neutrales. nam ad formam regis sequitur omnis orbis. & Claudianus, Componitur orbis Regis ad exemplum, refert Vdalr. in l. ij. ff. de origine iuris. col. xxiij. Idem Claudianus inquit, Mobile mutari semper cum principe vulgus. refert Matthæus Bosius epist. xxxj. incip. quod ardebam. & qualis est princeps, talis est populus. Aegid. de regim. princ. lib. j. c. xj. frater Benedict. Monzetus in suo somnio ad Papam Iulium. ij. in fin. dicens, quòd principũ vita cẽsura est: quia qualis princeps,

tales reliqui ciues esse solent,qui ad illius exemplum cōponun tur:quod princeps facit dicitur facere populus.frater Syluester cōtra Lutherum,char.cxxxviij.est lib.ij.c.vij.Guillelmus Rouille in descriptione iustitiæ & iniustitiæ. lib.ij.c. xvij.col.fin. Claudius in Monarchia Franciæ, part.ij.c. xij.in fi.Gilbertus in quæstion.post.ij.Oecon.philosophi.chart.xij.vbi allegat Isidorū.Barba.in c.si clericus laicum. num. xxj. de foro compet.
¶ Sextò quia facta l.reperta fraus.c.auaritiæ. de elec.lib.vj. §. quoniam nulla.in procem.clemen.esset vtile vt officio diuino quod fit die Veneris sancta vltra orationē quæ ibi dicitur pro pace habenda, adderetur oratio specialis ad rogand.pro sedatione harum partialitatū.Quódq; qualibet Dominica Palmarum omnes prædicatores tenerentur prædicare vnum sermonem in detestationē huius partialitatis,& potius illa die quàm altera.quia conuenit paci propter palmas.Item quia solet prædicari post prādium,& multitudo populi maior interest. Item quia etiam iniqui tunc incipiunt de anima cogitare.Igitur ex his & aliis inuestigandis posset fortasis si non tolli,saltē paulatim sedari partialitas, prout & habuit principiū.secundum Bart. & Doct. antedictos, quia nihil sub sole perpetuum.pulchrè Bal.qui moraliter loquitur assignans rationem naturalē in l. si viua matre. C. de bon. mater. Etenim omnia orta occidunt, & aucta senescunt.vt Sallust.in princ.Iugurthini.& quando faciunt religiosi fratres eorum congregationes seu capitula, quia propter confessionem cognoscunt ægritudinem, possent inuicē conferre,& cogitare de remedio quod Deus optimus illis de facili inspiraret si recta fide & in synceritate ambularēt.& populis etiam coram principibus prædicare:& si religiosi illi dissuadent bella Heluetij quæ ipsi cōmittere solent pro sua republic.quanto plus ista intestina,vt in epistola beati Rhenani ante orationem Marcelli Virgilij , de laudibus Militiæ.quæ incipit,orationem.& etiam sua interest,quia in cōfessionibus absoluunt impœnitentes, vt s.dixi:& sic ambo in foueam cadunt. & sic possent sedari hæ partialitates. Claud. in Monarchia Franciæ. parte j.c.iij. nam quicquid ligatur , solubile est. §.disponat.circa fin.in authen.de nup.& quicquid nascitur,mortale est.Bal.in l.j.C. de his qui ante apertas tabulas. Et prout illas cessasse in Alamania asserit Beneuenutus de sancto Georgio in d.tract. de origine Guelforum.hæc volui scripsisse contra partialitates zelo pacis & charitatis,qua sola cognosc

gnoscimur filij & hæredes Christi. & libet commemorare verba Isocratis in fine orationis, de bello fugiendo. Iuniores autem ac dum magis quàm ego ingenio & ætate vigẽtes partim cohortor, partim iubeo in hoc genere plura tum dicere, tum scribere: si quidem hac via maximas ciuitates, & quæ alios sub iugum mittere consueuerunt ad virtutem pariter ad iustitiam perducerit, vsqueadeò vt Græcia rebus omnibus florẽte, & rei literariæ status in melius prouehatur. & in fine orationis Panegyricæ dicit: At qui de eloquentia contendunt, satius esset iudiciale huiusmodi genus aggredi, & alias nugas omittere, cum hac oratiõne certare & mente reuoluere, quomodo mihi super his rebus disserendo superiores sint. Illuminet Deus corda hominum vt aliquis saltem vulgariter ad instructionẽ rudium cõtra has malignitates partialitatum aliquod opusculũ edat leui impensa habiturum, & leui labore lecturum. Habes ergo ex prædictis enucleatam hanc quæstionẽ, Nunquid sit vtile nubere. Et ne relinquam te in suspenso prout Medicus, de quo per Præpo. in c. de muliere ad fin. de sponsal. qui dicebat recipe nescio quid, & liberabitur nescio quando. & gl. in l. ij. ff. ad l. Aquil. qui dicit, soluat Apollo. à quo Petrus fuit plenè instructus. secundũ Cy. in l. certi iuris. col. iij. C. loca. Erat enim apud Gentiles Deus sapientiæ. secundũ Ang. in l. fideiussor. §. fi. ff. de fideiuss. vel dicam inquirat alius. gl. in §. naturalis. si de feud. fu. cõtrouer. in verbo, si quis. in fin. & gl. seq. vel ne remaneat in circulo disputationis fine solutione. gl. in l. Claudius. ff. qui pot. in pig. hab. quam refert Aluar. in §. item sacramenta. col. iij. de pac. iu. fir. vel dicam sub iudice lis est. gl. in l. si creditor. C. de pig. act. malo subire periculum determinationis, vt docet Card. in procœ. lect. cle. col. ij. ne dicar facilius mouere dubia quàm soluere. Aret. consi. xiiij. viso. col. viij. Aegidius de regim. princi. lib. ij. parte. ij. c. ix. Guillielmus Rouille de descriptione iustitiæ. lib. i. c. ix. alegando Paul. de Cast. qui hoc ponit in l. fin. C. de sum. Trin. & facilius est destruere, quàm construere. frater Hieron. de Luca in tract. de cambiis, chart. pe. licet ignoranti vinculum; soluere sit impossibile. secundũ Philosophũ. iij. Metaph. quem refert liber Mirabilis prophetiæ, char. ix. c. iiij. præsertim cum sit materia quæ magis intellectu percipi, quàm verbis exprimi potest. l. quo enim. §. j. ff. rem rat. hab. ideo ne tetrum desinat in piscem mulier formosa supernè. Præpos. in c. vt debitus. col. xv. de app. Concludo esse vtile

nubere,

nubere,nec esse desistendum propter casus prædictos: quia de futuris cõtingẽtibus non est determinata veritas.l.cum quid. §.suum.ff.de acqui.hær.vbi Bart.Aret.in l.centurio.colũ.xx.ff. de vulg.& pup. Philosophus in ij. Perihermenias. & formidolosus est qui timet ea quæ nulla sunt suspicione digna.l.fin.C. de iure delib.post princ.vbi Ang.in lect.& malus euentus non debet esse in consideratione.l. inter stipulantem.§. sacram. ff. de verb.ob.Et ex quo cõtrahitur ad bonum finem etiam si male succedat,ex quo bene facit, culpari non debet.l.sed an vltio. §.j.ff.de neg.gest.& Seneca vij.declamatione lib. iiij. sæpe honorata virtus est,vbi eam fefellit exitus.Ioan. Mirandola in fi. ij.proœ.& in magnis est satis voluisse, & magnarũ rerum magnus conatus perfectus. & in apologia chart.ij allegat poetã, si deficiãt vires audacia certe laus erit,& in magnis voluisse sat est.& Plinius: Magnarum enim rerum etiam successus abfuerit,honestus semper fuit ipse conatus, præsertim quia facit quod alij faciunt pro maiori parte.Paul.de Castr. in l.si creditor.per illũ text.C.de pig.act.Et satius est subire semel, quàm cauere semper.Polydo.prouerb.cxliiij. Et in simili dicit Seneca.Peior est bello timor ipse belli.Ant.cõsi.lxxxvij.præmissa. hinc apud Ouidium Ariadna Theseo, Mórsque minus pœnæ quàm mora mortis habet.Et postquàm nubendum est, à malo debitore quod potes extorque.Præpos.in c.veniẽs. col. fin.qui cler.vel vou.& vide quæ.s.dixi respondẽdo ad incontinẽtiam mulierũ in viij.ratione.quòd sit maritis ascribenda. igitur dicas cum Virgilio in vj. Nunc animis opus est Aenea, nunc pectore firmo Cocyti stagna alta vides Stygiámq; paludẽ. refert Præpos.in c.solicitudinẽ.col.ij.ver.xij.& vlt.& quæstio.de appel.præsertim quando tempus & locus non patitur amplius deliberandi consiliũ.l.j.ff.de exercit.Nec cede iuri tibi oblato.c. quàm periculosum. vij.q. j. si non vis credere tanquàm disputanti de materia quam non sum expertus. Spec.in tit. de disp. §.porrò.ad fin.pulchrè Card.Pap.char.cxlix.epist. incip.vxorem nunquam duxi.& ibidẽ alia incip. Quid tamen mi. dum se excusat quòd non vult tractare matrimoniũ etiam pro affine.& dicit Arist.j.Ethic.quòd vnusquisque eorum quæ cognoscit, bonus est iudex. & econtrà refert Socin. consi. clxiij.visa bulla.col. pen. licet possint dare aliquod iudicium ex scriptis aliorum.latè Claud.in proœ.Monarc.Franciæ.char.iij. dicit tamen Hosti.in tit.qui cler.vel vou.in summa.in §.quis clericus possit.

posſit. quòd Phannutio cõtradicenti prohibitioni nuptiarum ſacerdotibus, plus creditur, quia copulam nuptiarũ nunquam eſſet expertus. cape librum fortunæ Laurentij Spiriti, & vade cum taxillis ad regem Carolum vbi inuenies, an ſit tibi vtile vxorem ducere. cui tantum crede quantum docet enchiridion militaris diſciplinæ. char. xxvj. & quinq; ſeq. Franciſcus Pauinus in tract. de viſitatione. ij. q. ij. partis. Somniũ Viridarij lib. ij. c. cccxxxiij. & pluribus capitulis præcedentibus & ſeq. Fely. in c. capitulum. col. penul. & fi. de reſcript. Roſellus in Monarchia, char. cxiij. Speculum vulgare de vera pœnitentia. vbi latè dicũt, an ſit credendũ ſortibus. & Iaſ. in l. huiuſmodi. §. fi. ff. de lega. j. d. Troilus Maluitius in tract. de ſortibus. IOANNES Neuizanus ciuis Aſt. I. vtriuſq; doctor & regius conſiliarius. Librum Fortunæ.

LIBRI QVARTI FINIS.

SYLVAE NVPTIALIS
LIBER QVINTVS.

ARGVMENTA.

1 Iudex quam opinionem ſequi debeat in iudicando.
2 Doctori dicenti dictum ſuum eſſe opinionem cõmunem, creditur.
3 Iudicans contra communem opinionem reputatur ignarus.
4 Iudex debet eſſe non iuris nouator, ſed religioſiſsimus obſeruator.
5 Opinio quando dicatur communis.
6 Aduocatus iuuenis confuſor ſæpiſsimè eſt litium.
7 Senectus inhabilis eſt ad ſtudium.
8 Opinio doctoris lege roborata præponenda eſt opinioni ſine lege.
9 Opinio antiquorum ſæpiſsimè emendatur à modernis.
10 Deus ſæpiſsimè reuelauit minoribus quod abſcondit maioribus.
11 Maritus adhibens iuuenem medicum pro curanda vxore an ſit excuſatus.
12 Doctores iuuenes quare ſint in multis ſenioribus præferendi.
13 Papinianus cuius ingenium ab imperatore extollitur mortuus eſt iuuenis.
14 Minor an poſsit doctorari.
15 Speculatori adhuc iuueni commiſſa fuit cauſa arduiſsima.
16 Liber Speculatoris ab omnibus commendatur doctoribus.
17 Senes luceat experientia, iuuenes aſtutia & ingenij ſagacitate.
18 Memoria dici poteſt inordinata & fatua.
19 Senes in quo differant à iuuenibus in materia conſultationis.
20 Opinio cõmunis vt particularis præponatur debet eſſe lege fulcita.

21 Legis ratio multùm ad eius intellectum operatur.
22 Ratio est naturæ munitio.
23 Ratio naturalis quid legibus & veritati afferat.
24 Doctorum authoritas vim legis habere dicitur.
25 Papa magistraliter loquens potest communem opinionem confundere,non obstantibus quoruncunque etiam doctißimorum opinionibus.
26 Stante doctoris varietate cui illius opinionũ stabitur. vsque ad nume.34.& 35.
27 Alexander dicitur lucerna ardens, cathedra iuris ciuilis, & aureus doctor.
28 Miranda canunt sed non credenda poëtæ.
29 Doctori sibi in consulendo contrario an sit credendum.
30 Notitia totius vix haberi potest nisi distinctis & cognitis eius partibus.
31 Conditiones in lege non subintelliguntur sed exprimuntur.
32 Doctori distinguenti standũ est tanquã magis veritati propinquo.
33 Indistinctè volens casum aliquem decidere necesse est vt in confusionem labatur.
34 Leges non intelligens non debet eas allegare.
35 Regula quòd stante doctorum varietate sequatur communis opinio recipit plures ampliationes.
36 Doctor legum legere incipiens recipit sibi nomen clarißimi : si xx. ann.legit vocatur illustris,dux,vel comes.
37 Consiliarij principum sunt illustres.
38 Magistri persona debet erga suos auditores esse honesta.
39 Verba obscura in legendo sunt euitanda.
40 Doctor sine scientia est vt comes sine comitatu.
41 Argumentum de bonitate scholaris ad bonitatem doctoratus admißibile est.
42 Magister nobilitatur per scholares, pater per filios,præses per subditos.
43 Docere plus quàm doceri fatui est.
44 Aßiduitas in literis multùm prodest,& ea deficiente non præsumitur quis in eis eminens.
45 Tradita in scholis discutienda sunt in cameris & practicanda in curiis.
46 Doctor malus vix faciet bonum scholarem.
47 Aër temperatus multùm confert ingenio.
48 Electus ad distribuendum bona pauperibus an in casu neceßitatis poßit pro se retinere.
49 Neceßitas non potest legis doctorem augere.
50 Mercator vix potest Deo placere, cum absque mendaciis vix poßit negotiatio talis exerceri.
51 Scientia non acquiritur nisi cum labore & diligentia.
52 Venter pinguis pinguem sensum facit.
53 Ignarus præsumitur qui pauco tempore studuit.

Doctora

54 Doctoratus gradum indignè suscipiens peccat.
55 Scholaris debet septem habere conditiones.
56 Scientia in omni ætate est acquisibilis, nec est ætas ad hoc sera.
57 Priuilegiis scholarium gaudere volens qualis esse debeat.
58 Sapientum multitudo est orbis rigor & sanitas.
59 Ciuitas Venetia illustris dicitur & paradisus delitiarum.
60 Nulla fides pietásque viris qui castra sequuntur.
61 Communis opinio est insequenda non obstante veritate contrariæ opinionis.
62 Ampliatur regula quòd cõmunis opinio sequatur etiam si aliquãdo contra eam fuisset iudicatum.
63 Communis opinio excusat iudicem ab omni incommodo.
64 Regula quòd communis opinio sequenda sit multas limitationes recipit.
65 Consuetudo habet vim decreti iustitiæ.
66 Opinio vnius doctoris sancti, sacræ scripturæ authoritatibus munita, præferenda est communi.
67 Communis opinio conuinci potest per casum legis vel rationẽ concludentem.
68 Cõmunis opinio rigorosa cõfunditur per aliã mitiorem & æquiorẽ.
69 Opinio Imperatorum non potest dici communis.
70 Iudex potest ex causa recedere à cõmuni opinione & etiam à lege.
71 Sententia contra communem opinionem lata non semper dicitur iniusta.
72 Regula quòd communis opinio est sequenda limitatur vbi esset in terminis quæstionis quæ agitatur.
73 Communi opinioni non statur quando causa contra quam stat esset valde fauorabilis & priuilegiata.
74 Communis opinio non potest dici partialis aut diuisa.
75 Lex ciuilis dicitur cum diuina concordare.
76 Iustitia dicitur omnium virtutum præclarißima.
77 Iustitia in multo præualet medicinæ.
78 Medicinæ ars non est legali æquiparanda.
79 Iurisperiti possunt dici Philosophi.
80 Lex ciuilis ad nil aliud tẽdit quàm ad minorum præceptorum obseruantiam.
81 Verum non potest ex falsis concludi.
82 Prudentum & sapientum dicta non carent ratione, & legis vim habere dicuntur.
83 Scientia logicalis non est ad iustitiæ obseruationem necessaria.
84 Scientia dialectices non est legistæ necessaria.
85 Methaphysici an sint legistis præferendi vel æquiparandi.
86 Iurisperitus maioris est authoritatis quàm metaphysicus.
87 Iurisperitus præferendus est medico.
88 Casus à iure non expressus aut decisus iudicis relinquitur dispositioni.
89 Bonus vir quis dicatur.

90 Iudex debet habere salem scientiæ & conscientiæ, aliàs mens eius diabolica esset & insipida.
91 Requisita in iudice sex sunt.
92 Iudex debet æquitatem & veritatem obseruare, & se iudicio diuino conformare.
93 Iudex debet auaritiam cauere: est enim mater omnium vitiorum.
94 Auarus non præsumitur fidelis.
95 Pecuniam dans pro obtinendo beneficio præsumitur animum habere malefaciendi.
96 Iudex an & quãdo posit licitè salariũ recipere pro sua iudicatura. Iudex ecclesiasticus an absque simonia posit exigere salarium pro suo iudicio à partibus litigantibus.
97 Iudex ordinarius debet esse contentus stipendio principis.
98 Munera excæcant oculos sapientum & mutant verba iustorum.
99 Iudici an & quando & à quibus liceat pro iudicatura esculenta & poculenta capere.
100 Principibus licet à communi pro pace & repub. tuenda gabellas, & alia pedagia recipere.
101 Sententia lata per iudicem pecunia corruptum est ipso iure nulla.
102 Iudex male iudicans quod damnum incurrat.
103 Iudicium corruptum damnabilius est vsura.
104 Iustitia quare similitudine stateræ depingatur.
105 Consulere habentes de rebus dubiis quid debeant animaduertere.
106 Sententia lata breui tempore præsumitur defectuosa.
107 Deliberatio in iudiciis quid operetur.
108 Celeritas quandoque præualet virtuti in rebus bellicis.
109 Iudex debet esse virtute potens.
110 Res iudicata habetur pro veritate & tribuit ius non habenti.
111 Iurisperitus debet ante conclusionem integrum possessorem de primo ad vltimum considerare.
112 Veritas dicitur in omnibus principatum habere.
113 Veritas mater est iustitiæ.
114 Veritatis vis maxima.
115 Veritas omnia vincit, nec ab aliquo lædi potest.
116 Iudex potius debet scãdalum permittere quàm veritatẽ omittere.
117 Iram diuinam in se prouocat qui veritatem opprimi perspiciẽs eam pro viribus non tuetur.
118 Iudex debet in omnibus suis iudiciis diligenter veritatẽ inquirere.
119 Testes in iudiciis producti cauere debent ne partibus sed veritati faueant.
120 Iudex præsumens testem esse suspectum debet eum cautè ex suis dictis inuoluere.
121 Iudex an semper debeat iudicare secundum allegata & probata, an, vt sibi constat, propriam insequi conscientiam.
122 Probatio & fides testium tota est in iudicis arbitrio.
123 Testi singulari, si nobilis sit, potest fides adhiberi.
124 Depositioni verisimili debet iudex adhærere.

Et vt

ET vt melius poſsit colligi quæ opinio ex præcedentibus tenẽda ſit, videamus quã opinionẽ debeat Iudex ſequi in iudicando. hãc quæſtionem latè poſuit domi. Matthæus de Mathesilanis in ſuo tracta. de elect. verioris opinionis cuius doctrinam videtur ſequi Angelica & Pet. de Rauẽna in ſuo alphabeto. in ver. opinio. latè tradunt Stephanus de Federicis in tract. de interpretatione ll. vlt. char. vbi ponit vij. regulas. & Paris de Syndicatu in verſ. iudicare. tradunt etiã Panor. & Canoniſtæ in c. j. vlt. char. de cõſti. vbi Barb. Fely. & Decius ponẽtes regulã & fallentias. pulchrè Salomonius in repet. §. reſpõſa. inſtit. de iur. natur. gen. & ciuili. nam quam quiſq; nouerit artem in ea ſe exerceat. Euripides, quem refert Auguſt. Dathus in lib. j. epiſt. incip. accepi tuã. Quibus addam plura hincinde collecta. ¶ Sit ergo † regula, ꝙ in iudicando Iudex debet ſequi communem opin. Doct. c. nouimus. de verb. ſign. ibi, & quorundam ſit opinio à pluribus approbata. l. j. ff. de offic. quæſt. ibi, & ſanè crebrior apud veteres opinio. eſt bonus text. inſtitut. de hæred. inſtitut. in princi. ibi, plurium ſententias &c. Barto. in l. ij. C. de pœn. iudic. qui mal. iud. Barba. latè in clem. ne Romani. de elect. Iaſ. in authen. nouiſsima. vj. col. C. de inoffic. teſtam. in l. ſi is qui pro emptore. col. lxviij. ff. de vſucap. in l. ſciendum. §. fin. col. penult. ff. qui ſatiſda. cogan. vbi dicit, non eſſe recedendum à communi opin. propter nouas phantaſias, & quòd iudicans cõtra communem præſumitur per imperitiam. hinc dicit Iaſ. in l. j. §. ſublata. colum. iij. ff. ad Trebellia. quòd quando Doct. dicunt † quòd eſt communis opi. illud eſt bonum verbũ in practica, & creditur Doctori ſic atteſtanti. Ferdinandus in repet. §. diui. num. xciij. & nume. ccccxlij. † quòd contra eam iudicans eſt nimis ignorans. facit Tremolus in addit. ad practicam Bonacurſij, chart. xxvij. col. ij. Alexand. lib. vj. conſi. xxv. viſo proceſſu not. ij. in l. ij. col. iij. & iiij. ff. de iureiuran. vbi dicit quòd debemus ſequi cõmunes opin. & non adhærere ſingularibus opin. & in tract. de iur. emphy. colũ. xx. vbi bona apoſtilla, & in iudicando non eſt recedendum à communi per argumenta ſcholaſtica. Fely. in cap. ex officij. col. vij. verſi. iiij. de præſcript. Ioan. Franciſc. Mirandola lib. de fide & ordine credendi. theoromate xviij. Fabianus de monte S. Sabinæ. in tracta. de emp. & ven. char. xv. col. iiij. Et in v. quæſt. col. vij. refert Bal. in l. nemo. C. de ſen. & interloc.

Qui tractent hanc quæſtionẽ.

1

2

3

interloc.om.iudi. quòd magnorũ virorum exempla sequenda sunt, dixi in iiij.& v.ratione, quòd sit vtile nubere.& idē Bald. lib.j.consi.clxij.punctus quæstionis.col.ij.dicit, quod non audet damnare quod totus mundus approbat, quia iudicium populi vniuersi non contempseris: vt inquit Sapiens.& Ioā.Fab. in procemio institu.col.ij. facit Platina de optimo ciue, lib.ij. chart. vij. frater Bernardinus de Busti in Defensorio montis, char.xliiij.col.& dicit Bal.lib.ij.vltimę impresśionis cōs.cxij. quòd rarò bene loquitur qui contra omnes loquitur. plura allegat Curtius cōsi.xlix.quod incipit memorię.col.xxx.vbi dicit quòd relinquens communem opin. benefundatam præsumitur per imperitiam iudicare. pro quo Igneus in disputa. an rex Franciæ recognoscat imperatorem.colũ.iij.& M. Var.dicens, quòd cōtra omnes sapere, desipere est. sequitur Ferratius alia adducens.cautel.xxxj.incip.manifestum.latius idem Curtius consi.lvj.quod incip.super eod.col.iiij.Decius cōsi.cxxxj. ad fi. Et in prædictis locis isti moderniores infinitas Priscorum authoritates allegant. Et dicit gl. in reg. Cancel. xxxij. chart.fi.quòd Martin.gl. semper erat solus in opin. suis. ¶ Et ita fiendum exemplo Iurisconsulti, quem refert Monferrat in tract.de succes.regum.chart.xj.in fi. Et dicitur cōmunis opin. de iure non aperto ab omnibus probata sententia. secundum Salomonium in repet.§.responsa. instit. de iure natur. chart.x.
4 & chart.fi.vbi paulò infrà subiicit, † quòd iudex debet esse nō iuris nouator, sed religiosissimus obseruator, & quod in scholis nascuntur, crescunt, senescunt, intereunt communes opin. ex scholis in iudicia exeunt, atque probantur. Et sic contingit quandoque quòd vna erit communis vno tempore, & contraria alio tempore. Ias.in l.ferēdum.col.x.ff.de verb.oblig. non tamen propterea debebant destrui gesta illo tempore virtute talis communis opin.secundum Imol.quem refert Salom. vbi s.& dicitur cōmunis opin. illa quæ plurium Doctorũ illustriũ testimonio cōprobata est. Ias.in l.ij.col.j.C.de instit.& substit. Ferratius d.cautel.xxxj. Ant.de Prato in tract.de secun.nupt. char.viij.col.iij.& Hadr.Pap.noster in quodlibe.q.j. est chart. vij.col.j.dicens opin antiquorum propter authoritatem æquiparari saltem multitudini modernorum.& dicit Alex.libr.vij.
5 consil.ccij.viso themate.ante fi. † quòd dicitur cōmunis, quādo Doct.maioris ponderis & authoritatis sunt pro ea. Et faciũt iura superius allegata: nec in hoc placet mihi illa differen-

tia quam aliqui faciunt inter Doctores antiquos & Modernos, prout Paris de Puteo in tract.de Syndicatu. in verb.iudicare.c.an si iudex qui dedit.col.ij.Practicus Papi.in for.capitulorum ad æternã rei memoriã in fi.vbi dicit, quòd Moder.ita sunt pŏposi vt nihil reputent scire, nisi legẽ faciant per se. Præpos.in c.de quibus.xxj.dist.facit tex.in c.hoc ipsum.circa med. xxxiij.q.ij.quia eam non attẽdit.Calcan.consi.xxxvj.tota col. pen.& cŏtra ponentes nouas opin.inuehit Io.Fab.in §.j.instit. de act.bonus text.in c. relatũ.xxxvij.dist.Et pro senibus Ias.in l.cũ quid.ij.lect.col.fi.ff.si cert.pet.& Cepol.in tract.de imper. mil.delig.chart.j.& ij.vbi enumerat l. priuilegia senectutis.& Dec.consi.lij.j.col.dicit præferri maiores. Scrutiniũ char.x.& pluribus seq.Lisoperita chart.xxxix.conclus.ix.& conclusione v.gl.in cle.dudũ. de sepul.in verb.probatas.Io.de Ana.in rub. de delic.puer.Socin.lib.iij.cŏs.xcviij. aliàs consului quòd non esset multùm curãdum de modernis, qui se in varias sententias & legendo & consulendo diuidunt. Pet.de Lesnaudiere in tractatu de Doct.iij.par.q.vlt.& iiij.par.q. xxix.vbi in fin.tacito authore refert illud dictũ practici Papi.facit Salomonius in §. responsa.chart.x. q.iij. Barb.in c.j.col.j.de iur.calum.Mapheus Veg.de educatione liberorũ.circa med.libr.iiij.Card. Pap. in epistolis.& dicit Ange.in l.senium.C.qui test.fa.pos.plus valet vmbra senis, quàm sensus iuuenis.Fely.in c.si qui test.col.pen. de test.Io.Montolon.in Promptua.Iur.in verb.antiquus.& dicit Ang.in l.j.§.pueritiam.ff.de postul.†quòd aduocatus iuuenis est cŏfusor litium.latè Bolog.in repet.authen.habita.C. ne fil.pro pat.col.xxvj.& Catellia. ij.parte Memoral.in verb.nuptiarum causa.ad fi.refert Bart.dicere quod antiqui Doctores magna veneratione fuerunt præstantiores modernis, pondere, numero,& mensura, pro quo Præpos.in c.literas. col.ij.de frig. & mal.& dicit Bald.in c.ij.col.iij.de postul.prælat.quòd nemo eligit iuuenes duces. facit Had.Papa noster quodlibetis.ij. est char.xx.col.iij.quòd in deliberationibus incipimus à iunioribus, ne formidarẽt recedere à sententia antiquorũ.Codrus sermo. xj.incip.nescio vbi. est char.xxiiij. & in modico tempore nŏn potest quis multa addiscere.glo.in verb.instructis.in cap. tum ex literis.de in integ.restit. Et experientia est rerum magistra, vt dixi in v.ratione partis affirmatiuæ: ideò in electionibus iuuenes incipiunt loqui, & reseruant diffinitionem antiquioribus. Gaspar Portugalen.in l.imperium.col.iij.vers.vj. limita,

6 Contra iuuenes.

limita.ff.de iurisd.om.iud.& iuuenes sępe errant in practica.vt Ias.in l.post dotem.col.antepen.ff. sol.matr.est nu.ccij. Alex.in l.quod meo.col.vj.ff. de acquir poss.prout refert. Bal.in tract. de præscrip.in repet.l.Celsus.colum.xxix. circa fi.at senes sunt adeò practici & instructi in regulis iuris & doctrinis, quòd eo ipso quod audiunt casum etiam extraneum, accommodant se regulis. Et si in casu illo æquitas repugnet,sequitur æquitatem fundamentum iuris.l.j.ff. de iustit.& iur.& quæ facit fallentiā ad regulas vbi dixi : & sic de raro errat etiam sine reuolutione
7 chartarum : † intellige de Sene qui bene studuit in iuuentute: nam si expectēt quòd sint senes,labor est eis nimis grauis,hinc Pich.præceptor meus sepe allegabat illud Catonis, Fac tibi succurrāt iuuenis quæ feceris ipse.Ideò dic quòd senes & iuuenes sunt laudandi.Luc.de Penna in l.j.C.de cōsuli.lib.xij.Rosarium Busti.j.parte, serm.xxix.litera g. & serm.xxxj. litera t. vbi dicit, quòd inter antiquos & Modern.illi magis adhærere debemus,qui magis habet rationē & veritatem. facit Guilielmus Rouille de descrip.iustitiæ lib.iij.c.ij.& lib.iij.facit quòd scholaris iuuenis bene doctus præfertur antiquiori indocto. Bon.in tract.de nobilitate.iij. par.nu.lxiij.& lxvj. Moder.in l. cùm quid.ff. si cert.pet. Cepol.de imper.mil.delig. col.pen.dicit tamen Lauren.de Rodolfis in tract.de vsur.par.iij. col.xiij. quòd in collegio qui prior est in tempore,prior est in sede: nō habita distinctione, an primus sit secundo deterior: & quòd videmus præcedere eum qui non esset dignus soluere vincula calciamenti sequentium:& ibi assignat rationem, quia ista nō possunt faciliter cognosci,& vt tollantur scandala & inuidiæ si ad imparia iudicarentur. Et dicit Alberic.in l. sed licet.ff. de
8 offi.præ.† quod plus seruari debet opinio parui Doct.lege roborata,quàm magni sine lege. & dicit Hostiē.in summa de testi.cog.§.in quibus.circa med.quod ipse recedit ab opin.antiquorum,quia plerunque mentiuntur senes,& iuuenes sunt laudandi.Luc.de Penna l.j.C.de consulib.lib.xij. Et ista differentia posset procedere quando antiquiores vidissent omnia fundamenta quæ faciūt posteriores, attento quòd dicta antiquorum diutius fuerunt ruminata, & steterunt ad supplicium tanquam aurū in fornace & etiā quia senior bos grauius figit pedem:vt inquit Hier.quem refert Ias.in l.si seruum. §. sequitur. vlti.not.ff. de verbor.obliga.Erasm.Adag.chart.xiiij. nu.xlvj. iij.parte,Prouerb.xlj.facta iuuenum, cōsilia mediocrium. vota senum.

Quādo senex videt fundamenta iuuenis.

quod seipsum fregit. Ias.in l. edita.in princ. C. de edendo. vbi Purpuratus in primis verbis.dicit enim ibi Bal.in rep.Paduana.col.pen.illud Psalmistæ liiij.Quis dabit mihi pēnas vt colū bæ,& volabo?Et profectò bene volat:qa modò sursum, modò deorsum,modò à dextris,modò à sinistris, & nunquā persistit in eodē. & quādoq; adeò altè volat q euanescit ab oculis debiliū,vt de Hostien.dicit Io.Montaigne,quē infrà referā char. iij.& in l.executorem.col.xj. C.de execu.rei iudi.dicit Bal.modò facio quendam volatum.& dicit Barba.in c.plerunq;.col.j. de rescrip. quòd Bald. habuit ingenium volatile propter copiam rerum.Et dicit Alexand.lib.iiij.consil.cxxxij.quod ingenium Bald.voluebatur sicut auis in aëre. Et etiam quādoq; dabat responsiones fugitiuas,vt fatetur Bald. in l.j. §. nuntiatio, circa fin.ff.de oper.nou.nuntia. item ipse dubitat ne aliàs contrarium dixerit: quia intellectus eius non erat semper in eodem torrente.vt per eum in repet.l. Aemilius.ff. de minor.col. iiij.& colū.x. dicit quòd eius intellectus volitauit ad extranea in virgultis cancellatis:quia somniabat in Perusio.Et aliquādo loquebatur ex capite suo sine intellectu.Curtius consi.xvij. viso puncto.col.iij.& lxxvj.super motiuis. col.ij.versic.sed præmissis non ob.Et aliquando loquitur ex suo volatili ingenio, & non appensatè.Barb.lib.ij.consi.xliij. sempiterna.colū.ix.& Bald.obloquitur de gl.& de Imperatore,& de pluribus doctoribus,quia habebat malam linguā.Barb.in c.iurauit.col. xviij. de probat.Et dicit Paul.de Cast. in l. de tutela. C. de in integ. restit.mino.quòd Bald.fuit subtilissimi ingenij, & talis quod ex nimia subtilitate, licet nòn malitiosè frequenter variabat. Et dicit Bertach.in tract.de episcopo.ij.parte.iiij.libri. col.iij. quòd Bald.more suo sibi contrarius ob ingenij sui altum acumen diuersis temporibus diuersa & contraria fundamenta faciebat:vt ipse Bald.se excusat consi. xcix. sciendum. ad fin.lib. ij.dicens,quòd speculatiua,& æstimatiua, quæ est vtilior pars intellectus,quia est cōclusiua,nō est semper eadem:& quomodo Cicero se excusaret, vide Longolium in sua defensione habita Romæ incip. quod est. chart.xviij. Et propterea Ias.in l.si insulam.col.xvj.ff.de verb.oblig.in ij.q.Bart.in l.filiusfa.§.diui.ij.lect.col.xv.in ij.q.Bart.ff.de leg. j.habet quasi pro insolito quòd Bald.in illo articulo nunquā variauerit:& ibi voce dixit.quòd in omni articulo difficili habemus quasi semper Bal. contrariū. Et propterea putarem quòd vbi haberentur plura

dicta

dicta Bald. in variis locis possent reputari tot diuersæ anthori- Plura dicta Bald.
tates diuersorum Doctorū, ex quo etiam vt plurimum vtitur
variis fundamentis. facit pro hoc quod vult Ias. in l. Gallus. §.
ille casus. ff. de lib. & posth. col. ij. dum defendit Bald. ab Alex.
cauere tamen deberent Doct. à tali varietate. glos. in §. illud. in
ver. & legem. in authent. de trien. & semis. licet aliquando excu
setur varietas, vt latè Ias. in l. si ex toto. §. fin. colū. fin. ff. de leg.
j. in l. edita col. iij. C. de eden. vbi Purpuratus. num. cxxxiij. Bal.
in c. ne innitaris. de constit. in l. prætor ait. §. si aliquando. iij.
not. ff. de ope. nou. nunt. Barb. lib. j. consi. j. colū. xxx. & lib. iiij.
consi. lxxxix. col. pen. in c. ne innitaris. col. iij. de constit. in c. si
clericus laicum, col. viij. de for. compe. in c. si clericus. col. xvj.
eo. tit. Hippol. in repe. rub. C. de probat. col. xxxij. in l. ex libe-
ro. col. pen. ff. de quæstio. Bertach. in tractat. de episcopo chart.
v. col. fin. & S. Thom. variauit in plerisq; locis, vt Ioan. Miran-
dula in apologia. q. j. chart. v. Et plures sancti, vt in progressu
illius q. vbi etiam de quatuor Doctorib. ecclesiæ. facit Lancel.
Politus in tract. de officio aduocati. in rubr. quale debet esse
aduocati officium ante fin. Lud. Bolog. doctor & miles Bono-
niensis in tex. correcto. §. Cato. colū. fin. quæ est octaua. & Pet.
de Lesnaudiere in tract. de Doct. iiij. parte. q. lxxxviij. Corneus
lib. ij. consi. xxxvj. memini. Et alter Bolog. iunior in repet. au-
then. habita. C. ne fil. pro pat. col. xxvj. pulchrè Socin. consi. cl.
incip. & vos introducere. col. viij. vbi tamen dicit quòd fugien-
da est nihilominus, ne aperiatur os obloquētibus, vt dicit Ful.
de Martino, consi. xlj. Franc. de Treuis col. pen. Et propterea
Cy. in l. iij. C. sol. mat. inuehit contra Alder. qui antequā casus
eueniret sibi in persona propria tenebat opi. Bulg. sed postea
mutauit tenendo opi. Mar. & Fulg. consi. xlj. casus talis. colum.
penul. de Mar. qui ex pectore reuoluto mantello scutum suum
albo nigróq; variabat, vt omnem vitaret cœlorum amaritudi
nem. Et Felv. in c. ad aures. col. vij. de rescrip. in c. cùm in iure.
col. iij. de offic. deleg. refert Ioan. Monachi. retractantem dicta
sua, dum erat cardinalis, quia erat suspectus, & in facto pro-
prio. & in c. solitæ. de maior. & obed. circa fin. refert quod Pius
postquam fuit Pontifex si fuisset interogatus de illa donatione
Constantini, dixisset contrarium eius quod dixerat dum esset
in minoribus, & quod nunquā intellexerat bene illam mate-
riam, nisi tunc: exemplo Theologi postea beneficiati, qui an-
tea dānabat pluralitatē beneficiorum. dicit tamen frater Syl-

uester

uester cõtra Lutherum, chart.ccxlvj.quòd digni fugiũt,indigni beneficia capiunt, quærunt, petunt, extorquent,litigant, emunt,occupant etiam armis. Et ad variationem Deus etiam nouit mutare sententiam si tu noueris mutare delictum. Barba.in c.si quis presbyterorũ.col.ij. de reb.eccl.nõ alien. quãtò magis in nobis quibus propter diuersa phantasmata quotidie generantur diuersæ intellectiones. Philosophus in iij. de Anima.Nicol.Boërij de potestate legali.char.iij.colũ.fin.vide Alber.in l.fin.ff.de põstul.dixi in vij. fundamento partis negatiuæ de inconstantia mulierum.Sed pro eam excusando dixi in fin.iij. ampliationis principalis. & dicam infrà circa medium iij.limit.quando communis opi.conuincitur lege. Tu autem rarò vel nunquam eris contrarius, si diligenter studeas antequam respondeas,& semper sequaris veritatem & æquitatem.

26 ¶ †Sed quæro stãte varietate vnius doctoris,quam eius opin. magis amplectemur? Respondeo, quòd illam quam tenuit in tractatib. Claud.in l.si idem cum eodem.§. fin. ff. de iurisdic. omnium iudic.vel cõsulendo.quicquid dicat Barba.in c.j.col. xiiij.de constitut.allegando vnum consilium Fede.quod nunquam potui inuenire.& in Ioannina col. clxxj.ver. item venit contra mentem Feder.nam licet quandoq; Doct.in consulendo quando putant se fouere iustam causam, allegent plura, vt laudant Alberic. & Bened.de Plumbino in l.Licinius. ff. quib. ad lib.proclama.non licet.& Specul. in tit.de disputat. §. nunc videndum.col.ij.ver.studeat autem multa pro se inducere &c. Et etiam nõ concludẽtia.dum modo persuasiua,vt docet Cep. cautel.lxxvij.sunt multi.Panor.in cap.per tuas.ante fin.qui fil. sint legitimi. Afflictus constitutione, hac edictali.ij.not.licet quis possit esse contentus paucis quæ sufficiant.vt Alex.lib.ij. consi.xliiij.incip.viso & discusso. col.v.versi. aliis insuper. & tantum sufficit vna lex,quãtum mille,vt ĩ.in princip.iij.limit. Sed illam cautelam Cepolæ acriter damnat Lancel. Politus in tract.de officio aduocati.chart. vlt. pro quo Ioan. de Anan.in c.fraternitatis.de hæret.col.ij.dum damnat prædicatores adducentes falsa exempla in prædicationibus.tamen eam sequitur Ioan. Montolonius in promptuario Iuris. in verb.decipere. Brunus in tractatu,de forma.col.fin. negari tamen non potest quin ea quæ consulendo dicunt sint magis appensata & digesta. Cuman. consi.lxxxvj.in princ.Curtius consi. lxxvj. super motiuis. ad fin. Landrianus in princ. suarum apostill. ad

Angelum de Maleficiis. Et ad Geminianũ, super Sexto. Alexan. ij. vol. cõsi. clxxxv. viso titulo quæstion. col. xj. Bart. in authen. cessante. C. de leg. hæred. Barb. sibi contrarius in c. cùm contingat. num. xxviij. de foro compe. plus dicit idem Barbat. in c. nullus. col. xvij. eo. titu. quòd adhuc stabitur consi. licet lectura fuerit posterius facta. ita dicit ibi de Panor. & quòd stetur cõsiliis, Purp. in l. edita. num. xiiij. C. de eden. quàm ea quæ dicunt in discursu lectionum, quarum sequens stimulat præcedẽtem. Fely. in c. causam quæ. col. xij. de rescrip. Et propterea Bar. in lectura non ita bene ponderabat secundum Bald. lib. ij. consil. clxxxix. incip. super alio. Cacialup. in tract. de transact. q. xiij. ante fin. & quando Bart. habebat consulere, maturius ponderabat, imò si casus erat dubius conferebat cum mercatoribus. Corf. sing. cclxix. tu habes. est in versi. testamentum. Et hoc laudat Lancel. Politus in tract. de offi. aduoc. in rubr. de prudẽtia. circa med. Et in lectura Doct. quandoque sunt adeò pomposi, quòd studio contradicendi amittunt sanum intellectũ, vt Machabæi de quibus statim dicã. quod maximè procedit quando est consilium decisiuum. Barb. lib. iiij. consil. vj. illud. colũ. ij. Et hoc patet in consiliis Alexand. quorum authoritas in tam illustri & excelso loco sita est, vt ab eius responsis in quibus contradictionem nón habet, nephas quodammodo sit recedere. vt Decius consi. lxij. col. iij. & est solennissimus. Moder. secundum Corn. lib. iiij. consi. clxxxix. litera d. incip. quanquam. Et vide quantum extollit Catell. Cotta in suis Memoral. in ver. iurisperitus, vbi allegat Felyn. in c. ij. col. xvj. de rescrip. dicere †quòd Alexan. est lucerna ardens cathedris iuris ciuilis, & aureum doctorem eum appellat, & illustrem. Franc. de Cur. consi. xij. incip. Lucius Titius. col. ij. ver. & ideo. consi. lxv. incip. super præmissa. col. pen. Semper enim amplectitur veritatẽ. Galiaura in repe. l. centurio. col. xvij. num. xlj. Et discurrendo per lecturas Lancel. Decij. inuenies quòd semper gloriatur vocare Alex. magistrum suũ. Et Pantal. in repet. l. ij. C. de rescin. vend. col. xij. dicit quòd est excellentissimus inter Moder. licet secus dicendum sit in consiliis Paul. de Cast. qui licet fuerit bonus Iurista, secundũ Ias. in l. eum qui ita. §. qui sibi. col. iiij. ff. de verb. ob. Et verissimus doctor, secundum Curt. in tract. positionũ. col. x. Et doctor veritatis, vt Bertach. in tract. de episcopo. ij. parte, lib. iiij. q. ccccxviij. & magnæ authoritatis. Decius consi. ccxij. & propter eius authoritatem contra eum non audebat consule

[Margin: Alexand. — 27 — Consilia Paul. de Cast.]

consulere. Decius consi.clxxvj.col.pen.ver. pro ista parte. Tamen fuit nimis promptus in consulendo, secundum Alex.in l. quæ dotis.iiij.col.ff.sol. matr. & contra eum excandescit quodammodo Aret.in consi.clxij.verum est.col.ij. Et idem fortè de consiliis Barba.quoniã licet fuerit vir celebratissimus & fecundissimæ memoriæ, secundũ formulariu prouinciale chart. lxiij.tamé vt inquit Hippol.de Marsil. in l.j.§. si qs vltrò.col. ix.in fi.ff.de quæsti.quod Barba.consulẽdo plura adducit,licet incorrectè, & ad balistam more suo pessimo. Et quòd non est confidendum de allegationibus suis, nisi videantur in fonte: quia plura mirabilia dicit quæ postea non reperiuntur. vnde
28 posset sibi dici.† Nam miranda canunt: sed non credenda poëtæ.licet fuisset discipulus Barba. vt per eum in l.vnius facinorum.§.cogniturum.col.xij.ff.eod.tit. & dicit Maleretus in tractatu de elect.chart.iij.col.iiij. quòd erat iactabundus & temerarius. Et quãdo liceat se laudare, Ripa in tract. de peste.chart. lxxxv.num.lxxix.Alber.in l.j.C.de no.Cod.comp.ij. Nimirũ ergo si in locis præallegatis Barb. dixit potius debere stari dicto in lectura,quàm in cõsulẽdo:quia quis putat in alio quòd in se est.Bustus in Defensorio mõtis.chart.lvij.col.ij. Socin.in l.cùm auus.col.xxx.ff.de cond.& demon.& dicit Socin.consil. cxxxj.in præsenti.col.vij.quòd Barb.more solito parologizat. & Pich.in repe.l.in quartã col.xcj.quòd licet esset Barb.copiosissimus & præstantissimus doctor, quandoq; tamen decipiebatur in fundamentis.Et erat ex vili genere ortus.Catel.ij.par. Memoral.in ver.doctor literatus.& dicit Felv.in c.cæterũ.col. vj.de rescrip.quòd Barb.studio impugnandi cõmunes opi.sæpissimè delirauit,credẽs ea via facere se immortalem. facit Ias. in l.omnes populi.ij.lect.in primis verbis.ff.de iust. & iur.vbi dicit quòd Machabæi studio cõtradicendi perdiderunt sanum intellectũ.& Bal.æmulatione.Bar.tantum subtilizauit quòd seipsum fregit. Ias.in l.edita. in primis verbis. C. de edend.& de Barb. idem & plura alia contra eum dicit Calcan. consi.j.arguens eum de pompa, quæ satis videri potest ex scriptis suis, maximè in repe.rubr.C.qui admit.per discursum. Et Io. Pyrrhus de donatione coniugum.char.ij.dicit eum gloriosum.solet enim gustui displicere cibus fumum olẽs:licet de tali vitio ipse Barb.soleat alios reprehẽdere,prout in sua Ioannina.colũ. lix.vbi reprehendit Salv.quòd se laudaret,dicens quòd habuit malos vicinos. & quod fuit caput partis, & propterea consinatus.

natus. prout etiam refert Fely. in cap. Rodulphus. col. ij. de re-
ſcrip. Idem de Mart. cum nobilibus ſiris Goſianis dicit Cyn, in
l. j. §. taceat. in fin. C. de rei vxor. act. † Quid autẽ ſi doctor fue 29
rit ſibi contrarius in conſulendo, quia fecerit duo conſilia re-
pugnantia, vel fuerit ſibi contratius in legendo: quia in vna le-
ge teneat vnam opin, in alia aliam: tunc enim ſtandum eſt in
illo loco vbi copioſius examinat. Panor. in c. bonæ. el ij. ante Vbi copio
fin. de poſtu. prælat. Claud. in l. ſi idem. cum eodem. §. fin. ff. de ſius exami-
iuriſd. om. iud. Barb. lib. j. conſi. lxiiij. ſcribitur. col. ix. & lib. ij. nat.
conſi. xxxvj. ſapienter. col. ix. conſi. lxvij. clemẽtiſsimi. col. iiij.
Calcan. conſi. xxxix. incip. magnificus, col. v. in fin. dicens, non
curandum de opin. doctoris non deliberata & appenſata, ſed
ſic in diſcurſu poſita. Hadrian. Papa noſter quodlib. ij. eſt char.
xiij. col. iiij. litera b. dũ loquitur de ſancto Thoma facit Curt.
conſil. lxviij. d. Io. col. iiij. verſ. his ſic ſtantibus. & xlix. memo-
riæ. col. liiij. verſ. animaduerte in primis. Præpoſ. in cap. ſi vir.
col. j. de cog. ſpir. Et materia dicitur examinari quando diſpu- Diſputat
tat ad partes. vt ſuprà dixi in princ. vel ſi diſtinguat. Bologn. in ad partes.
repet. auth. habita. C. ne fil. pro pat. col. xliij. text. in §. cũ quis. Diſtinguit.
in l. adeò. ff. de acquir. rer. dom. tex. cum gloſ. in c. quærenti. de
offi. deleg. gl. in c. ſciẽtes. de cenſi. Roch. in c. ſi quis cõtra cleri
cum. char. vij. de foro cõp. Et ſolet reprehendi qui indiſtinctè
loquitur. gl. fi. in l. fin. ff. ad l. Rhodiã. in l. Pomponius ſcribit.
gl. ij. ff. de nego. geſt. Socin. in l. demonſtratio falſa. col. ij. ff. de
condit. & demonſt. † quia nõ poteſt haberi notitia totius, niſi 30
diſtinctis eius partibus, & cognitis. j. Politic. refert Buſtus in
Defenſorio montis. chart. x. col. ij. quia ex duobus cõtrariis fit
optimum temperamẽtum. Bald. in c. fin. col. ij. de elec. & Dan-
tes in Paradiſo cantu xiij, poſt medium. damnat reſpondentes
ſine diſtinctione intelligi. ſecundum Barb. in c. poſtulaſti. colũ.
iij. de foro compet. verſic. tu diligenter. vbi, ſcilicet eſt diſtin-
ctio neceſſaria, aliàs vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtingue-
re debemus. l. de pretio. ff. de publ. Iaſ. in l. quamuis. j. no. de in
ius vocan. Claud. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. om. iudic.
col. j. & vij. Ant. Baueria in §. ſi plures. col. ij. inſtit. de hære. in-
ſtit. Et ſi text. ſimpliciter loquatur, comprehendit omnes caſus
etiam priuilegiatos. Decius conſil. cxxxj. col. iij. in c. ſedes. de
reſcript. colũ. v. Et etiam quòd ſit maior ratio in vno, quàm in
alio. l. in fraudem. in fin. ff. de teſt. mil. Decius conſilio v. col. ij.
Purpuratus in l. edita. nume. clxxxiiij. vel minor ratio in vno,

quàm in alio.Socin.in l.ij.§.ij.col.j.ff.de verb.obl.licet videatur velle cõtrariũ in l.si is.in §.itẽ si inter.ff.de reb.dub. col.j. & debent simpliciter intelligi,nõ secũdum quid. Pepus in repet.auth.præterea.C.vnde vir.& vxor.co.v.nec recipiũt modificationem si sunt præcisa.Decius cõsil.xviij.col.iij.& trahuntur ad casum fictũ.Rosellus in tract.de limitatione.chart.viij. col.j.Et prohibendo genus pariter omnes eius species.l.interpositas.vbi Lancel.vlt.not. C.de transact. Et si principium l. sit generale,nõ restringitur ex qualitatibus subsequentibus. Decius in c.cùm non ab homine.ij.not.de iudic.fuisset enim facile legislatori distinguere si voluisset. Claudius in l. si quis id quod.Ias.in l.sicut.co.iiij.C.de test.mil.ideo nisi quis aliqua l. specialiter distinctum probauerit,dist.nihil valet. Scrutinium
31 char.lxxj.†quia nec conditiones intelliguntur in lege,nisi exprimantur.l.ita stipulatus.§.Chrysogonus.ff.de verb.obli. Salom.in l.Gallus.§.quidam rectè.char.v.ff.de libe.& posthu. & debet generaliter intelligi etiã quòd veniat ad correctionem iuris antiqui.Nata.in c.quamuis.de pact.lib.vj. colũ.lxxvij. & comprehendit exceptiones etiam positas in aliis constitutionibus,licet ibi nõ dicatur.glos.& Salic.in l.ita nobis pudor.C. de adul.glos.in regula Cancel. xij. si tamen materia sit odiosa, non cõprehendit nisi ea quæ communiter accidere solent.Barba.in tracta.de Card.q.viij.colũ.iij.Alias fallentias collige ex Ias.in l.nõ dubium.C.de legib.col.vij.vers.ij.articulus. & vsq; ad lvj. enumerat Socin. regula cccxxix. limita tu in dictis sanctorum,vt Hadria.Papa noster in quodlib.ij.char.xix. col.iij.
32 †doctori enim distinguenti videtur standum,tanquam magis appropinquanti veritati.Seneca,quem refert Salic.in l. filiæ cuius pater.vers.expeditis.gl.C.famil.ercis.glo.& Salic.in l.apud antiquos.C.de fur.quia per diuisiones & interpretationes cõgruentes omnium cœlorum euitatur amaritudo.Ange.consil. ccclxxvj.philosophicè.col.ij. Constantius de Bargis in tracta. de contractibus vetitis.combinatione xiij.Bonif. in tracta. de nobilitate.iij.parte.numer.xxxix.gloss.in §. cùm ex aliena. in versic.media.institut.de rerum diuis. Ponzinib.in tracta.de lamiis.col.xvj.vers.quinimo. Idem si ponat regulam sub illa reducẽdo omnia quæ reduci possint, vt dicit sibi placere Caciaiupus in repet.l.admonendi.ff.de iureiuran.colũ.lvij.& postea subiicere Fallentias:quia hoc in effectu idem est quòd distinguere,& opin.concordare.secundum Nizel. in concord. Bart. clx.

Regula cũ fallentiis.

clx.incip.deducere. Nam qui omnia indistinctè vult intelligere, confusè intelligat necesse est. frater Syluester contra Lutherum charta clxiij. Et propterea laudandum studium cuiusdam socij mei qui doctrinas Bartol. nihil addito ita reducebat, scilicet ad regulam & fallentias in quodam libro separato. Et ego quandoq; in margine mei Bartol. sic feci: est verum quòd aliquando sunt tot fallentiæ quòd posset fieri vna regula in contrarium alterius, vt infrà dicam. Et regula debet præcedere fallentias. Barbat. in continuatione rubr. de reb. eccles. non alienan. nec sufficit ponere regulam nisi dentur fallentiæ. gloss. j. in authen. de restitu. & ea quæ par. & quando Doctores reprehendunt vnam limitationem, debet tunc poni pro ampliatione. Felyn. in c. super literis. col. xj. de rescript. in c. nonnulli. §. sunt & alij. in primis verbis. eod. tit. imò est clarior modus dandi doctrinas per regulas & fallentias vbi fieri potest, seu saltem per casus, quàm per distinctiones, vt sæpe Ias. me audiente dicebat. Panorm. in disput. incip. statuto. post medium tertij dubij. & Pich. post Pau. de Cast. in l. fin. C. de edict. diui Hadr. tollen. super gloss. in verbo, legitimas. trufatur de Bart. quòd nesciés alium modum euadendi illa contraria voluit fugere viam magistram, & contentare scholares ducendo eos per ambages & per diuerticula illius suæ longæ distinctionis. & Ioan. Pyrrhus in l. in ambiguis pro dotibus. §. j. ff. de reg. iur. dicit q theoricæ longæ & implicatæ non bene à lectore nec paruo negotio concipiuntur. idē vult ipse in l. fœminæ. in primis verbis. eod. tit. est verum quòd Fortun. nō potest pati has fallentias vt infrà dicā in viij. limitatione, de decis. in terminis. Et dicit Bal. in l. per hanc. ij. col. C. de tempor. appel. quòd id quod dicitur theoricè, dicitur quasi in nube. & in capit. cùm accessissent. in fin. col. penult. de constitut. dicit quòd istæ theoricæ generales nō illuminant intellectum practicum qui debet esse de rebus singularibus: nam ex quo vadant per aut, aut, nimium implicant, vt inquit Lancel. in l. si à substituto. col. ij. ff. de leg. j. vt per eum ibi, qui tali modo declarat vnam doctrinam Barto. prout & Ias. in l. quæ dotis. ff. soluto matrimon. lxviij. Ex quorum dictis pulcher modus colligi potest declarandi distinctiones Bartol. & antiquorum. modum autem eas recitandi in scholis collige ab Alexand. in titul. ff. de acquiren. possess. cuius lect. fuit scripta prout eam voce referebat: quia tunc non dabat in scriptis. Si verò vtrobiq; latè examinat: tunc stabitur in

locò per eum posterius scripto, posterius scribens præsumitur
maturius. Rom. consilio cccxxvij. istæ sunt rationes. col. ij. Bar
bat. lib. ij. consil. xliij. sempiterna. col. ix. Scrutinium char. xcij.
& lxviij. vbi dicit hoc maximè procedere quando eam pone-
ret in pluribus locis, vt dixi suprà de authoritate plurium glo.
quæ vincunt vnam. facit quod dicimus, quòd vltima opin. re-
lata in gloss. censetur à glo. approbata. l. si idem cum eodem. §.
fin. vbi Ias. ff. de iurisd. omniū iudic. l. iij. §. Neratius. vbi Rom.
ff. de acquir. posses. Alexand. in l. Iulianus. in fin. in l. non am-
plius. §. fin. col. ij. de leg. j. & lib. ij. consil. cccvij. viso processu.
col. ij. clxxv. inspecto. col. iij. & lib. iiij. consil. ij. super proces-
su. col. fi. & consil. v. primo cùm dicatur. col. ij. & lib. v. consi. x.
domini. in fine. Panorm. lib. j. consil. xlij. ex multis. col. penult.
Barbat. lib. j. consi. iij. in fin. xxvij. scripsit doctissimus. colum.
xxv. latius consilio seq. col. xj. & consilio xxx. colū. iij. & xxxix.
col. ix. Zabarel. consilio xxiij. in causa Amareti. Tremolus in
addit. ad practicam Bonacursij. chart. lvij. in fi. ij. col. Ioan. Lu-
pus in cap. per vestras. de donat. inter virum & vxorem. ij. not.
versicu. sed est pulchra dubitatio. est in opere, charta lxvj. col.
iiij. Canonistæ in dicto capit. j. de constitut. Igneus in repetit.
33 authen. ex causa. C. de liber. præter. col. lxxxiiij. & Ias. † & Ca-
nonistæ limitant, nisi præcedens esset melioribus rationibus
fundata. Præpos. in capit. j. §. sed vasallus. colum. ij. in titul. hic
finitur lex, deinde consuetud. Idem de text. Monferrat in §.
diui. in principio. colum. xlix. de legatis j. Felyn. in capit. ix. ex
officij. colum. x. de præscript. & in dictis Doctor. Alexan. iiij.
volum. consil. xxxij. in causa executionis. colum. j. & consil. lv.
prospectis his, colum. xv. & libro ij. consilio cccvij. viso pro-
cessu. colum. j. Secundò limitant quando gloss. simpliciter re-
ferret, puta dicendo, Alij dicunt vel simile. Corne. in l. anti-
quitas. C. de testam. in l. extraneum. C. de hæredib. insti. & lib.
iiij. consilio lxxij. colum. ij. versicul. rogitus. Dodus in Apolo-
gia contra fratrem Samuelem charta xxxviij. ¶ Tertiò limi-
tant quando prima opin. saperet æquitatē: secunda rigorem.
Arct. consil. clxiiij. colū. v. Ias. in l. si tibi. in fin. penult. colū. in l.
cùm fundus. §. seruum tuum. in fi. iij. col. ff. si cert. pet. in l. si ser-
uum. §. sequitur. in ij. not. ff de verb. obli. in l. placuit. C. de iu-
dic. in l. filiq pater. ij. not. de leg. j. ¶ Quartò limita quādo op-
poneretur in diuersis glossis: quia tunc fortè non stamus vlti-
mæ prout in doctore. Barba. ij. vol. consi. lxvij. clementissimi.

col. iiij. quem allegaui. colũ. proxim. præced. ¶ Quintò limita quando referret cum ista dictione, quamuis, vel licet. l. j. in fin. princip. cum gl. ff. de eo per quem fac. erit. & no. istas fallentias ad intellectum gl. quia gl. aliquãdo loquitur obscurè propter altitudinem intellectus. Ang. in l. qui interrogatus. ff. de petit. hæred. col. ij. versic. sequitur. loquendo de Placent. vel vt faceret nos musare ne nimia facilitate redderet difficultates legales communes cum idiotis. Ias. in l. iurisgentium. §. quinimo. col. x. ff. de pact. facit Dionysius discipulus Pauli, quem refert Io. Picus Mirandula in procem. chart. j. dicẽs, sanctum & ratũ institutum fuisse ne dogmata secretiora per literas, sed tãtum voce his qui ritè essent initiati communicarentur. & in Apologia char. iiij. & ibi q. v. char. iiij. & in oratione habita in cœtu Romanorum, char. vj. dicit quòd mysteria secretiora & sub cortice legis rudiq; verborum prætextu latitãtia altissimæ diuinitatis arcana plebi palàm facere, quid erat aliud quàm dare sanctum canibus, & inter porcos spargere margaritas? allegat pro hoc Paulum & Pythagoram & picturas Aegyptiorum. Et illud Platonis ad Diomedem, quædam per ænigmata scribenda. & Aristotelem de libro suo Metaphysices dixisse, editos & non editos. & in dictis locis dicit Mirandula sic traditam fuisse scientiam Cabalisticam Hæbræis: nam Cabala Hebraicè, id est receptio Latinè ob id, scilicet quòd illã doctrinam non per literarum monumenta, sed ordinariis reuelationum successionibus alter ab altero quasi hæreditario iure recuperet. pro quo Gregorius Nazianzenus in tractatu de moderandis disputationibus. pagina vigesimaoctaua. Et ita faciebat Saluator, vt Matthæi xiij. circa medium. Ioan. xvj. hinc inuehit Vdalricus Zasius in l. ij. ff. de origine iur. colum. xvij. & xliiij. contra traducentes ius ciuile in vulgari. hinc dicit Lucas de Penna in l. j. colum. xvij. C. de professo. qui in vrbe Constantin. quòd ideò decuit leges interdum obscura eloquentia describi, vt in eis proficeret noster intellectus, non solùm inuentione sed exercitatione, prout in diuina scriptura. facit pro prædictis Vincentius de bello Italico chart. xiij. dum allegat gloss. in capit. inuenta. xxvij. quæstio. ij. vt Ioannem Augustin. Panteus in arte transmutationis Metallicæ. in principio & in fine. & dicit Bald. in l. j. colum. iij. C. commun. de legatis. quòd difficilis sermo placet vulgaribus: quia communiter non cadit in idiotas. & etiam Bartol. aliquando lo-

Quare scientia legalis difficilis.

quitur Teutonicè, id est obscurè, vt paulò suprà dixi. & dicit Bologn.in text.correcto.§.Cato. in l.iiij.de verbor. obliga.v. colū.quòd hoc faciunt etiam Iurisconsulti. & dicit Ias.in l.infantis.in primis verbis.C.qui admit.quòd Imperator plerūq; dabat respōsa ambigua,ne ab omnibus intelligeretur. & idem Ias.in l.si vnus.col.iiij.ff.de pact.quòd Paulus Iurisconsultus ex verbis suis à principio videtur velle vnum dicere,& tamen rectè considerando aliud dicit. Clau.in l.qui Romæ. §. duo fratres.ff. de verb.oblig.quòd Scæuola solet truncatè respōdere, adeò quòd dicta sua indigēt suppletione. & Aphricanus solet adeò obscurè loqui quòd inoleuit prouerbiū, Lex Aphricana, ergo difficilis. Ias.in l.si prius.in primis verbis.ff.de oper.nou. nun.tamē isti obscurè loquentes malè faciunt, secūdum Fely. in proœ.Decretal.col.ij. Decium in c.quoniam.col.j.de const. Barb.lib.ij.cons.lvj.sapienter.col.vj.& lib.iiij. consi.vlt.col.ij. Et Fortun.in l.iurisgentium.§.& ideo.colū.ix.ff.de pact. Item Barb.in c.postulasti.colū.vj.de foro.cōp.inuehunt contra Doctores qui dederunt semper nobis doctrinas obscuras. facit Calcān.consil.j.col.xxv.& consi.xiiij.viso instrumento.col.vij. Rosariū Busti lib.j.serm.xiiij.litera dd. & Seneca epist. lxxxiiij.dicit quòd ambiguitas verbi quærit locū fraudi. quod faciendum non est vbi veritas quæritur.facit Barb.d.consi.lvj.sapienter.colū.v.in c.super literis.de rescrip.nu.cxxxix. Et videmus Imperatorem fecisse claram decisionem ad auferendum

Paulus.

Aphricanus.

34 ambiguitatem simpliciū.l.fi.C.de indict.vidui.tolē.† Et quando leges sunt adeò obscuræ quòd intelligi nō possunt, nō debent allegari. Ias.in l.cùm prolatis.in fi.ff.de re iud.in l.admonendi.in lectura.colū.xij.de iureiur.in l.captatorias.in fin.col. pen.C.de test.milit.glo.in regula Cancellariæ xxxiij.chart.penult. Bald.Socin.& Sandol.in l.in ambiguo.ff. de reb.dub.vbi idem vult d.Ludouicus Tessera. dicit tamen ibi d.Christophorus de Castellione,quē habeo scriptum,quòd est malè dictum dicere quòd vna lex habeat plures lecturas, quia non habet nisi vnam,scilicet illam cui cōuenit vox & mēs:sed plures ponuntur,quia nescimus mentem legis. facit Fortun.in repet.l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib.& posth.nu.clviij. Decius in l. quotiens idem sermo.ff. de reg.iur.vbi latè ponit, quē intellectum in similibus amplecti debeamus.nō tamē est credēdum quòd Fely.& Decius velint reprehendere iurisconsultos:quoniam peccarent in Spiritum sanctū. Lancel.in l.si creditori.iij. col.

col.de leg.j.Iason in l.iij.§.ex contrario.in primis verbis.ff.de acquir.poss.vbi non audet tenere contra Trebatium,licet credat eum malè reprehendere Labeonem, & eum ab obliuione defendit Opi.in repet.§.diui.col.xv.non tamen sic Felyn.Papam in cap.cùm à nobis. col.iij. de testi.& semper loquuntur propriſsimè & Latinißimè, secundum Ias.in rub.ff.de acquir. hæred.col.ij.in l.Gallus.§. videndum.col.ij.in ij.lect.ff.de liber.& posth.Vdalric.Zasius in oratione incip.iuris ciuilis studia.Barbat.in Ioannina,colum.lxxxiij.Amedeus in dialogo de Amicitia,chart.xij.nimis enim laudandæ & venerãdæ sunt leges,præsertim fforum , vt Laurent.Val.in proœm.lib.iij. Elegantiarum, licet ibi obloquatur de iure Canonico & Imperatore,poterat dicere vt Ias.in l. quotiens.col. antepen.C.de hæred.instit.& Monferratus in l.Gallus.§.& quid si tantum. col. xxxv. in l.si constan.ff.sol.matr.in fin.ij.chart.quod imper.qui composuit iura Authenticorum erat totus plenus pompa.& quando aliquid de nouo inducebat, hoc ostendebat ex pompa verborum.facit Corn.in l.fin.§.necessitate.in fin.col.iij.C. de bon.quæ lib.sed contrarium apparet in authen.de fil.ante instr.dot.nat.circa fin.vbi dicitur quod fecit subtrahi nomen suum.& istam obscuritatem in legibus damnat sanctus Augustinus quem refert Afflictus de iure protomiscos.colũ.ij.c.erit autem.iiij.dist.& proprium legis nihil magis est,quàm claritas.Alberic.in l.j.C. de no.cod.comp.col.iiij. Luc.de Penna in l.ea lege.col.ij.C. de excusat.mun.libr.x. Decius in l.j.in fin.j. not.ff.de regul.iur.Et Salomon.in §.responsa.instit.de iur.nat. charta.vij.Ias.in l.post rem.ff.de transact. Cal.consil.xiiij.col. vij. Et propterea idem Salomon.in l.Gallus.§. quidam rectè. charta.iij.ff. de liber.& posthum.inuehit contra glos.ꝙ quandoque faciat tex.obscurum qui clarus est.& in §.qui si is.char. ij.dicit quòd vbi glo.non intelligunt, vel corrumpunt text.aut applicant interpretationi quæ non reperitur in Calendariis: sic obscuritates legum non ascribamus culpæ scribentium : sed ignorantiæ non assequentium:vt inquit Sext.Cæcilius, quem refert Gellius lib.xx.cap.incip.Sext.Cæcilius. facit Ludouicus Texera.de reb.dub.ff.char.vj.col.j.potest dici istis obscurè loquentibus,vt dominus Colucius Persio.Si nõ vis intelligi, nec ego volo te intelligere.refert Barbat.in c. post cessionem , col. xxij.de probat.facit Vdal.in l.ij.de orig.iur.col.lxiiij.

Claritas est mendatur.

¶ †Redeundo ergo ad ampliationem vt regula quæ habet 35

quòd seruanda sit communis opin. procedat cuiuscunque sit authoritatis, tenẽs contra communem opin. Et dicendum est, quòd procedit etiam si contra eam teneret Alberic. de Rosate, qui fuit fidelis cõseruator antiquitatis, secũdum Ias. in l. triticum. col. iij. ff. de verb. oblig. & in l. Gallus. §. instituens. col. ij. lect. ij. ff. de liber. & posthum. & fuit magnus practicus secundum Ias. ibidem in §. & quid si tantum. col. xxvj. & Catellianũ in ij. part. Memoral. litera I. versic. de iurisperitis. chart. viij. Et fuit doctor & commentator eximius, secundum Fulg. consil. xlvij. ser Michael. circa medium. & consilio lxvj. ser Guarnerius in fin. Cacialup. in tract. de modo studendi. in fin. col. vij. & fuit aduocatus consistorialis. Curtius consil. xix. memoriæ recolendæ. col. xiij. & ei plus deferunt aduocati Mediolanenses, quàm alteri doctori, secundum Ias. l. j. colũ. v. ff. de oper. nó. nũ. Et fuit claro & solido ingenio, qui rectè & sanè leges intellexit. Ioan. Pyrrus in l. non vult esse hæres. ff. de reg. iur. Et de authoritate plurium doctorum vide per Baptistam de Cacialup. in tract. de modo studendi. & Catellianum in ij. parte Memoral. litera I. de Iurisperitis. & in tabula consiliorum Curtij Senioris in verb. doctor. vbi eos nominat per ordinem alphabetic. Volateranus in commentariis. Etiam si esset authoritas vnius collegij, quod licet debeat præferri sententię vnius doctoris. Ferrat. cautel. xvij. incip. magna est quæstio. colũ. iij. Galiaura in repet. l. centurio. ff. de vulg. & pup. num. cccxciij. est chart. xxvij. Decius in cap. prudentiam. col. j. de offic. deleg. per illum text, rationem ponit Calcan. consil. j. col. iij. facit Salomon. in §. responsa. instit. de iure nat. chart. xj. vbi quando plura collegia dissidẽt, vt patet in quæstione quam refert Bal. in cap. j. de alie. feu. col. iij. & videmus variè cõsultum per collegium Bon. & collegium Mediolan. in quæstione præcedentiæ canonicorum regularium, & monachorũ, in qua pro monachis consuluit Collegium Bononiense, Patauinum, Ferrariense. & d. Baptist. Cacialup. pro canonicis consuluit collegium Papiense, & Ias. & in vno dubio collegium Paduanum. & pro monachis Decius in cap. Nicolao. col. ij. de appel. Nicol. Boerij in tract. de sacro regio consistorio. chart. xx. & inclinat Ias. in authen. ingressi. in fi. iij. col. C. de sacrosf. dum ponit differẽtiam inter vnum ordinem & alium. & Formularium prouinciale chart. xx. circa medium. dum dicit, quòd in scribendo primò nominantur monachi, secundò canonici regulares: quia

monach

monachorum institutio est antiquior. vide pulchram episto-
lam Matthæi Bosij. epist.cvij.& seq.non tamen debet præferri
communi opin.doctorum : quia aliquando in collegiis sunt
etiam Doctores ignari : sed scribentes vt plurimum sunt præ-
stantiores.† imò quamprimum incipiunt legere, appellantur 36
clarissimi. Bolog.in dicta auth.habita. col.xix. in fin.allegat
Alex.in l.j.in princ.vj.col.ff.de offic.eius : imò sunt Doct.illu-
stres quando legerunt xx. annis : seu saltem duces & comites:
vt inquit Iason in l.j.iij. col.ff.de offic.eius cui man.est iur.vbi
post.Alex.non vult admittere quòd sint illustres. & in hac opi.
persistebat adhuc legẽdo legem quidam cùm filium.ff. de ver-
bor.obl.num.xxxvj. Sed respondet Bolog.in repet.authen.ha-
bita.C. ne fil.pro patr.col.xiij.vbi col.xxj.propterea infert ad
plura.& idem videtur tenere Corset.in tract.de pot.regia.q.
xxj.Cacialup.de deb.fug.q.v.col.ij.dicens quòd Io.de Grassis
ita obtinuit de iure. & quòd per clausulam, non obstantibus
talibus priuilegiis, sint inserta in corpore iuris, non censetur
derogatum. sunt enim repleti splendore sicut sol.Barb.in cap.
postulasti.col.iij.de foro cõpet. Et vltra alios dic,quod doctor
non est illustris,ex eo solùm quòd sit dux,seu comes: sed ex eo
quia doctor est de cõs.principis.l.fi.C. de offi.diuer.iud.& vo-
lunt omnes qui enumerant priuilegia Doctorum.† Sed consi- 37
liarij principum sunt illustres.Ias.in d.l.j.iij. col.vers.iiij.ff.de
offi.eius.Roch.in c.nouit.vlt.not.de iudi.vnde remanet subla-
ta impugnatio Alexãd.& Ias.quos in hoc etiam impugnat Ia-
cob.Niger in d.l.j.col.viij.Et quòd dicantur illustres,tenet Io.
Lupus in rubr.de donat.inter vir.& vxor.chart.xvij. col ij.&
iij.Gaspar Portug.col.xxvij.vers.item in eodem.in l.imperiũ.
ff.de iuris.omn.iud.Et est communis opin.prout volunt omnes
enumerantes priuilegia Doct.vt Alexand.in rub.de dignit.lib.
xij.Bolog.in repe.auth.habita.C. ne fil.pro pat.col.xij.& seq.
Lãfranchinus Brixiensis in tract.quis sit præferendus, doctor
an miles.chart.iiij. Barbat.in procem.clem.Calcan.consil.viij.
col.xv.& seq.Pet.de Perusio in procem.sui tractatus de quarta
canonica.Bon.in tractatu de nobilitate,parte iij.nume.c. & ex.
Ludouic. Bolog.in Theodosiana, in verb.ad magistratus di-
gnitatem. est chart.xxx. habetur in Defensorio montis Busti.
chart.lxvj. Ange.in §.item Romæ.instit.de excusat.tut.Et le-
gentes sunt plus priuilegiati. Socin. in l.cùm quid.iiij.col.ff.si
cert.pet.Bart.in l.in medicos.C.de profes.& medic.lib.x.Bart.

Doctor, comes, & illustris.

obscurus sermo placet idiotis. Alij glomerabunt omnes text. quos Doct. allegant in aliqua theorica contra vnum text. generaliorem, vel eos qui allegantur in omnibus fallentiis cōtra vnam regulam, & videbitur subtilis. alij omnes Doct. qui allegant vnam doctrinam ad diuersa tamen proposita allegabunt remissiuè perinde, & apparebit magna cumulatio: & sic docentes decipiunt auditores, quibus non minuitur, sed augetur labor: non acuitur, sed obtenebratur ingenium ex tali confusione: quia si singula per suos casus vel membra recitarent, clara & ordinata existerent, nec appareret tanta subtilitas vel cumulatio. Et sunt aliqui qui dum volunt declarare quærūt ænigmata. vt Aio te Aeacidem Romanos vincere posse. gl. in l. veteribus. ff. de pact. vel qui vt dicit Luc. de Penna in d. l. omnes. col. xvj. propter nimium studiū factus esset stultus. Luc. de Penna in d. l. j. C. de profes. qui in vrb. Cōstan. vel qui magis curet se ostendere quàm scholaribus prodesse. Luc. de Penna in l. magistros. C. de profes. & med. lib. x. vel de his quibus non loquitur Bald. lib. ij. cōsil. cxliij. incip. punctus. col. ij. dum dicit, quòd loquitur intelligentibus leges, non hominibus grossi capitis qui non intelligunt subtilia. Et dicit Ang. consi. cclix. quædam. col. pen. quòd incapaces aures nō capiunt quæ sunt de apicibus iuris, quia de subtilibus & speculatiuis: non gustat asinus, secundum Claud. in repet. l. vt vim. ff. de iusti. & iu. col. xv. est in fin. gl. j. & dicit Aristot. iij. Metaphysicæ, quòd soluere vinculum ignoranti est impossibile. vnde si tales sunt iudices, possunt recusari in causis subtilibus. Iaf. in l. apertissimi. col. ij. C. de iudi. vel aduocati ignorantes qui nunquā studuissent. in l. qui se patris. C. vnde lib. vt ibi Cyn. circa prin. vel esset vt ille Portugalensis qui dicebat c. omnis vtriusq; sexus. de pœnit. & remis. solùm procedere in hermaphrod. Dec. in c. ad audientiam. col. fi. ver. confessio. de rescrip. vel vt ille doct. de Varesio qui venit Mediol. ad alleg. pro hærede, quòd non teneretur soluere creditoribus defuncti, quia mors omnia soluat. §. deinceps in authen. de nup. gl. pen. inst. de leg. Fus. ca. col. Bauer. instit. de testam. col. x. Sandol. in l. si cognati. colū. pen. de reb. dub. Corset. sing. clvij. Hippol. in rub. C. de probat. col. iij. clarius in l. fi. col. v. & seq. ff. de quæst. in l. accusatio. ante fi. ff. de Fal. vel q̀ esset imperitus matheseos. Spec. in tit. de aduo. §. j. col. iiij. vel vt Publius Consa. qui se iurisconsultum iactabat, & cùm vt testis interrogaretur, & se nihil scire diceret, Cicero in eius imperitiā

iocatus

iocatus, Disce quæso, ait, forsan de iure te interrogatum credas. refert Vdalr. in l. ij. ff. de orig. iur. col. lvij. vel doctorelus, vt Bolog. in d. auth. habita. col. xxj. vel qui nõ esset doctor, sed dolor. Barb. in c. in pertractandis. j. not. de iur. calum. Petrus de Lesnaudiere in d. tract. de Doctorib. iiij. parte. q. xx. gl. regularum Cancellariæ char. xxvij. & cxxj. Cacialup. d. q. xlvj. Et verè bene est dolor, attenta ratione quam in vulgari ponit Besuz. in ij. parte. ff. Noui. non memini de l. vbi inquit, quòd vellet potius esse aptator calceorum, quàm doctor sine legibus, cui est necesse retinere impensam dignitatis gradus sine vtilitate: & hoc vltra turpitudinem, de qua in l. ij. colũ. antepe. vers. Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iur. de quo infrà. Vel qui non doceret vtilia, sed vana: & qui non instrueret, nec corrigeret scholares, & nesciret docere. Rosariũ Busti. ij. parte. serm. xxix. litera a. vel cui puluis cecidit super libros. Fely. in c. veniens. el j. col. pen. de testi. vel qui conductus in palatio nesciebat quid loqueretur. Bar. in l. cùm quid. ff. si cert. pet. vel doctor de Placebo Domino. gl. Reg. Cancell. xlviij. est char. lxxx. vel qui declarant ignotum per ignotius, vt ibi chart. xcviij. & propterea gl. in §. cùm ex aliena. in verbo, & spicas. dicit quòd docentes debent ire per exempla. Paris de Syndicatu char. lij. col. ij. vbi dicit, quòd propterea ipse designat libenter quæstiones facti, quia illæ aperiunt intellectum, faciunt quæ s. dixi de claritate legum: vel qui allegaret leges tantum facientes ad propositum sicut asinus volat. Rom. consi. clxxiiij. amplissime. ante fin. vel qui nõ merebantur allegari. Riminal. in l. postquã liti. col. iij. C. de pact. vel qui somniaret & mirabilia diceret propter quod esset dignus inuolui in cœno. Azo. in sum. C. de rei vend. in l. cogi. vel positus sit in titulo de stilo ignorantium, vt ibidẽ in d. Reg. Cancellariæ, charta xcix. vel idiota siue phãtasma. Et dolor Legum vel Decretorum; † quia doctor sine scientia, est vt 40
comes sine comitatu, vt ibidem, in vj. parte regularũ Iulij, qui est chart. cxxj. & dicit Pet. de Lesnaudiere in tract. de Doct. j. parte. q. v. quòd sunt fontes sine aqua, vel spazacamin: dicens, dio te la mandi bona. vt imperitus medicus, vt in d. Reg. Cancel. chart. cxxx. vel non iur. ciui. sed sorbilis potius, quàm intelligibilis. Mart. Luther. pag. cccliij. vel iur. perditi. vt per eum in princ. pag. dxxxviij. Vdalr. Zasius oratione post ferias æstiuas, incip. ex multis. char. ij. vel qui ad ea respondet quæ nullus requirit, & ea tacet quæ omnes efflagitant, vt dixi loquendo de

Bald.

uester cōtra Lutherum, chart.ccxlvj.quòd digni fugiūt,indigni beneficia capiunt, quærunt, petunt, extorquent,litigant, emunt,occupant etiam armis. Et ad variationem Deus etiam nouit mutare sententiam si tu noueris mutare delictum. Barba.in c.si quis presbyterorū.col.ij. de reb.eccl.nō alien. quātò magis in nobis quibus propter diuersa phantasmata quotidie generantur diuersæ intellectiones. Philosophus in iij. de Anima.Nicol.Boërij de potestate legali.char.iij.colū.fin.vide Alber.in l.fin.ff.de postul.dixi in vij. fundamento partis negatiuæ de inconstantia mulierum.Sed pro eam excusando dixi in fin.iij. ampliationis principalis. & dicam infrà circa medium iij.limit.quando communis opi.conuincitur lege. Tu autem raró vel nunquam eris contrarius, si diligenter studeas antequam respondeas,& semper sequaris veritatem & æquitatem.

26 ¶ †Sed quæro stāte varietate vnius doctoris,quam eius opin. magis amplectemur? Respondeo, quòd illam quam tenuit in tractatib. Claud.in l.si idem cum eodem.§. fin. ff. de iurisdic. omnium iudic.vel cōsulendo.quicquid dicat Barba.in c.j.col. xiiij.de constitut.allegando vnum consilium Fede.quod nunquam potui inuenire.& in Ioannina col. clxxj.ver. item venit contra mentem Feder.nam licet quandoq; Doct.in consulendo quando putant se fouere iustam causam, allegent plura, vt laudant Alberic. & Bened.de Plumbino in l.Licinius. ff. quib. ad lib.proclama.non licet.& Specul. in tit.de disputat. §. nunc videndum.col.ij.ver.studeat autem multa pro se inducere &c. Et etiam nō concludētia.dūm modo persuasiua,vt docet Cep. cautel.lxxvij.sunt multi.Panor.in cap.per tuas.ante fin.qui fil. sint legitimi. Afflictus constitutione, hac edictali.ij.not.licet quis possit esse contentus paucis quæ sufficiant.vt Alex.lib.ij. consi.xliiij.incip.viso & discusso. col.v.versi. aliis insuper. & tantum sufficit vna lex,quātum mille,vt ſ.in princip.iij.limit. Sed illam cautelam Cepolæ acriter damnat Lancel. Politus in tract.de officio aduocati.chart. vlt. pro quo Ioan. de Anan.in c.fraternitatis.de hæret.col.ij.dum damnat prædicatores adducentes falsa exempla in prædicationibus.tamen eam sequitur Ioan. Montolonius in promptuario Iuris. in verb.decipere.Brunus in tractatu,de forma.col.fin. negari tamen non potest quin ea quæ consulendo dicunt sint magis appensata & digesta. Cuman. consi.lxxxvj.in princ.Curtius consi. lxxxvj. super motiuis. ad fin. Landrianus in princ. suarum apostill. ad

Angelum

Angelum de Maleficiis. Et ad Geminianũ, super Sexto. Alexan. .ij. vol. cõsi. clxxxv. viso titulo quæstion. col. xj. Bart. in authen. cessante. C. de leg. hæred. Barb. sibi contrarius in c. cùm contin gat. num. xxviij. de foro compe. plus dicit idem Barbat. in c. nullus. col. xvij. eo. titu. quòd adhuc stabitur consi. licet lectura fuerit posterius facta. ita dicit ibi de Panor. & quòd stetur cõsi liis, Purp. in l. edita. num. xiiij. C. de eden. quàm ea quæ dicunt in discursu lectionum, quarum sequens stimulat præcedẽtem. Fely. in c. causam quæ. col. xij. de rescrip. Et propterea Bar. in le ctura non ita bene ponderabat secundum Bald. lib. ij. consil. clxxxix. incip. super alio. Cacialup. in tract. de transact. q. xiij. ante fin. & quando Bart. habebat consulere, maturius pondera bat, imò si casus erat dubius conferebat cum mercatoribus. Corf. sing. cclxix. tu habes. est in versi. testamentum. Et hoc lau dat Lancel. Politus in tract. de offi. aduoc. in rubr. de prudẽtia. circa med. Et in lectura Doct. quandoque sunt adeò pomposi, quòd studio contradicendi amittunt sanum intellectũ, vt Ma chabæi de quibus statim dicã. quod maximè procedit quando est consilium decisiuum. Barb. lib. iiij. consil. vj. illud. colũ. ij. Et hoc patet in consiliis Alexand. quorum authoritas in tam illu stri & excelso loco sita est, vt ab eius responsis in quibus con tradictionem nõn habet, nephas quodammodo sit recedere. vt Decius consi. lxij. col. iij. & est solennissimus. Moder. secun dum Corn. lib. iiij. consi. clxxxix. litera d. incip. quanquam. Et vide quantum extollit Catell. Cotta in suis Memoral. in ver. iurisperitus, vbi allegat Felyn. in c. ij. col. xvj. de rescrip. dicere † quòd Alexan. est lucerna ardens cathedris iuris ciuilis, & au reum doctorem eum appellat, & illustrem. Franc. de Cur. consi. xij. incip. Lucius Titius. col. ij. ver. & ideo. consi. lxv. incip. su per præmissa. col. pen. Semper enim amplectitur veritatẽ. Ga liaura in repe. l. centurio. col. xvij. num. xlj. Et discurrendo per lecturas Lancel. Decij. inuenies quòd semper gloriatur vocare Alex. magistrum suũ. Et Pantal. in repet. l. ij. C. de rescin. vend. col. xij. dicit quòd est excellentissimus inter Moder. licet secus dicendum sit in consiliis Paul. de Cast. qui licet fuerit bonus Iu rista, secundũ Ias. in l. eum qui ita. §. qui sibi. col. iiij. ff. de verb. ob. Et verissimus doctor, secundum Curt. in tract. positionũ. col. x. Et doctor veritatis, vt Bertach. in tract. de episcopo. ij. parte, lib. iiij. q. ccccxviij. & magnæ authoritatis. Decius consi. ccxij. & propter eius authoritatem contra eum non audebat consule

Alexand.

27

Consilia Paul. de Cast.

consulere. Decius consi. clxxvj. col. pen. ver. pro ista parte. Tamen fuit nimis promptus in consulendo, secundum Alex. in l. quæ dotis. iiij. col. ff. sol. matr. & contra eum excandescit quodammodo Aret. in consi. clxij. verum est. col. ij. Et idem fortè de consiliis Barba. quoniã licet fuerit vir celebratissimus & fecundissimæ memoriæ, secundũ formulariu prouinciale chart. lxiij. tamẽ vt inquit Hippol. de Marsil. in l. j. §. si qs vltrò. col. ix. in fi. ff. de quæsti. quod Barba. consulẽdo plura adducit, licet incorrectè, & ad balistam more suo pessimo. Et quòd non est confidendum de allegationibus suis, nisi videantur in fonte: quia plura mirabilia dicit quæ postea non reperiuntur. vnde

28 posset sibi dici. ┬ Nam miranda canunt: sed non credenda poëtæ. licet fuisset discipulus Barba. vt per eum in l. vnius facinorum. §. cogniturum. col. xij. ff. eod. tit. & dicit Maleretus in tractatu de elect. chart. iij. col. iiij. quòd erat iactabundus & temerarius. Et quãdo liceat se laudare, Ripa in tract. de peste. chart. lxxxv. num. lxxix. Alber. in l. j. C. de no. Cod. comp. ij. Nimirũ ergo si in locis præallegatis Barb. dixit potius debere stari dicto in lectura, quàm in cõsulẽdo: quia quis putat in alio quòd in se est. Bustus in Defensorio mõtis. chart. lvij. col. ij. Socin. in l. cùm auus. col. xxx. ff. de cond. & demon. & dicit Socin. consil. cxxxj. in præsenti. col. vij. quòd Barb. more solito parologizat. & Pich. in repe. l. in quartã col. xcj. quòd licet esset Barb. copiosissimus & præstantissimus doctor, quandoq; tamen decipiebatur in fundamentis. Et erat ex vili genere ortus. Catel. ij. par. Memoral. in ver. doctor literatus. & dicit Felv. in c. cæterũ. col. vj. de rescrip. quòd Barb. studio impugnandi cõmunes opi. sæpissimè delirauit, credẽs ea via facere se immortalem. facit Ias. in l. omnes populi. ij. lect. in primis verbis. ff. de iust. & iur. vbi dicit quòd Machabæi studio cõtradicendi perdiderunt sanum intellectũ. & Bal. æmulatione. Bar. tantum subtilizauit quòd seipsum fregit. Ias. in l. edita. in primis verbis. C. de edend. & de Barb. idem & plura alia contra eum dicit Calcan. consi. j. arguens eum de pompa, quæ satis videri potest ex scriptis suis, maximè in repe. rubr. C. qui admit. per discursum. Et Io. Pyrrhus de donatione coniugum. char. ij. dicit eum gloriosum. solet enim gustui displicere cibus fumum olẽs: licet de tali vitio ipse Barb. soleat alios reprehẽdere, prout in sua Ioannina. colũ. lix. vbi reprehendit Salv. quòd se laudaret, dicens quòd habuit malos vicinos. & quod fuit caput partis, & propterea confinatus.

natus. prout etiam refert Fely. in cap. Rodulphus. col. ij. de rescrip. Idem de Mart. cum nobilibus suis Gosianis dicit Cyn. in l. j. §. taceat. in fin. C. de rei vxor. act. †Quid autē si doctor fuerit sibi contrarius in consulendo, quia fecerit duo consilia repugnantia, vel fuerit sibi contrarius in legendo: quia in vna lege teneat vnam opin. in alia aliam: tunc enim standum est in illo loco vbi copiosius examinat. Panor. in c. bonæ. el ij. ante fin. de postu. prælat. Claud. in l. si idem. cum eodem. §. fin. ff. de iurisd. om. iud. Barb. lib. j. consi. lxiiij. scribitur. col. ix. & lib. ij. consi. xxxvj. sapienter. col. ix. consi. lxvij. clemētissimi. col. iiij. Calcan. consi. xxxix. incip. magnificus. col. v. in fin. dicens, non curandum de opin. doctoris non deliberata & appensata, sed sic in discursu posita. Hadrian. Papa noster quodlib. ij. est char. xiij. col. iiij. litera b. dū loquitur de sancto Thoma facit Curt. consil. lxviij. d. Io. col. iiij. vers. his sic stantibus. & xlix. memoriæ. col. liiij. vers. animaduerte in primis. Præpos. in cap. si vir. col. j. de cog. spir. Et materia dicitur examinari quando disputat ad partes. vt suprà dixi in princ. vel si distinguat. Bologn. in repet. auth. habita. C. ne fil. pro pat. col. xlij. text. in §. cū quis. in l. adeò. ff. de acquir. rer. dom. tex. cum glos. in c. quærenti. de offi. deleg. gl. in c. sciētes. de censi. Roch. in c. si quis cōtra cleri cum. char. vij. de foro cōp. Et solet reprehendi qui indistinctè loquitur. gl. fi. in l. fin. ff. ad l. Rhodiā. in l. Pomponius scribit. gl. ij. ff. de nego. gest. Socin. in l. demonstratio falsa. col. ij. ff. de condit. & demonst. †quia nō potest haberi notitia totius, nisi distinctis eius partibus, & cognitis. j. Politic. refert Bustus in Defensorio montis. chart. x. col. ij. quia ex duobus cōtrariis fit optimum temperamētum. Bald. in c. fin. col. ij. de elec. & Dantes in Paradiso cantu xiij. post medium. damnat respondentes sine distinctione intelligi, secundum Barb. in c. postulasti. colū. iij. de foro compet. versic. tu diligenter. vbi, scilicet est distinctio necessaria, aliàs vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de publ. Ias. in l. quamuis. j. no. de in ius vocan. Claud. in l. si quis id quod. ff. de iurisdict. om. iudic. col. j. & vij. Ant. Baueria in §. si plures. col. ij. instit. de hære. instit. Et si text. simpliciter loquatur, comprehendit omnes casus etiam priuilegiatos. Decius consil. cxxxj. col. iij. in c. sedes. de rescript. colū. v. Et etiam quòd sit maior ratio in vno, quàm in alio. l. in fraudem. in fin. ff. de test. mil. Decius consilio v. col. ij. Purpuratus in l. edita. nume. clxxxiiij. vel minor ratio in vno,

29 (margin, line "Quid autē si doctor")

Vbi copiosius examinat.

Disputat ad partes. Distinguit.

30 (margin, line "quia nō potest haberi")

quàm in alio.Socin.in l.ij.§.ij.col.j.ff.de verb.obl.licet videatur velle cõtrariũ in l.si is.in §.itẽ si inter.ff.de reb.dub. col.j. & debent simpliciter intelligi,nõ secũdum quid. Pepus in repet.auth.præterea.C.vnde vir.& vxor.co.v.nec recipiũt modificationem si sunt præcisa.Decius cõsil.xviij.col.iij.& trahuntur ad casum fictũ.Roscellus in tract.de limitatione.chart.viij. col.j.Et prohibendo genus pariter omnes eius species.l.interpositas.vbi Lancel.vlt.not. C.de transact. Et si principium l. sit generale,nõ restringitur ex qualitatibus subsequentibus. Decius in c.cùm non ab homine.ij.not.de iudic.fuisset enim facile legislatori distinguere si voluisset. Claudius in l. si quis id quod.Ias.in l.sicut.co.iiij.C.de test.mil.ideo nisi quis aliqua l. specialiter distinctum probauerit,dist.nihil valet. Scrutinium
31 char.lxxj.†quia nec conditiones intelliguntur in lege,nisi exprimantur.l.ita stipulatus.§.Chrysogonus.ff.de verb.obli. Salom.in l.Gallus.§.quidam rectè.char.v.ff.de libe.& posthu. & debet generaliter intelligi etiã quòd veniat ad correctionem iuris antiqui.Nata.in c.quamuis.de pact.lib.vj. colũ.lxxvij. & comprehendit exceptiones etiam positas in aliis constitutionibus,licet ibi nõ dicatur.glos.& Salic.in l.ita nobis pudor.C. de adul.glos.in regula Cancel. xij. si tamen materia sit odiosa, non cõprehendit nisi ea quæ communiter accidere solent.Barba.in tracta.de Card.q.viij.colũ.iij.Alias fallentias collige ex Ias.in l.nõ dubium.C.de legib.col.vij.vers.ij.articulus. & vsq; ad lvj. enumerat Socin. regula ccxxix. limita tu in dictis sanctorum,vt Hadria.Papa noster in quodlib.ij.char.xix. col.iij.
32 †doctori enim distinguenti videtur standum,tanquam magis appropinquanti veritati.Seneca,quem refert Salic.in l. filiæ cuius pater.vers.expeditis.gl.C.famil.ercis.glo.& Salic.in l.apud antiquos.C.de fur.quia per diuisiones & interpretationes cõgruentes omnium cœlorum euitatur amaritudo.Ange.consil. cccLxxvj.philosophicè.col.ij. Constantius de Bargis in tracta. de contractibus vetitis.combinatione xiij.Bonif. in tracta. de nobilitate.iij.parte.numer.xxxix.gloss.in §. cùm ex aliena. in versic.media.institut.de rerum diuis. Ponzinib.in tracta.de lamiis.col.xvj.versi.quinimo. Idem si ponat regulam sub illa reducẽdo omnia quæ reduci possint, vt dicit sibi placere Cacialupus in repet.l.admonendi.ff.de iureiuran.colũ.lvij.& postea subiicere Fallentias;quia hoc in effectu idem est quòd distinguere,& opin.concordare.secundum Nizel. in concord. Bart. clx.

Regula cũ fallentiis.

clx.incip.deducere. Nam qui omnia indistinctè vult intellige re, confusè intelligat necesse est. frater Syluester contra Lutherum charta clxiij. Et propterea laudandum studium cuiusdam socij mei qui doctrinas Bartol. nihil addito ita reducebat, scilicet ad regulam & fallētias in quodam libro separato. Et ego quandoq; in margine mei Bartol. sic feci: est verum quòd aliquando sunt tot fallentiæ quòd posset fieri vna regula in contrarium alterius, vt infrà dicam. Et regula debet præcedere fallentias. Barbat. in continuatione rubr. de reb. eccles. non alienan. nec sufficit ponere regulam nisi dentur fallentiæ. gloss. j. in authen. de restitu. & ea quæ par. & quando Doctores reprehendunt vnam limitationem, debet tunc poni pro ampliatione. Felyn. in c. super literis. col. xj. de rescript. in c. nonnulli. §. sunt & alij. in primis verbis. eod. tit. imò est clarior modus dādi doctrinas per regulas & fallentias vbi fieri potest, seu saltem per casus, quàm per distinctiones, vt sæpe Ias. me audiēte dicebat. Panorm. in disput. incip. statuto. post medium tertij dubij. & Pich. post Pau. de Cast. in l. fin. C. de edict. diui Hadr. tollen. super gloss. in verbo, legitimas. trufatur de Bart. quòd nesciēs alium modum euadendi illa contraria voluit fugere viam magistram, & contentare scholares ducendo eos per ambages & per diuerticula illius suæ longæ distinctionis. & Ioan. Pyrrhus in l. in ambiguis pro dotibus. §. j. ff. de reg. iur. dicit ꝙ theoricæ longæ & implicatæ non bene à lectore nec paruo negotio concipiuntur. idē vult ipse in l. fœminæ. in primis verbis. eod. tit. est verum quòd Fortun. nō potest pati has fallentias vt infrà dicā in viij. limitatione, de decis. in terminis. Et dicit Bal. in l. per hanc. ij. col. C. de tempor. appel. quòd id quod dicitur theoricè, dicitur quasi in nube. & in capit. cùm accessissent. in fin. col. penult. de constitut. dicit quòd istæ theoricæ generales nō illuminant intellectum practicum qui debet esse de rebus singularibus: nam ex quo vadant per aut, aut, nimium implicant, vt inquit Lancel. in l. si à substituto. col. ij. ff. de leg. j. vt per eum ibi, qui tali modo declarat vnam doctrinam Barto. prout & Ias. in l. quæ dotis. ff. soluto matrimonium. lxviij. Ex quorum dictis pulcher modus colligi potest declarandi distinctiones Bartol. & antiquorum. modum autem eas recitandi in scholis collige ab Alexand. in titul. ff. de acquiren. possess. cuius lect. fuit scripta prout eam voce referebat: quia tunc non dabat in scriptis. Si verò vtrobiq; latè examinat tunc stabitur in

 loco

locò per eum posterius scripto, posterius scribens præsumitur
maturius.Rom.consilio cccxxvij.istæ sunt rationes.col.ij. Bar
bat.lib.ij.consil.xliij.sempiterna.col.ix.Scrutinium char.xcij.
& lxviij.vbi dicit hoc maximè procedere, quando eam pone-
ret in pluribus locis, vt dixi suprà de authoritate plurium glo.
quæ vincunt vnam.facit quod dicimus, quòd vltima opin, re-
lata in gloss.censetur à glo.approbata.l. si idem cum eodem.§.
fin.vbi Ias.ff.de iurisd.omniū iudic.l.iij.§.Neratius.vbi Rom.
ff.de acquir. posses. Alexand.in l.Iulianus.in fin. in l. non am-
plius.§.fin.col.ij.de leg.j. & lib.ij.consil.cccvij. viso processu.
col.ij.clxxv.inspecto.col.iij.& lib.iiij.consil.iij. super proces-
su.col.fi.& consil.v.primo cùm dicatur.col.ij.& lib.v.consi.x.
domini.in fine.Panorm.lib.j.consil.xlij.ex multis.col. penult.
Barbat.lib.j.consi.iij.in fin.xxvij.scripsit doctissimus. colum.
xxv.larius consilio seq.col.xj.& consilio xxx.colū.iij.& xxxix.
col.ix. Zabarel.consilio xxiij. in causa Amareti. Tremolus in
addit.ad practicam Bonacursij.chart.lvij.in fi.ij.col.Ioan. Lu-
pus in cap.per vestras.de donat.inter virum & vxorem.ij. not.
versicu. sed est pulchra dubitatio. est in opere, charta lxvj. col.
iiij.Canonistæ in dicto capit.j. de constitut. Igneus in repetit.
33 authen.ex causa.C.de liber.præter.col.lxxxiiij.& Ias. † & Ca-
nonistæ limitant, nisi præcedens esset melioribus rationibus
fundata. Præpos.in capit.j.§.sed vasallus.colum.ij.in titul. hic
finitur lex, deinde consuetud.Idem de text. Monferrat in §.
diui.in principio.colum.xlix.de legatis j. Felyn.in capit.ix.ex
officij.colum.x.de præscript.& in dictis Doctor. Alexan.iiij.
volum.consil.xxxij.in causa executionis.colum.j.& consil. lv.
prospectis his.colum. xv. & libro ij. consilio cccvij. viso pro-
cessu.colum.j.Secundò limitant quando gloss. simpliciter re-
ferret, puta dicendo, Alij dicunt vel simile. Corne. in l. anti-
quitas.C.de testam.in l.extraneum.C.de hæredib.insti. & lib.
iiij.consilio lxxij.colum.ij.versicul.rogitus.Dodus in Apolo-
gia contra fratrem Samuelem charta xxxviij. ¶ Tertiò limi-
tant quando prima opin. saperet æquitatē: secunda rigorem.
Aret.consil.clxiiij.colū.v.Ias.in l.si tibi.in fin.penult.colū.in l.
cùm fundus.§.seruum tuum.in fi.lij.col.ff.si cert.pet.in l.si ser-
uum.§.sequitur.in ij.not.ff de verb.obli.in l.placuit.C.de iu-
dic.in l.filio pater.ij.not.de leg.j. ¶ Quartò limita quādo op-
poneretur in diuersis glossis: quia tunc fortè non stamus vlti-
mæ prout in doctore.Barba.ij.vol.consi.lxvij. clementissimi.
col.

col. iiij. quem allegaui. colū. proxim. præced. ¶ Quintò limita quando referret cum ista dictione, quamuis, vel licet. l. j. in fin. princip. cum gl. ff. de eo per quem fac. erit. & no. istas fallentias ad intellectum gl. quia gl. aliquādo loquitur obscurè propter altitudinem intellectus. Ang. in l. qui interrogatus. ff. de petit. hæred. col. ij. versic. sequitur, loquendo de Placent. vel vt faceret nos musare ne nimia facilitate redderet difficultates legales communes cum idiotis. Ias. in l. iurisgentium. §. quinimo. col. x. ff. de pact. facit Dionysius discipulus Pauli, quem refert Io. Picus Mirandula in procem. chart. j. dicēs, sanctum & ratū institutum fuisse ne dogmata secretiora per literas, sed tātum voce his qui ritè essent initiati communicarentur. & in Apologia char. iiij. & ibi q. v. char. iiij. & in oratione habita in cœtu Romanorum, char. vj. dicit quòd mysteria secretiora & sub cortice legis rudiq; verborum prætextu latitātia altissimæ diuinitatis arcana plebi palàm facere, quid erat aliud quàm dare sanctum canibus; & inter porcos spargere margaritas? allegat pro hoc Paulum & Pythagoram & picturas Aegyptiorum. Et illud Platonis ad Diomedem, quædam per ænigmata scribenda. & Aristotelem de libro suo Metaphysices dixisse, editos & non editos. & in dictis locis dicit Mirandula sic traditam fuisse scientiam Cabalisticam Hæbræis: nam Cabala Hebraicè, id est receptio Latinè ob id, scilicet quòd illā doctrinam non per literarum monumenta, sed ordinariis reuelationum successionibus alter ab altero quasi hæreditario iure recuperet. pro quo Gregorius Nazianzenus in tractatu de moderandis disputationibus. pagina vigesimaoctaua. Et ita faciebat Saluator, vt Matthæi xiij. circa medium. Ioan. xvj. hinc inuehit Vdalricus Zasius in l. ij. ff. de origine iur. colum. xvij. & xliiij. contra traducentes ius ciuile in vulgari. hinc dicit Lucas de Penna in l. j. colum. xvij. C. de professo. qui in vrbe Constantin. quòd ideò decuit leges interdum obscura eloquentia describi, vt in eis proficeret noster intellectus, non solùm inuentione sed exercitatione, prout in diuina scriptura. facit pro prædictis Vincentius de bello Italico chart. xiij. dum allegat gloss. in capit. inuenta. xxvij. quæstio. ij. vt Ioannem Augustin. Panteus in arte transmutationis Metallicæ. in principio & in fine. & dicit Bald. in l. j. colum. iij. C. commun. de legatis. quòd difficilis sermo placet vulgaribus: quia communiter non cadit in idiotas. & etiam Bartol. aliquando lo-

Quare scientia legalis difficilis.

quitur Teutonicè, id est obscurè, vt paulò suprà dixi. & dicit Bologn. in text. correcto. §. Cato. in l. iiij. de verbor. obliga. v. colū. quòd hoc faciunt etiam Iurisconsulti. & dicit Ias. in l. infantis. in primis verbis. C. qui admit. quòd Imperator plerūq; dabat respōsa ambigua, ne ab omnibus intelligeretur. & idem

Paulus. Ias. in l. si vnus. col. iiij. ff. de pact. quòd Paulus Iurisconsultus ex verbis suis à principio videtur velle vnum dicere, & tamen rectè considerando aliud dicit. Clau. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. quòd Scæuola solet truncatè respōdere,

Aphricanus. adeò quòd dicta sua indiget suppletione. & Aphricanus solet adeò obscurè loqui quòd inoleuit prouerbiū, Lex Aphricana, ergo difficilis. Ias. in l. si prius. in primis verbis. ff. de oper. noui nunc. tamē isti obscurè loquentes malè faciunt, secūdum Fely. in proœ. Decretal. col. ij. Decium in c. quoniam. col. j. de const. Barb. lib. ij. consi. lvj. sapienter. col. vj. & lib. iiij. consi. vlt. col. ij. Et Fortun. in l. iurisgentium. §. & ideo. colū. ix. ff. de pact. Item Barb. in c. postulasti. colū. vj. de foro. cōp. inuehunt contra Doctores qui dederunt semper nobis doctrinas obscuras. facit Calcàn. consil. j. col. xxv. & consi. xiiij. viso instrumento. col. vij. Rosariū Busti libr. j. serm. xiiij. litera dd. & Seneca epist. lxxxiiij. dicit quòd ambiguitas verbi quærit locū fraudi. quod faciendum non est vbi veritas quæritur. facit Barb. d. consi. lvj. sapienter. colū. v. in c. super literis. de rescrip. nu. cxxxix. Et videmus Imperatorem fecisse claram decisionem ad auferendum

34 ambiguitatem simpliciū. l. fi. C. de indict. vidui. tol. † Et quando leges sunt adeò obscuræ quòd intelligi nō possunt, nō debent allegari. Ias. in l. cùm prolatis. in fi. ff. de re iud. in l. admonendi. in lectura. colū. xij. de iureiur. in l. captatorias. in fin. col. pen. C. de test. milit. glo. in regula Cancellariæ xxxiij. chart. penult. Bald. Socin. & Sandol. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. vbi idem vult d. Ludouicus Tessera. dicit tamen ibi d. Christophorus de Castellione, quē habeo scriptum, quòd est malè dictum dicere q vna lex habeat plures lecturas, quia non habet nisi vnam, scilicet illam cui cōuenit vox & mēs: sed plures ponuntur, quia nescimus mentem legis. facit Fortun. in repet. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. nu. clvij. Decius in l. quotiens idem sermo. ff. de reg. iur. vbi latè ponit, quē intellectum in similibus amplecti debeamus. nō tamē est credēdum quòd Fely. & Decius velint reprehendere iurisconsultos: quoniam peccarent in Spiritum sanctū. Lancel. in l. si creditori. iij. col.

col.de leg.j.Iason in l.iij.§.ex contrario.in primis verbis.ff.de acquir.poss.vbi non audet tenere contra Trebatium,licet credat eum malè reprehendere Labeonem, & eum ab obliuione defendit Opi.in repet.§.diui.col.xv.non tamen sic Felyn.Papam in cap.cum à nobis.col.iij.de testi.& semper loquuntur proprissimè & Latinissimè, secundum Ias.in rub.ff.de acquir. hæred.col.ij.in l.Gallus.§.videndum.col.ij.in ij.lect.ff.de liber.& posth.Vdalric.Zasius in oratione incip.iuris ciuilis studia.Barbat.in Ioannina,colum.lxxxiij.Amedeus in dialogo de Amicitia,chart.xij.nimis enim laudandæ & venerādæ sunt leges,præsertim fforum , vt Laurent.Val.in prooem.lib.iij. Elegantiarum, licet ibi obloquatur de iure Canonico & Imperatore,poterat dicere vt Ias.in l.quotiens.col.antepen.C.de hæred.instit.& Monferratus in l.Gallus.§.& quid si tantum.col. xxxv.in l.si constan.ff.sol.matr.in fin.ij.chart.quod imper.qui composuit iura Authenticorum erat totus plenus pompa.& quando aliquid de nouo inducebat, hoc ostendebat ex pompa verborum.facit Corn.in l.fin.§.necessitate.in fin.col.iij.C. de bon.quæ lib.sed contrarium apparet in authen.de fil.ante instr.dot.nat.circa fin.vbi dicitur quod fecit subtrahi nomen suum.& istam obscuritatem in legibus damnat sanctus Augustinus quem refert Afflictus de iure protomiseos.colū.ij.c.erit autem.iiij.dist.& proprium legis nihil magis est,quàm claritas.Alberic.in l.j.C.de no.cod.comp.col.iiij. Luc.de Penna in l.ea lege.col.ij.C.de excusat.mun.libr.x. Decius in l.j.in fin.j. not.ff.de regul.iur.Et Salomon.in §.responsa.instit.de iur.nat. charta.vij.Ias.in l.post rem.ff.de transact. Cal.consil.xiiij.col. vij. Et propterea idem Salomon.in l.Gallus.§.quidam rectè. charta.iij.ff.de liber.& posthum.inuehit contra glos.q̄ quandoque faciat tex.obscurum qui clarus est.& in §.qui si is.char. ij.dicit quòd vbi glo.non intelligunt, vel corrumpunt text.aut applicant interpretationi quæ non reperitur in Calendariis: sic obscuritates legum non ascribamus culpæ scribentium : sed ignorantiæ non assequentium:vt inquit Sext.Cæcilius, quem refert Gellius lib.xx.cap.incip.Sext.Cæcilius. facit Ludouicus Texera.de reb.dub.ff.char.vj.col.j.potest dici istis obscurè loquentibus,vt dominus Colucius Persio.Si nō vis intelligi, nec ego volo te intelligere.refert Barbat.in c.post cessionem, col. xxij.de probat.facit Vdal.in l.ij.de orig.iur.col.lxiiij.

Claritas est mendatur.

¶ †Redeundo ergo ad ampliationem vt regula quæ habet 35

quòd seruanda sit communis opin.procedat cuiuscunque sit authoritatis,tenēs contra communem opin.Et dicendum est, quòd procedit etiam si contra eam teneret Alberic.de Rosate, qui fuit fidelis cōseruator antiquitatis, secūdum Ias.in l.triticum.col.iij.ff.de verb.oblig.& in l.Gallus.§.instituens. col.ij. lect.ij.ff.de liber.& posthum.& fuit magnus practicus secundum Ias.ibidem in §.& quid si tantum.col.xxvj. & Catellianū in ij.part.Memoral.litera I.versic.de iurisperitis.chart.viij. Et fuit doctor & commentator eximius, secundum Fulg.consil. xlvij.ser Michaël.circa medium. & consilio lxvj.ser Guarnerius in fin.Cacialup.in tract.de modo studendi.in fin.col.vij. & fuit aduocatus consistorialis. Curtius consil.xix. memoriæ recolendæ. col.xiij. & ei plus deferunt aduocati Mediolanenses,quàm alteri doctori,secundum Ias.l.j.colū.v.ff.de oper.nō. nū.Et fuit claro & solido ingenio,qui rectè & sanè leges intellexit. Ioan.Pyrrus in l.non vult esse hæres.ff. de reg.iur.Et de authoritate plurium doctorum vide per Baptistam de Cacialup.in tract.de modo studendi.& Catellianum in ij. parte Memoral.litera I. de Iurisperitis. & in tabula consiliorum Curtij Senioris in verb.doctor.vbi eos nominat per ordinem alphabetic. Volateranus in commentariis. Etiam si esset authoritas vnius collegij,quod licet debeat præferri sententię vnius doctoris. Ferrat.cautel.xvij.incip.magna est quæstio.colū.iij. Galiaura in repet.l. centurio.ff. de vulg.& pup.num.cccxciij. est chart.xxvij.Decius in cap.prudentiam.col.j.de offic.deleg. per illum text,rationem ponit Calcan.consil.j.col.iij. facit Salomon.in §. responsa. instit.de iure nat.chart.xj. vbi quando plura collegia dissidēt,vt patet in quæstione quam refert Bal. in cap.j.de alie.feu.col.iij.& videmus variè cōsultum per collegium Bon.& collegium Mediolan.in quæstione præcedentiæ canonicorum regularium,& monachorū, in qua pro monachis consuluit Collegium Bononiense, Patauinum, Ferrariense. & d.Baptist. Cacialup.pro canonicis consuluit collegium Papiense. & Ias.& in vno dubio collegium Paduanum. & pro monachis Decius in cap.Nicolao.col.ij.de appel.Nicol. Boëri in tract.de sacro regio consistorio. chart.xx.& inclinat Ias.in authen.ingressi. in fi.iij.col.C. de sacrosf.dum ponit differētiam inter virum ordinem & alium. & Formularium prouinciale chart.xx.circa medium.dum dicit,quòd in scribendo primò nominantur monachi,secundò canonici regulares:quia

monach

monachorum institutio est antiquior. vide pulchram episto-lam Matthæi Bosij. epist.cvij.& seq.non tamen debet præferri communi opin.doctorum: quia aliquando in collegiis sunt etiam Doctores ignari: sed scribentes vt plurimum sunt præ-stantiores.† imò quamprimum incipiunt legere, appellantur 36 clarissimi. Bolog.in dicta auth.habita. col.xix. in fin.allegat Alex.in l.j.in princ.vj.col.ff.de offic.eius: imò sunt Doct.illu-stres quando legerunt xx. annis: seu saltem duces & comites: vt inquit Iason in l.j.iij. col.ff.de offic.eius cui man.est iur.vbi post. Alex.non vult admittere quòd sint illustres. & in hac opi. persistebat adhuc legēdo legem quidam cùm filium.ff. de ver-bor.obl.num.xxxvj. Sed respondet Bolog.in repet.authen.ha-bita.C. ne fil.pro patr.col.xiij.vbi col.xxj.propterea infert ad plura.& idem videtur tenere Corset.in tract.de pot.regia.q. xxj.Cacialup.de deb.fug.q.v.col.ij.dicens quòd Io.de Grassis ita obtinuit de iure. & quòd per clausulam, nòn obstantibus talibus priuilegiis, sint inserta in corpore iuris, non censetur derogatum. sunt enim repleti splendore sicut sol.Barb.in cap. postulasti.col.iij.de foro cōpet.Et vltra alios dic,quod doctor non est illustris,ex eo solùm quòd sit dux,seu comes: sed ex eo quia doctor est de cōs.principis.l.fi.C. de offi.diuer.iud.& vo-lunt omnes qui enumerant priuilegia Doctorum.† Sed consi- 37 liarij principum sunt illustres.Ias.in d.l.j.iij. col.vers.iiij.ff.de offi.eius.Roch.in c.nouit.vlt.not.de iudi.vnde remanet subla-ta impugnatio Alexād.& Ias.quos in hoc etiam impugnat Ia-cob.Niger in d.l.j.col.viij.Et quòd dicantur illustres,tenet Io. Lupus in rubr.de donat.inter vir.& vxor.chart.xvij. col ij.& iij.Gaspar Portug.col.xxvij.vers.item in eodem.in l.imperiū. ff.de iuris.omn.iud.Et est communis opin.prout volunt omnes enumerantes priuilegia Doct.vt Alexand.in rub.de dignit.lib. xij.Bolog.in repe.auth.habita.C. ne fil.pro pat.col.xij.& seq. Lāfranchinus Brixiensis in tract.quis sit præferendus, doctor an miles.chart.iiij. Barbat.in procem.clem.Calcan.consil.viij. col.xv.& seq.Pet.de Perusio in procem.sui tractatus de quarta canonica.Bon.in tractatu de nobilitate,parte iij.nume.c. & ex Ludouic. Bolog.in Theodosiana, in verb.ad magistratus di-gnitatem.est chart.xxx. habetur in Defensorio montis Busti. chart.lxvj. Ange.in §.item Romæ.instit.de excusat.tut. Et le-gentes sunt plus priuilegiati. Socin. in l.cùm quid.iiij.col.ff.si cert.pet.Bart.in l.in medicos.C.de profes.& medic.lib.x.Bart.

Doctor, comes, & illustris.

& Bald. in l. sed & reprobari. §. amplius. ff. de excus. tut. Ioann. de Platea in l. qui immunitatē. C. de mu. patri. lib. x. latè Vdal. in l. ij. ff. de orig. iur. col. lxiij. vide tamen Claud. in l. centurio. ij. col. ff. de vulg. & pup. vbi videtur velle quòd etiam procedāt priuilegia doct. in patrocinātibus: vt Ias. in l. ad egregias. vlti. col. ff. de iureiurand. Nicel. concor. glo. lij. fallen. xxij. est bona apostilla ad Paul. de Castr. in proœ. C. in fin. ij. col. Etiam si esset opi. præceptoris. Nam licet teneamur præceptorē defendere. l. dicere. §. fin. ff. de arb. Spec. in proœ. libri sui. col. iiij. versic. cæterum. Bart. in cap. cæterū. nu. xcj. de iud. Cacialup. in tract. de modo studēdi. col. iij. & xv. Ias. in l. interdū. in fi. ff. de verb. oblig. in l. generaliter ad fi. ff. de in ius voc. Ferrat. cautel. xxxj. incip. manifestum. Bolog. in d. auth. habita. colū. xlj. Mapheus Vegius de educatione liberorum. lib. iiij. Claud. super Lucam, chart. clxviij. litera b. vbi allegat Ioan. j. Vdalr. in l. ij. col. lxvij. ff. de orig. iur. & col. lxxiiij. & vide quātum Ferd. extollit præceptorem suum & meum Curt. Iuniorem in repetit. §. diui. char. penult. nu. dxlviij.

Idem in patrocinanti-bus.

38 † Ratio est, quia persona magistri semper debet videri honesta discipulo. l. liberto. cum glo. ff. de obseq. Iacob. in suæ inuestitura. in versic. & dicti vasalli. col. v. Pet. de Lesnaudiere in tract. de doctoribus. iiij. parte. q. xx. & xliiij. Barbat. in cap. cæterum. colū. xviij. de iudic. facit Lancel. Politus in præfatione. l. ac coniuncti. vbi cæteris præfert scholares diligentes præceptorē re & verbis. nec potest quis aliquid tradere, nisi quod hausit à præceptore. Ant. de Prato in proœ. ad repertorium Barto. & præceptores doctos legere debemus, vt refert Barb. in cap. prudentiam. colum. j. de offic. deleg. Et propterea opi. præceptoris quando est famosus doctor, excusat iudicem à Syndicatu, qui pro ea contra communem iudicauit. vt dicam infra in v. ampliatione. tamen dicere debemus: Amicus Socrates, amicus Plato, magis amica veritas. Panor. in cap. j. col. v. de postul. prælat. in c. omnes. de ma. & obed. in c. qualiter & quando. el ij. viij. not. de accusat. vbi Ioan. de Ana. col. ij. Cacialup. in repe. l. si quis illustris. C. ad Orfic. colum. xxxj. Cæpol. consil. xxxiiij. si vnquam. col. pen. Decius consil. xxiiij. col. j. Alber. in l. Labeo. colū. ij. ff. de alim. & cib. leg. Petrus Girard. not. lxij. scholares. Pich. in repet. §. Titia. colum. lxvj. Catel. ij. parte Memoral. in verb. inimicitiæ capitales. Petrus de Lesnaudiere. d. quæst. xliiij. Socin. in l. si me & Titium. ij. not. ff. si cert. pet. vbi dicit, quòd duobus existētibus amicis, sanctum est ve-

ritatem

ritatem præferre: id est, & hic prędicta vera nisi talis præceptor esset imperitus matheseos. Specul. in titu. de disput. §. porrò. in finem, quem refert Humber. in sacrilegio, chart. x. in verb. parte vel vna vacheta. Bolog. in authentic. habita. colum. xxvj. & xliij. in fin. Petrus de Lesnaudiere in d. tractatu de Doctorib. ij. parte. quęst. seu priuilegio xxiiij. vel asinus plumbeus seu castra porcellæ. Marian. de testib. charta. v. vers. circa sextum. vel vna bestia humanina. Curtius in repet. l. admonendi. col. xxix. defendens ab hoc vituperio Ant. de Butr. vel asinus sine bardis qui tantum intelligit curiam sicut mulam. gloss. Regularum Cancellariæ, charta. cvj. vel qui non sit literatus, sed asinus differratus, vt ibi chart. cxiij. nisi longo tempore asinus seruiuisset Ecclesiæ: quia deberet præferri in habilibus nominatis ex reuelatione carnis. Hostié. in summa de præben. §. & qualiter. col. j. vel qui comedisset nimias fabas. Iason in l. nemo potest. colũ. vij. j. lect. de leg. j. vel qui gustasset parum de brodio iur. Rom. fin. cliij. testator. Specul. in addi. in tit. de instru. edit. §. porrò. col. vj. vel de brodio legum. Socin. consilio clv. præstantissime. colum. ij. vel de grasseto. Curtius in repet. l. admonendi. colum. xlj. vel grossi capitis. Bal. in l. seruum quoque. §. publicè. columna tertia. ff. de procurat. vel grossi ingenij. Ioannes Lupus, de donat. inter virum & vxorem. columna tertia. vel de secretariis Iustiniani, id est grossis, & nesciẽtibus vnam legem. Cacialup. in repetition. l. diem functo. ff de offic. asses. columna penultim. quæstione xlvj. vel qui non intelligit quid loquatur. Luc. de Penna in l. omnes. C. de decur. libro decimo. columna decimasexta. vel qui in legibus claris obscuritatem inducit. vt ibi columna decima, versic. nam & sunt. in l. prima. columna quinta. versic. sed sunt. de profes. qui in vrb. Constan. lib. xij. est enim tunc signum quòd seipsos non intelligunt, vt de glo. dicit Barb. in cap. quærenti. de offic. deleg. num. xxiij. & ideo coguntur obscurè loqui & inordinatè: quia, vt sæpe Ias. legendo dicebat; signum bene intelligentis, est scire bene docere: † quia verba obscura debent euitari tanquam scopulus. 38 Gellius libro primo, capitulo decimo. Phauorinus. in lib. vndecimo. c. vij. verbis. Et simplices scholares credunt talem obscuritatem causari ex imbecillitate sui ingenij, non ex ignorãtia docentis, quem propterea tanquam subtilem extollunt & admirantur. Lancel. Politus in tractatu de aduocato, in rubr. de Eloquentia. charta. ij. prout Baldus dicit in l. j. colum. iij. quòd

obscur

obscurus sermo placet idiotis. Alij glomerabunt omnes text. quos Doct. allegant in aliqua theorica contra vnum text. generaliorem, vel eos qui allegantur in omnibus fallentiis cōtra vnam regulam, & videbitur subtilis. alij omnes Doct. qui allegant vnam doctrinam ad diuersa tamen proposita allegabunt remissiuè perinde, & apparebit magna cumulatio: & sic docentes decipiunt auditores, quibus non minuitur, sed augetur labor: non acuitur, sed obtenebratur ingenium ex tali confusione: quia si singula per suos casus vel membra recitarent, clara & ordinata existerent, nec appareret tanta subtilitas vel cumulatio. Et sunt aliqui qui dum volunt declarare quærūt ænigmata. vt Aio te Aeacidem Romanos vincere posse. gl. in l. veteribus. ff. de pact. vel qui vt dicit Luc. de Penna in d. l. omnes. col. xvj. propter nimium studiū factus esset stultus. Luc. de Penna in d. l. j. C. de profes. qui in vrb. Cōstan. vel qui magis curet se ostendere quàm scholaribus prodesse. Luc. de Penna in l. magistros. C. de profes. & med. lib. x. vel de his quibus non loquitur Bald. lib. ij. cōsil. cxliij. incip. punctus. col. ij. dum dicit, quòd loquitur intelligentibus leges, non hominibus grossi capitis qui non intelligunt subtilia. Et dicit Ang. consi. cclix. quædam. col. pen. quòd incapaces aures nō capiunt quæ sunt de apicibus iuris, quia de subtilibus & speculatiuis: non gustat asinus, secundum Claud. in repet. l. vt vim. ff. de iusti. & iu. col. xv. est in fin. gl. j. & dicit Aristot. iij. Metaphysicæ, quòd soluere vinculum ignoranti est impossibile. vnde si tales sunt iudices, possunt recusari in causis subtilibus. Ias. in l. apertissimi. col. ij. C. de iudi. vel aduocati ignorantes qui nunquā studuissent. in l. qui se patris. C. vnde lib. vt ibi Cyn. circa prin. vel esset vt ille Portugalensis qui dicebat c. omnis vtriusq; sexus. de pœnit. & remis. solùm procedere in hermaphrod. Dec. in c. ad audientiam. col. fi. ver. confessio. de rescrip. vel vt ille doct. de Varesio qui venit Mediol. ad alleg. pro hærede, quòd non teneretur soluere creditoribus defuncti, quia mors omnia soluat. §. deinceps in authen. de nup. gl. pen. inst. de leg. Fus. ca. tol. Bauet. instit. de testam. col. x. Sandol. in l. si cognati. colū. pen. de reb. dub. Corset. sing. clvij. Hippol. in rub. C. de probat. col. lij. clarius in l. fi. col. v. & seq. ff. de quæst. in l. accusatio. ante fi. ff. de Fal. vel q esset imperitus matheseos. Spec. in tit. de aduo. §. j. col. iij. vel vt Publius Consa. qui se iurisconsultum iactabat, & cùm vt testis interrogaretur, & se nihil scire diceret, Cicero in eius imperitiā

locatus

iocatus, Disce quæso, ait, forsan de iure te interrogatum credas. refert Vdalr. in l. ij. ff. de orig. iur. col. lvij. vel doctorelus, vt Bolog. in d. auth. habita. col. xxj. vel qui nō esset doctor, sed dolor. Barb. in c. in pertractandis. j. not. de iur. calum. Petrus de Lesnaudiere in d. tract. de Doctorib. iiij. parte. q. xx. gl. regularum Cancellariæ char. xxvij. & cxxj. Cacialup. d. q. xlvj. Et verè bene est dolor, attenta ratione quam in vulgari ponit Besuz. in ij. parte. ff. Noui. non memini de l. vbi inquit, quòd vellet potius esse aptator calceorum, quàm doctor sine legibus: cui est necesse retinere impensam dignitatis gradus sine vtilitate: & hoc vltra turpitudinem, de qua in l. ij. colū. antepe. vers. Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iur. de quo infrà. Vel qui non doceret vtilia, sed vana: & qui non instrueret, nec corrigeret scholares, & nesciret docere. Rosariū Busti. ij. parte. serm. xxix. litera a. vel cui puluis cecidit super libros. Fely. in c. veniens. el j. col. pen. de testi. vel qui conductus in palatio nesciebat quid loqueretur. Bar. in l. cùm quid. ff. si cert. pet. vel doctor de Placebo Domino. gl. Reg. Cancell. xlviij. est char. lxxx. vel qui declarant ignotum per ignotius, vt ibi chart. xcviij. & propterea gl. in §. cùm ex aliena. in verbo, & spicas. dicit quòd docentes debent ire per exempla. Paris de Syndicatu char. lij. col. ij. vbi dicit, quòd propterea ipse designat libenter quæstiones facti, quia illæ aperiunt intellectum. faciunt quæ s. dixi de claritate legum: vel qui allegaret leges tantum facientes ad propositum sicut asinus volat. Rom. consi. clxxiiij. amplissime. ante fin. vel qui nō merebantur allegari. Riminal. in l. postquā liti. col. iij. C. de pact. vel qui somniaret & mirabilia diceret propter quod esset dignus inuolui in cœno. Azo. in sum. C. de rei vend. in l. cogi. vel positus sit in titulo de stilo ignorantium, vt ibidē in d. Reg. Cancellariæ, charta xcix. vel idiota siue phātasma. Et dolor Legum vel Decretorum: † quia doctor sine scientia, est vt comes sine comitatu, vt ibidem, in vj. parte regularū Iulij; qui est chart. cxxj. & dicit Pet. de Lesnaudiere in tract. de Doct. j. parte. q. v. quòd sunt fontes sine aqua, vel spazacamin: dicens, dio te la mandi bona. vt imperitus medicus, vt in d. Reg. Cancel. chart. cxxx. vel non iur. ciui. sed sorbilis potius, quàm intelligibilis. Mart. Luther. pag. ccclij. vel iur. perditi. vt per eum in princ. pag. dxxxviij. Vdalr. Zasius oratione post ferias æstiuas, incip. ex multis. char. ij. vel qui ad ea respondet quæ nullus requirit, & ea tacet quæ omnes efflagitant, vt dixi loquendo de

Bald.

Bald.vel esset doctor de duodena.vt in simili Paul.de Cast.in l. si minorē.C.de in integ.restit.col.j.dum laudat repet. Bar. vel qui solùm excitaret dubia, & nesciret soluere,vt dixi in decis. quæstionis huius Syluæ.& suprà loquendo de authoritate Ioā. Andr.vel qui fuisset bonus scholaris. in tit.de iur. & fac.ignorantia.secūdum Cyn.in l.liberti.col.pen.C.de oper.libert. vel qui faceret vt Doct. Pap. qui disputant de lanā caprina.Erasm. in parte prouerb.cclj.dixi inter feudalia Bruni.cōs.xij.vel do ceret an de aqua possit fieri acetum.vel quot requirātur ad faciendam salsam.Cu.sing.lxviij.si maritus in fine.vel si vna gal lina fecit ouum, alia fouerit, cuius sit fœtus. Signorol. consil. cxcix.incip.in curia.quædam tamen gratia docendi dicuntur, quæ aliàs nō dicerētur.gl.fin.in §.cùm ex aliena.instit.de rer.
41 diuis.vel qui nō fuisset bonus scholaris.†Nam valet cōsequētia, bonus scholaris, ergo bonus doctor,vt sæpe legendo dicebat Ias.vel de his qui legunt solùm pro repertorio,& se & scholares decipiunt.Barbat.in cap.in præsentia.col.xiiij. de probat. vel qui esset somniator.vt de Petr. Bal. quē refert Ias.in §. itē Seruiana.num.24.instit.de action.vel qui daret doctrinā malè compositam.Ias.in §. præiudiciales num.44. instit. de act. vel qui nō esset lector,sed cantor.Lucas de Penna in l. magistros. C.de profes.& Medic.lib.x.col.ij. vel qui non esset lector, sed prædicator. Bald. in c.quia propter. col.iiij.de elect.ista enim ita lectorē dedecet, sicut prædicatori legere quando est in pul pito.Dantes in Paradiso cantu xxix.chart.penul. cùm debebat docere leges,docebat rhetoricam.Fulg.in l. fi.col.ij. ff. si cert. pet.est tamen necessaria aduocato, secundū Lucam de Pēna in l.j.C.de stud.liber.lib.xj.col.iij.Lancel.Politus in tract.de officio aduoc.in rubr.penul.vel qui in cathedra sciebat solùm lo qui vulgariter seu Gallicè. Ioā.Fab.in §.similiter.instit.de excus.tut.vel qui legendo se remittit ad loca in quibus nihil dixit.Opiz.in repet.§.diui col.lxxiij. vel qui cùm pecunia quærit sibi scholares.Bal.in procem.Greg.in fin.col.v.vel ducit famulos in scholis vt videatur habere plures auditores.Bolog.in d.auth.habita.col.xlij.sed sufficit vnus bonus scholaris,vt Platoni Aristoteles. latè Codrus serm. v. chart fin. vel non habet
42 bonos scholares,†quia nobilitatur magister per scholares.pater per filium,præses per subditos.gl.in auth. constitutiō quæ de dign. §. penul. in vers.& nobiliores. Bon. in tract.de nobilit.iij.parte.num.207.glos.antepenul.in fin.procem.ff.pro qua

Codrus

Codrus ſerm.v.char.penult.& fi.& ſerm.vj.chart.fi. Eſt enim doctor quidam regulus diſcipulorum ſuorum.Bald.in prœm. Gregoriano.col.iiij. vel † qui noluit prius doceri quàm doce- 43
re.Bald.in c.cùm magiſtrum.in prin.de elect.quia talis melior eſſet ad adiſcendum quàm docendũ.Luc.de Penna in l.j C.de profeſ.qui in vrb.Conſtantinop. colũ.viij.lib.xij. vel qui non habebat aliquã vltra ea quæ dicebat ſcholaribus. gl. in prœ. ff.de col.col.iiij.in verbo,imperitia.contra quã tenet Lucas de Penna in l.j.C.de profeſ.& med.lib.x. Hern.in prologo feudali.col.ij.Card.in c.hoc habet.xlvj.diſt.Vldar.in l.ij. ff. de orig. iur.col.xliiij. Et vide gl.in c.cùm beatiſsimus.xxiiij.q.j.quę dicit quòd non debemus audire magiſtrum, niſi qui bene ſciat, cùm id prædicare debeat, & non ex proprio ingenio inuenire. Et tamen ſunt aliqui qui vt videãtur aliquid noui dicere apud ignaros,ſolẽt docere impertinenter & trahere materias remotas & extrauagantes.Barb.in rubr. C. qui admit.colũ.xxix.latè Marianus in cap.ſignificãte.col.j.de lib.obl.dicam j.in viij.limitatione, vbi de non facientibus argumenta concludentia: quia nõ omne motiuum eſt determinatiuũ. Bal.in repet.l. Aemilius.ff.de minor.col.vj.vel qui ſoleret aliorũ dicta trãſplantare de charta in papyrum,vt dicam chart.pen.vel qui eſſet negligẽs,vt dixi,loquẽdo de Bal.vel qui cauſam rationabilẽ ſuis dictis nõ adiungit.Cacialup.in tract.de modo ſtudendi.colũ. iiij.vel non auderet inducere text. quos allegabat.Barb.in rubric.C.qui admit.col.lxiij.in c.j.de lit.cõteſt.num.56. vel ibat per generalia more poſitiui doctoris, quos vulgus procuratores appellat.Fely.in c.j.col.iiij.de præſcrip.vel qui allegat iura quæ nõ merẽtur allegari.Riminal.in l.qui poſtq̃ liti.col.iij.C. de pact.vel qui faceret differẽtias magis verbales,q̃ naturales. Cacialup.in l.j.C.de ſum.Tri.col.iiij.vel qui nõ ſtudet in fundamẽtis iuriũ,ſed in alphabetis,id eſt repertoriis.Paris de Syndicatu.char.xcj.col.iiij.vel quẽ natura ita excæcaſſet,ꝙ etiã cũ ſummo ſtudio nulla diſcere valeret.Barb.de card.trac.j.quęſt. x.quia quod natura negat,nemo feliciter audet.Nicol.de Neapoli in l.amiciſsimos.§.Lucius.ff.de excuſ.tut. faciũt carmina Alber.in l.Stichus.ff.de leg.iij.in cõtrariũ facit Ariſto.quẽ refert Lancel.Decius in præfatione ff. ſi cert. pet. Felyn. in rubr. & in cap.j.de mag.colũ.ij. † quia aſsiduitas facit bona ingenia. 44
Roſarium Buſti ij.parte.ſerm.xxix.litera d.de documentis datis ſcholaribus. eſt chart.cclxxviij. facit Bald.poſt Senecam in

præfa

præfatione Decret.dicens quòd ingenia grossa studiorum sollicitudine redduntur efficacissima.& Fely.vbi s.in rubr.& in cap.fi.subiicit quòd priuilegiis Doctorum ibi enumeratis, de quibus Alex.in apostil.Bart.in l.j.C.de dig.lib.xij.non gaudet Doct. ignari.Et doctor iuuenis qui nondum diu laborauit in exercitio doctoratus, non debet habere priuilegia dignitatis suæ secundum Felyn.subiungit quomodo cognoscatur doctus & indoctus,vel minus instructus.nam sic vocatur ille qui contra iura respondet.secundum Cy.in l.ij.C. de acquir. pos.licet etiam Bart.quandoq; responderet contra casum legis, vt dixi loquendo de eo: nam quandoque bonus dormitat Homerus secũdum Horatium,quem refert Barb.in cap.si clericus laicũ. num.xlij.de foro compet.& lib.j.consi.v.col.iiij.& lib.ij.cõsi. xxiiij.incip.clementissimi.col.vj. Pich. in repet.l.in quartam. ff.ad leg.Falc.col.iij. Et est mirabile videre hominem eminentis scientiæ,qui sine reuolutione librorum respondeat de casu legis. Baueria in §.fin.instit.de testam. milit.colũ. pen. omissa semper gloria & pompa.Barb. vel qui propter scientiam esset inflatus & superbus. gloss. in l.non vt ex pluribus. in fine. ff. de regul.iur. Bald.in consi.schismatis. colum. final. Dodus in apologia contra fratrem Samuel.chart.iiij.ideò superbè respon deret,vt l.Domitius.ff.de testament. licet humaniter hoc facere deberet.l.vt responsum.C.de transact.l. precibus. C. de impub.facit glo.in cap.nisi cùm pridem.§.pro defectu.de renunt. vbi Anchar.refert Bernardum & Cicer. Insuperbiunt enim tales vt tyrannus per tyrannidem, asinus per ignauiam, vulpes per malitiã.Bal.in cap.licet deuitanda.de elect.vel qui in scho lis legeret libros reprobatos.Bal.in procem. rex pacificus.col.
45 v.vbi col.vij.†quòd quæ traduntur in scholis, sunt discutiẽda in camera,& in iudiciis practicãda.pro quo facit quod ipse dicit in rep.l.Aemilius.ff.de minor.quòd leges in scholis degluciuntur,& in palatiis digeruntur. vt s.retuli. vel sunt ita debibiles quòd Quadragesima eis aufert intellectum.Aret.in l.eius qui in prouincia. colũ.fi.ff.si cert.pet.sed Ias.dicebat nunquam in toto anno sibi superesse tempus ad bene studendum lectioni,nisi in Quadragesima.vel calores timent.vt Ioan. Fab.& di. in §.actionum. vbi refert Ias.ad fin. instit.de act. Et Quintil. loquitur de pueris,dum dicit,quòd in æstate si valent,satis discunt.vel qui nimis timet frigus.Bald.in cap. cùm inter. col. j. de elect.Et dicit Barb.in procem.clem.j.lectu.col.pen.& fin.ꝙ
docto

doctores ignari sunt doctoreli, quibus boni scholares in honoribus præferendi sunt, & possunt reprobari, licet habeant insignia doctoratus, imò nec sufficeret eos esse doctos, nisi in legendo se præbeant vtiles scholaribus, & quòd quādo ascendunt cathedram non sedetur sed incubatur ab eis. Bal. in c.j. in fin. quo tēpor. mil. Barb. in c. clerici. num. xvj. de iud. Et subdit in d. procem. ꝙ quandoq; consulunt cōtra casum legis, & promouentur per saltus & corruptelam doctorū: & scholares eos audire nō deberent, licet in defectū boni, tristis sedeat in bancho. pro quo facit ratio Ias. in l. qui in aliena. §. interdum. vlt. not. ff. de acquir. pos. † quòd malus doctor nō potest facere bonum scholarē. Et subiicit Barb. in d. procemio, quod nec deberent admitti in collegio, qui artē non nouerunt: nec excusantur quòd post doctoratū possint addiscere: idem dicens quādo non habent libros necessarios ad artem. facit quæ dixi in fin. mei inuentarij librorū vtriusq; iuris. adde Luc. de Pen. in procе. rubr. de iur. fisci. lib. x. Barb. in rub. C. qui admitt. col. xj. in fi. Paris de Syndicatu, char. lxiiij. in fi. j. col. vbi deridet eum qui habet nisi recollectas. facit Lancel. Politus in tract. de offi. aduoc. in rubr. qualis scientia. ad fi. dicens quòd debet legere omnes opinio. & tractatus qui ferè innumerabiles sunt. facit Humbertus in sacrilegio, char. xj. in versi. de iure licentiatum. & bene, quia effecti iudices, oportet aduocatos eis componerē centum folia allegationū. in referendo Docto. quos ipsi non habent, & piget adhuc eos cùm legunt, mittere captū librorum, quos si haberent sat esset vna linea allegās aliquam copiosam quottam. Moder. & Barb. ad vnumquodq; dictum iura & authoritates allegat. quas ibidem repetit in ij. lect. col. xv. & seq. & in dicto c. clerici. col. iiij. de iudi. addens quòd vocantur dolores. Et quòd salaria non dantur doctoribus pro dignitate: sed pro meritis: quia bene legit, & satisfacit officio suo cui est præpositus. & in dicto procem. col. viij. inuehit cōtra illos pauperes indoctos qui volunt appellari Monsignore. Et cōtra Iuristas, qui vt in c. j. de eo qui fi. fec. ag. volunt se vocari sapientes, inuehit Petrarcha epist. j. char. ij. dicens, ꝙ tota Græcia habuit nisi septē, qui quales adhuc fuerint, ponit ipse in tractatu de remedio vtriusq; fortunæ. dialogo xij. de sapientia. & propterea suadebā cuidam cōsilio vnius ciuitatis quod nuncupatur consilium sapientū, & ita se inscribit mutandū tale nomen quod videtur arrogans. Et cōditiones doctoris legētis ponit 46

Aegid.de regim.princ.lib.ij.parte.ij.c.ix. Luc.de Pēna in rub. C.de profes.qui in vrb.Constan.lib.xij.in rub.C.de leg. lib.x. Et dicit Præpos.in c.insinuāte.col.v.qui cleric.vel voue.quòd debet primò expedire tex. cum dependentibus.secundò gl.tertiò dicta Innoc.& dicit Bal.in c.super literis.col.vj.de rescrip. quòd lector debet per singulas partes declarare text.& glo.per ordinem,scilicet primò primam partem,& gl.eius &c. clarius Host.in summa de magistra.§. & qualiter debeat docere, vide Cacialupum in trac.de modo studendi.col.iij.Sed solent dicere quòd est impossibile docentem singula prosequi. Salomon. in repet.l.Gallus.char.xxxiiij.sed contra chart.xxxvj.& seq.& si sit negligens & nō legat,potest priuari salario. Bal.in c.quoniam.§.si verò.vt lit.non contest. Et debet legens se coaptare propriis vocabulis. Barb.in rub.C.qui admit.col.xvij.vbi co.

47 lxiij.dicit † q aër tēperatissimus nutrit alta & sublimia ingenia propter amœnitatem & temperiem loci liberi penitus a nubibus pluuiosis,vel qui iustitiæ cereum fecerit nasum, vt latè simia Salernitani chart.j. vel nisi talis doctor esset vt Paulinus doctor Mediolan. qui recepta mensura intra parietes, q intra murum ligni pars esse deberet,nō animaduertit, sciditq; trabes & perdidit ædificium. Aeneas Syluius epist.cxj.incipien. Aeneas.vbi epist.seq.incip.magnifico.refert Laglarensem furti villicum accusasse,qui suem fœtā vndecim porcellos, Asinā vnum duntaxat enixam pullum retulerat. Et Gomicium Mediolan.qui grauidum se putauit, diúq; partū veritus est, quia se vxor ascēdit,vel quia esset vna necessitas. secundū Amedeū in dialog.de Amicitia,char.xxxvj.Salernitanus in simia chart. ij.& hoc quia necessitas legem non habet.de qua regula Barb. in c.quāto.col.fi.de cōsue. Felv. in c.cum accessissent. col.viij. de cōstit.in c.quærelam.col.fi.de iureiur. Ias.in l.j.ff. de offic. eius.col.antepe.in l.si ex toto.de lega.j.col.j.in l.Marcellus.§. res quæ.col.j.ad Treb.Iac.in inuestitura.in ver.& cū pacto de alienādo. col.iiij. Afflictus de iure prothomiseos.col.xxviij. versic.iuxta hoc.Decius in l.quæ propter.ff.de regu.iur. Curtius senior.in repetit.l.admonendi. col. lxix. vbi de armigeris tempore necessitatis.de quo Ias.in l.j.ff.de offi.eius. col.xxiij. & de hac regula Steph.Malereti in tract.de elect.chart. xxxix. latius char.xviij & seq.& char.lxxxj.latius Petrus Gerard.not. vlt.incip.necessitas.latissimè Ferdinandus in repetit.l.filiusfa. §.diui.co.xl.& tribus seq.de leg.j.Et dicit Petrus Gerar. quòd

propter

propter necessitatem potest filius vendi per patrem. adde Hippol. not. cj. incip. pater. Et dum dicit de extrahente frumentum causa necessitatis, adde Hippol. not. lxxxvj. statutum. Et propter necessitatem examinatur testes ad æternā rei memoriam. Petrus Gerard. not. lxix. pone reus, Et excōmunicato existenti in necessitate non valenti petere absolutionem debet prouideri ne fame pereat. Decius in c. verū. col. iij. de appel. † Et electus ad distribuēdum bona pauperibus in casu necessitatis potest pro se retinere. Hippo. in l. vnius. §. seruo qui vltro. co. iij. ff. de quæst. Et propter necessitatem possumus vti arte Magica ad fugandam tempestatem. Corset. in tract. de pot. regia. q. lxxxvj. Fely. n. in rubr. de hæret. Bertach. in tracta. de episcopo. char. xxvj. col. fin. est. ij. parte. lib. iiij. quæst. xvij. & charta lviij. col. iij. est viij. parte. iiij. lib. cap. dicamus nunc. vide vnum experimentū quod refert Paris de Syndic. char. lij. col. iij. Et tempore extremæ necessitatis licitè possum capere rem alienā vt subueniā proximo sic indigēti. Corradus in tract. de schismate. cap. iij. num. viij. Item propter necessitatem dispositio iuris ad tempus suspenditur, si non relaxetur in totum. Ias. in repet. l. admonendi. col. lxxvj. in fi. ff. de iureiur. vbi plura. & ibi Curtius Senior col. lxix. Brunus in tract. de forma. chart. lxiij. col. ij. & seq. Item propter necessitatem potest ferri sententia super non contentis in libello. Socin. in l. vinum. col. fin. ff. si certum peta. Et plura quæ excusent, scilicet necessitas, tempus, pestis, impossibilitas enumerātur per Hippol. in l. j. §. præterea. col. xix. & seq. ff. de quæst. Et dicebat voce Ias. quòd necessitati quilibet paret, nisi sit stultus: tamen ille qui dicit se fecisse ex necessitate, probare debet. Decius in c. cùm M. col. xiiij. de constit. Et actus qui fit ex necessitate officij non quod voluntarius. Decius in c. solicitudinem. col. iiij. de appel. & aliquando propter maiorem necessitatem paretur minori iudici & non maiori. Decius in c. cùm parati. col. iiij. de app. Non erit omnino impertinens, licet hæc videantur magis delectabilia quàm vtilia, & laboriosa quàm subtilia. gl. in rubr. de diuer. & temp. præscrip. Io. Montaigne in tract. de regio cōsistorio. char. xlvj. in hac nostra sylua penes palmā doctorū, vt supra exornatam saltem mediante arbusto necessitatis, aliam arborem pro scholaribus decorare dixi arbusto necessitatis: † quoniam necessitas aduersus bonos doctores verticem nequit extollere; vt in procem. instit. in fine. neq; in paupertate viuere, neq; in anxietate

48 (margin, beside "Et electus")

49 (margin, beside "quoniam necessi-")

in l.& eleganter.§.nõ solum.ff.de dolo. Et Cicero in princ.Paradox.dicit,quòd nihil est tam incredibile, quin dicendo fiat probabile.& aduocatus subtilis facit malam causam apparere bonam. gl.in l.quod si nolit.§.culpam.ff.de ædil.edict. & si nõ persuadet orator.glos.in l.illicitas.§.sicut.ff.de offi.præsid.nec debent verba legum Iudaicè intelligi, nec calumniari, nec cauillari.Ias.in authen.ingressi.C.de sacrosanct.col.ij.nec interuerti,nec diuinari,nec derideri. Igneus in disput.an rex Franciæ recognoscat Imperatorem.col.xiij.facit.l.pen.ff.ad exhib. Et nihil est quod vir malitiæ deditus non inueniat.§.j. in authen.vt hi qui obli.se perhi.habere res minor. Igneus in rep. auth.ex causa. colũ.xxv. & bonus aduocatus nouit omnia mala.l.ab Anastasio.C.manda. vbi Bal.col.ij.dicit,quòd aduocatus multùm solicitus in causa præsumitur omnia mala cogitare.Felyn.in c.tua nos.de homic.Barb.in c.j.col.v.de iuram.calum.vbi & in c.cæterũ.col.ij.in eod.titu.Lucas de Penna in l.j. C.de lucris aduocato.libr.xij.quia candida de nigris,& de rubentibus atra efficiunt.& xij.eorum vitia enumerãtur in tract. de cultu vineæ Domini.v.par.c.ix.col.xij.sed Specul.in titu.de aduocato.§.j.colum.iij.dicit,quòd peccat si non defendit clientulum pro viribus,& committit latrocinium.Cacialup.in repet.l.diem functo.q.viij.col.ij.& si per imperitiam perdit causam tenetur emendare damnum clietulo.Bart.in l. quod Nerua.ff.depositi.Hadr.Papa noster in quodlib.char.xlv. in princ. Et quid debeat facere aduocatus,Bal. in c. bonæ. el.j.de postulat.prælat. Cardin.in c.infames. iij. q.vij. Lucas de Pennæ in l.j.C.de lucr.aduoc.libro xij.vbi inter cætera dicit quòd senes non debent amplius aduocare: & quærant à clientulo veritatem:nam medico & aduocato est dicenda veritas. Bald.lib.iij. consil.cxxxj.tit.col.ij.Specul.in titu. de aduocato.§. nunc tractemus.col.j.facit Nauis Stultifera. charta xviij. de delatorib. & litigiorum promotoribus.& charta lxxxj.de rixosis. Alber. de Rosate in proœ.C.incip. quoniam vbi. col.j.dicit quòd officium aduocati est laboriosum: tædiosum & periculosum.& col.fin.quòd non debent vti cauillationibus,nec instruere partem vel testem dicere falsum, & caueant; quia praui aduocati moriuntur sine loquela.gl.in §.item surdus.instit. quib.nõ est per.face.test.& ita dicit Bust.in Rosario.serm.viij. j. parte.col. fin.quod Paduæ vno anno Pestis mortui sunt vij. aduocati,qui omnes fuerunt inuenti sine lingua. facit ipse ij.parte. ser.xxix.

Solicitus aduocatus malus.

litera P.incip.quarto vobis. & seq.& plura de eis. Paris de Puteo in tract.de Syndicatu.charta.v.in rubr.de excess.aduo.Nata.in clem.sæpe in fin.princip.Humbertus in sacrilegio. chart. x.in verbo,parte & nomine . vbi plura adducit contra eos.latè Barb.in cap.pastoralis.colum.ij.de iudi.& in iiij.allegat Cice. propterea dicit Calc.consil.xxviij.magnificus.vj.col. quòd væ animabus consulentiũ,& non rectè consulentiũ . de quo Alberic.in Dictionario.in verb.lingua. & de illo qui pro suo consilio merebatur præmium laquei, vt Opiz.in repet.§. diui.col. lxvj.Felyn.in cap.decætero.de homic.Ias.in l.si ab hostibus.§. fin.col.fin.ff.sol.matrim. & refert Barbat.in c. Raynutius.col. lviij.& consil.lxv.clemẽtissimi.lib.ij.col.iiij.quòd vni sancto viro apparuit Dyn.in somniis,dicens quòd erat damnatus. refert Decius in l.ea demum.C.de colla.Purpur.in l. edita.num. xviij.& tamen quando Dyn.vnum decidebat dicebatur ibi esse tota synodus legalis sapientiæ.Socinus lib.iiij. consil.xvj.nu. xxv.& dicit Bal.quòd Bart.erat damnatus.refert Io.de Plat.in §.publica.instit.de pub.iudi.in fin.Alex.ad Bart.in l.vtrum.ff. ad l.Pomp.de parricid.Io.Montolonius in promptuario iuris in verbo releuatio.Io.de Vilemati in rep.l.diuus.ff.de sicar.colum.ix. num.xliiij.habent quandoque aduocati manus nimis procliues ad aurũ.Barb.in c.in præsentia . colũ.xiij de probat. & in locis prædictis. Et tamẽ si rectè & iustè procedant,vt docet Alber.lib.j. super verb.Curt.& Vdalr.Basius in oratione in laudem Legum,incip.ex multis.& in l.ij.ff. de orig.iur.col.lxiij.& in oratione incip.superiore anno.col.fina.facit Guil.Rouille in tract.de descriptione iustitiæ.lib.iij.cap.v.col.fin.Hippol.in l.si.ante fin.ff.de sicar.plus merentur quàm fratres prędicatores,vt dixi s.in xj.ratione seu fundamento partis affirmatiuæ. vide de aduocat.per Cardin.in cap.iij.q.vij. Et nunquam defendit verisimile:licet non sit verum vsque ad manifestationem causæ.Cicero circa medium ij. Offic.Vincentius in allegationibus primò impressis.charta.xlvj.col.iij.& causam malam facit videri bonã.glo.in l.quod si nolit.§.culpam.ff.de

Iudex capitosus. ædil.edic. Et quandoque imprimunt aliquam opin. licet falsam in cerebrum iudicis,qui postea erit capitosus,taliter quòd nunquam exinde euelli poterit:vt inquit Alexã.in l.cum filio.

Mutare cõsilium. col.x.de legi.j:quæ capitositas est mala:imò sapientis est mutare consilium.l.nonnunquam. vbi glos.ff. de collat.bon,Igneus in repet. authen.ex causa. colũ.xix.C.de libe.præter.dummodo non

do nō mutent in partem deteriorem: vt de Anchar. dicit Barb. in Ioannina. col. clxiiij. verbr. xvij. adduco glo. Et melius est se corrigere quàm expectare quòd ab alio corrigatur in authen. de nupt. in prin. Fely. in c. qualiter & quādo. el. j. iij. not. de accus. Lancel. Politus in tractatu de offi. aduoc. in rubr. quale debeat esse aduocati officium. circa fi. Quia humanum est peccare. cap. inter hęc. el. j. de Pœni. dist. iij. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. test. Et quādoq; bonus dormitat Homerus. Barb. lib. j. consil. v. col. iiij. & in d. Ioannina. col. iiij. & Pic. in repet. l. in quartam. ff. ad l. Falc. col. lij. Et inquit Hierony. ad August. epist. ij. Te quoque ipsum orare non dubito, vt inter nos contendentes veritas superet: non enim tuam gloriam quæris, sed Christi. Cumq; tu vinceris & ego vincam si meum errorem intellexero, & econtrario me vincente tu superas. Et Ambrosius. j. Officiorum: Hæc sunt arma iustitiæ vt cedendo vincat, sicut periti iaculandi cedentes solent vincere, & fugientes grauioribus insequentes vulnerare ictibus. Et propterea iudices aduertant ne nimium inhæreant scrupulositati, quæ nō debet attendi: l. posthumus. ff. de iniust. rup. test. Et sub authoritate iuris scientiæ propter nimiā subtilitatem quandoque perniciose erratur. l. si seruum. §. sequitur, vbi latè Ias. ff. de verb. oblig. facit l. lege xij. tab. in princ. C. de leg. hære. in l. ita vulneratus. §. penult. & fi. ff. ad l. Aquil. Spec. in procem. in antep. col. Paul. lib. j. consi. cxciij. incip. in causa. ad fin. Bal. in cap. dilecti. j. not. de iud. nam qui nimis subtilizat, seipsum frangit: vt de Bal. dicit Ias. in l. edita. C. de eden. in primis verbis. Ripa in tractatu de Peste. charta. lxiij. num. ccccxlij. & dicit Bald. in veteri. C. de contrahen. & commit. stip. quòd nimia subtilitas est odiosa legibus, maximè quando venit ad infringendum contractum: & licet toleretur in disputando, non tamen in iudicando. Practicus Papi. in fo. sentētiæ diffinitiuæ. glos. j. facit Hostien. in c. nouit. col. ij. de iudic. Idem in materia rescriptorū dicit Lupus. alleg. lxxxix. col. fi. Mōtferra. in rub. de rescri. lib. vj. colum. ij. præsertim circa eius formam: quia de ea contentari debemus postquam curia eam adinuenit. Luc. de Penna in l. prædicta. C. de loca. præd. ciui. lib. xj. chart. pen. col. j. vers. & ego vidi priuilegia. vide tamen Bald. in cap. fin. de transla. episc. Decium in l. ea est natura. ff. de regu. iur. Idem quādo sumus in depositionibus testium. Fely. in cap. quotiens. colum. iij. de testib. idem in causis Ecclesiasticis. Barbat. in c. j. colū. ix. de lit. contest. & reli-

Scrupulositas fugienda.

gio iurisiurandi non debet impediri per cauillosas exceptiones & subtiles: quia iudex perniciosæ subtilitati debet occurrere. Vitalis in tractatu clausularum. sub rubr, an iuramentum validet contractum simulatum. colū. vij. Idem quando agitur de bona fide: quia tunc nō curamus de apicibus iuris. l. si fideiussor. §. pen. ff. mand. l. pen. C. ad Treb. Ias. in l. alienam. ij. col. C. de procur. Simplicitas enim est illa quæ commendatur. Decius in cap. ad audiētiam. ij. not. de app. facit quòd dicebat Iason de illo scholare insistente opin. Aret. vt suprà retuli in iij.

Contra subtilizantes.

ampliatione. & contra istos subtilizantes etiam gratia disputandi, plura ponit Isocrat. in oratione de pulchritudine Helenæ, quæ est impressa ante Herodotum. & Scrutinium charta xcviij. Et dicit Pet. quem refert Cyn. in l. ex persona. C. de probat. quòd istæ subtilitates turbant intellectum audientium, & non potest abbreuiari. Felyn. in cap. omnes leges. j. dist. colum. antepen. Petr. de Rauenna in fine sui alphabeti, in disputatione incip. valete. colum. iij. dicit quòd vitrum quia est subtile citius frangitur, quàm res grossa. propterea Ioan. Montaigne in tractatu de bigam. q. j. colum. xiij. dicit quòd Hostien. adeò altè volauit per aëra quòd ab oculis debilium euanuit, & in multis seipsum fregit. hinc dicit prouerbium, quòd nimis subtilibus decidunt femoralia. & materia moralis non patitur perscrutationem subtilem. Aegidius de regim. principum. cap. j. facit Ioan. Montolonius in Promptuario iuris in verb. fides. colum. iiij. Ponzinibius in tractatu de lamiis. col. ij. ix. versic. non ob. quòd l. Bald. in cap. de postul. prælat. Paul. de Castr. l. j. consil. cclxxx. incip. iudex est minister Dei in princ. in l. j. col. j. C. si seruus extero. quòd nulla subtilitas est sine vtilitate saltem acuminis intellectus. Prouerb. xxvij. Ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici sui. facit Salomon. in §. responsa. instit. de iure natur. char. ij. dicens, quòd proprium epitheton interpretantis est subtilitas: & licet non iudicanti, tamen speculanti semper est permissa, secundum eum. in repetitione l. Gallus. §. quidam rectè. charta. ij. ff. de liber. & posthum. & Felyn. in cap. graue. colū. ij. de offic. ordin. dicit quòd vulgares & parum subtiles tenerent hanc opin. Et dicit Bald. in l. j. colum. j. C. si seruus extero. quòd nulla est subtilitas sine vtilitate saltem acuminis intellectus. Sed caue, quia loquūntur de bona subtilitate, non perniciosa & sophistica. Et quæ sit bona subtilitas, vide Lancel. in l. illam. ad fin. C. de collat. allegantem Platonem.

tonem. Luc. de Penna in l. j. C. de profes. qui in vrb. Cōstantin. col. vij. Isernia in §. fin. de natura feudi. latè Barbat. in cap. dilecti. colum. iiij. de iudic. Et sæpe videmus Doctores dicere, ista opin. in puncto iuris est verior: sed contraria seruaretur in practica. Cyn. in l. fin. in fin. C. de acquir. poss. Aluar. in cap. j. vlti. not. de natu. feud. quia nihil prohibet quædam falsa esse probabiliora quibusdam veris. v. Topicorum. Corradus in tract. schismatis. cap. iiij. nu. v. Angel. de Aret. in §. j. insti. quib. mod. ius pat. pot. sol. & alibi sæpe scribētes. Imò plus dicit Lancel. in l. hæres absens. ante fin. princ. ff. de iud. quòd quādo doctor dicit, & ista opin. est de iure verior: quòd vult dicere ergo contraria seruaretur in practica. & ita declarat dicta dom. Alexand: pro quo facit idem Alexand. in l. sciendum. colum. ix. ff. de verb. oblig. dum ibi dicit opin. Dyn. esse veriorem: postea subdit quòd opin. Bart seruatur. facit text. in clem. quamuis rigor. de appel. ibi communem obseruātiam. quem ad hoc allegat Felyn. in cap. ex literis. in fin. vj. col. de constit. Est verum quòd Lancel. Politus in repet. l. re coniuncti. colū. iiij. inuehit contra sic dicentes, quam si velint quòd in iudicio veritas non sit sectanda. pro quo Vdalricus in l. secunda. ff. de orig. iur. columna lxviij. & in oratione incip. iuris ciuilis studia. columna prima. facit Salomon. quem suprà retuli, dicens quòd communes opin. nascantur & intereunt in scholis: sed non aduertit ad l. minime. ff. de legibus. cum similibus præallegatis. ad Igneum in disputat. an rex Franciæ recognoscat Imperatorem. colum. tertia. Et licet ex imbecillitate ingeniorum nostrorum nesciamus nos resoluere de aliquo fundamento contra communem: tamen venient aliqui posteri quibus hoc reuelabitur. facit Hadrianus Papa noster quodlibetis ij. litera c. est charta xv. columna prima. vnde ne arguamur à posterioribus, bonum est semper inhærere communi opinioni in dubio. Præterea communis opin. vtplurimum solet obseruari in practica: vnde ex eo quòd fuerit obseruata, licet superuenerint aliqua fundamenta, cōcludentia contra communem: nónne illam debemus nihilominus obseruare, per ea quæ dicta sunt in prima limitatione? Vnde nisi adducerentur noua fundamenta contra communem opi. quæ verisimiliter non fuissent visa per tenentes communem opin. non recedentem ab ea: adhuc si deberem recedere, vellem quòd responderetur omnibus fundamentis communis opin. aliàs etiam si adduceretur vnū fundamentum

concl

concludens contra cõmunem.& esset aliud concludens fundamentũ pro cõmuni, dato, quòd neutri responderi posset, adhærerem cõmuni. Quando autẽ essent plura fundamenta insolubilia pro vna parte quàm pro altera. Spec. in tit. de disput. & allegationib. §. nunc videndum occurrit. colũ. ij. vers. studeat autem, dicit debere stari pluribus fundamentis. pro quo Cæpol. in tract. de imper. mil. delig. char. xiij. col. iij. & vers. licet plures rationes. vbi dicit hoc procedere quando sunt æquè bonæ. Non tamen per hoc est dãnanda subtilis inductio legũ: quia in inductione stat virtus legis: vt dixi in prima ampliatione.

Aequitas præfertur rigori.

68 ¶ †Limita quartò quando communis opinio esset rigorosa, & alia contraria opin. esset æquior. l. in omnibus quidem. vbi latè Decius l. ea quæ in partes. §. j. ff. de reg. iur. quam allegat Anteros Frego. char. xj. c. fi. de transact. l. placuit. vbi Ias. post alios. C. de iudic. l. Aemilius. ff. de minorib. Et Cato, Aequum iudica. Guliel. Rouille in tract. de descrip. iustitiæ. lib. j. c. fin. & Luc. in princ. offic. in rubr. de animi elatione. quòd qui vult omnibus complacere, difficulter seruat æquitatẽ, quæ est iustitię maximè propria. & multa in iure contra strictam rationem disputandi pro vtilitate publica recepta sunt. l. ita vulneratus. §. penul. ff. ad leg. Aquil. cap. fin. de transact. l. Barbarius. ibi, humanius. ff. de offic. præt. quam inducit Baueria in §. testes autem. in fin. instit. de testam. debet enim omnis interpretatio esse bona & æqua, quia ius est ars boni & æqui. l. j. ff. de iustit. & iur. & Lancel. Politus in tract. de offic. aduoc. rubr. de scientia, qualis requiratur in aduocato. alleg. Cicer. & alios summè laudantes quosdam iurisconsultos, quia nunquam Ius ab æquitate separauerint. vide Ioan. Montolonium in Promptuario iuris. in vers. æquitas. Anton. de Prato in tract. de secund. nupt. chart. xv. col. iiij. vbi dicit, quòd illa dicitur æquior per quam euitatur absurdum. per l. ita vulneratus. ff. de leg. Aquil. & de absurdo. §. in materia argumentorum. & quòd æquior opin. sit sequenda, tenet Curt. Senior consi. lj. super testamẽtis. col. x. vers. ecce ergo. Cors. sing. ccvj. vbi Doctores. Ioã. Lup. in cap. per vestras. iij. not. de donat. inter vir. & vxor. est in toto opere. chart. lxxj. col. iiij. Igneus in authen. ex causa. col. xc. maximè quando talis opinio æquior est fundata in ratione naturali. Socin. in l. qui agnitis. iij. colũ. ff. de except. Hippol. in rubr. C. de probat. colum. xxxvij. & seq. gloss. in Regula Cancellariæ. xiij. vbi dicitur quòd in dubio recurrimus ad rationem naturalem, & re

gulas

gulas iuris communis. Iaſ. in l. filio pater. ij. not. de leg. j. in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. col. j ff. de verb. oblig. cum aliis ſuprà addu ctis in præcedenti limitatione contra ſcrupuloſitatem. Iuſtus enim quãdoq; in iuſtitia ſua periit. gl. in cap. niſi cùm pridem. in ver. elicit. de renunt. Et dicit Syrus apud Terentiũ in Heautontumorumenos. Ius ſummũ ſępe ſumma malitia eſt. Et reaſſumpſit pulchrè Cicero circa medium j. Officiorum de offic. à circunſtantia. Polyd. prouerb. cx. Guil. Rouille in tract. de deſcrip. iuſtitiæ. lib. j. c. penul. Eraſm. j. parte prouerb. dccccxxxij. Ioan. Montolon. in Promptuario Iuris in verſ. iuſtitia. col. iij. Aeneas Syluius epiſt. lxij. reuerſus. Matthæus Boſius. xxxv. incip. omnes. Ioan. Pyrrhus in repet. l. quotiens. ij. char. ff. de reg. iur. Luc. de Penna in l. præcepit. col. ij. C. de can. larg. col. lj. lib. x. vbi dicit quod Ariſtides rex Græcorum ob nimiã iuſtitiam expulſus fuit. Archid. in cap. deniq;. in fin. iiij. diſtinct. nõ enim omne quod licet honeſtum eſt. l. ſemper in conuentionibus. ff. de rit. nup. dicit tamen Card. in clem. j. de reliq. & vene. ſanct. iiij. not. quòd iuſtũ vnius partis pręfertur honeſto alterius par tis. imò quòd nunquam ſeparatur iuſtum & honeſtũ, licet con trarium appareat. Et quandoq; aliquid eſt iuſtum, cuius contrariũ eſt iuſtius. Anch. in reg. peccatum. in fi. col. xviij. de reg. iur. lib. vj. Et in fi. ſuæ diſputationis quæ incipit, Antiquis temporibus. text. in l. exigẽdi. C. de procur. facit Hippol. in l. ſi quis vltrò. col. xiij. ff. de quæſt. facit Alex. & Iaſ. in l. placuit. de iud. vbi Paul. de Caſt. allegat Salomonẽ dicere, Noli eſſe nimis iuſtus. vt Eccleſiaſt. vij. & in cap. ſerpẽs. de pœnit. diſt. j. c. nimiũ. xxiij. q. iiij. Felyn. in cap. purgantium. de re iud. Decius in c. ex parte. el. ij. de offic. deleg. in cap. quoniã cõtra. col. iij. de prob. & Scrutinium chart. xcvij. dum examinãt quãdo æquitas præferatur rigori. In quibus locis ſemper intelligunt de æquitate iuris ſcripti: non autem quòd quis debeat ſumere æquitatem de burſa ſua. Curt. conſi. lxxxiij. quod eſt vltimum. col. antepenult. etiam in repet. l. admonendi. col. fin. ff. de iureiur. aliàs licet opinio eſſet æquior, non eſſet ſeruanda. Aret. in l. ita ſtipulatus. §. poſſum. col. ij. de verb. obl. dũ dicit, licet iſta ſit æquior, contraria tamen ſeruaretur. Iaſ. in l. nemo rem ſuam. in fi. ff. de verb. oblig. & alibi ſæpe, prout nec æquitatem abuſiuam. Barbat. lib. j. conſi. xvj. clementiſsimi Dei patris. col. iij. dicit tamẽ Hadri. Papa noſter quodlib. vj. eſt chart. lvij. litera e. quòd debet tunc iudex ſcribere principi, qui præferet æquitatem non Aequitas ſcripta.

ſcriptam

ſcriptam rigori ſcripto,vt ibi etiam q.x.col. xvij. & quot modis capiatur rigor,Panor.in cap.ſi clericus laicum.iiij.not.vbi Roch.de foro compet. Ioan. pronepos Bart. in tract.de arbit. lib.x.q.ſeu cap.iij.Iudæis autem bene ſeruatur merus rigor, & non æquitas.Iaſ.in l.ſi inſulam.ff.de verb.obligat.iij.not. Curtius Senior conſi.vlt.colū.antépen.In quibus quod ius ſeruandum ſit. Ferrat.cautel.xxiiij.quæritur. Et iſtud eſt quod fecit magnum honorem opin. Bart.quia ſequebatur libenter opin. placentes laicis,vt dicit Bald.quem refert Barb.in cap.dilecti. col.fin.de iudic.Iaſ.in l.quidam cùm filiū.num.31.de verb.obl. Nec mirum,quia iſti intellectus qui nō conſonant auribus vulgi dicuntur extranei, ſecundum Bal. in l.maximum vitium.C. de liber.præter.in cap.j. de pace Conſt. in ver. Opizon ad finem dicit,quòd omnis intellectus,qui non ſonat auribus vulgi,eſt extraneus:& ſic euitandus. refert Iaſ. in l. eum qui ita. el ij.in l.qui ante Calendas.col.ij.ff.de verb.oblig.Barb.in repet. rubricæ de fide inſtr.col.x.& in l.cùm acutiſsimi.col.lxviij.C. de fideicommiſ. & in conſi. xxxiiij. incip. præclatè optimus. col.xxij.ij.vol.in c.iij.loco.col.xix.verſi.iij. mouetur.de prob. Alex. in apoſtil.ad Bart. in l. Labeo.ff.de ſupel. leg.facit quòd ſermones de moribus quando diſcordant ab his quæ ſecundū ſenſum videntur,negligi ſolent.in princ. x. Ethicorum. Hadr. Papa noſter in quodlibet.chart.x.colū.j.facit Barba.per illum text.in cap.ſicut conſuetudo.col.iij.de probat. vbi allegat Bal. poſt Auerroim dicere, quòd experimentum verorum ſermonum eſt vt concordet cum rebus ſenſatis,vt verificetur in communem hominum opin.intellectu fruentium.& idem infinitis vicibus repetit Barbat. legendo & conſulendo, qui facit ſatis bonum forum de hoc dicto:non tamen intelligas de vulgo ſine ratione,de quo dixeram in ſecunda parte affirmatiua. verſ. nec meretur ſolutionem.

Opin. placēs vulgo.

69 ¶†Limita quintò, niſi iſti qui tenēt communem opinionem determinarent de eo in quo non habent peritiam. Et tenens contrariam opin.eſſet in illa facultate peritior.Eraſm.j. parte, prouerb.dxiij. Ne ſutor vltra crepidam. Bon. de nob.parte iij. num.57.Barbat.in rub.de precariis.in primis verbis.in c.propoſuiſti.còl.v.de probat. Bolog. in Theodoſiana.in ver.ab eiſdem philoſophis.& in verbo,librū ab archidiano. col.iij.Luc. de Penna C.de profeſſ.& medi.lib.x.in l.magiſtros.col.iij.Decius in cap.ne innitaris,ad fin.de conſtit.Eſt enim credendum peritis

peritis in arte.l.j.in princ.de vent.inspi.vbi dom.Alex.in apostillis.& in l.semel.C.de re milit.lib.xij.Felyn.& Decius in c. propofuisti.iij.col.de probat.Socin.fallent.ccxciiij.faciunt quę s.dixi in v.ratione principali partis affirmatiuę circa fin.Et est bona gl.in cap.vt veterũ.ix. dist.quæ dicit quòd in disputationibus propterea plus credimus August.in moralibus, Gregorio in historiis,& translationibus Hieron. Et sic tollitur quæstio Petrachæ epist.lxiij.dicta difficile. & seq. vbi quærit cuius authoritas sit maior, Hieronymi, an Augustini.facit illud Philosophi, quòd vnusquisq; eorum quæ cognoscit bonus est iudex.refert Socin.consi.clx.iiij.visa bulla.col.ix.versi. ex parte. facit Scrutinium referens illam gl. chart.cc.& lxviij.& xcij.Panor.in cap.j.vltim.notab.de consang.& affin.vbi dicit quòd ille cui est commissa causa matrimonialis,si non habet peritiam canonum, debet consulere peritiores:aliàs peccat.ideo in materia legali stamus Legistis:in canonica stamus Canonistis:vt volunt omnes in cap.j.& ij.de oper.no.nunt. Et dicit Io. And. in cap.relatum.in fi. de offic.deleg. quòd Azo allegabat illum text.quem habuerat à quodam canonista: sed quia fuit oppositum de cap.seq.incip.gratum.dixit Azo,gratum relatũ si manet vituperatum. Et propterea in materia feudali plus credimus Iac.de Beluiso, quàm aliis:quia ipse sæpius legit illum librum.Iac.in inuestitura.in vers. & dicit vasalli cõuenti coram ordinario.col.j. latius Afflictus in constitutionibus regni.lib. iij.rub.v.col.iiij.est char.cclxix.ante fi.præsertim cùm sit quædam scientia de per se.secundum Bald.j lib.consi.cccxciiij.incip.quòd cõsentiens domino.& habet suas singularitates quę vocantur naturæ,vt per eum lib.iij.consi.cccij.materia.col.j.& dicit Bald.in l.omnes populi.col.vij.ff.de iust.& iur.quòd pro habendo intellectu literali grammaticali, recurrimus ad speculatiuos Grammaticos.puta Catholiconem,nondum viderat Nestorem, qui eum totiens dicit somniasse: & bellum grammaticale, vbi dicitur, Catholicon inuentus cùm asino onusto vocabulis. hinc idem raptus fuit propterea acriter tortus & coactus fateri furtum.& frater Bapt. Carmelita. in apolog.ante Partenices Marianas.incip.quoniam.char.iiij.dicit quòd est aspersus pluribus erroribus quàm pardus maculis. Et in Ludo Azardi,plus creditur vni barro, quàm vni magnifico doctori. Ang.in §.præterea quod per alluuionem.instit.de rer.diuis.Et facit Curt.consi. xx. incip. Dominus labia mea.in primis verbis

Peritis in arte credẽdum est.

bis esset verecundia si ipsi non scirent plus. l. ij. col. antepenult. vers. Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iur. Rom. cōsil. cccxxx. incip. circa primum. ad fin. & dicit Felyn. in c. qualiter & quan do el. ij. §. ad corrigendos. de accus. quod est verecundia Legistis, quòd Host. canonista sciuerit l. ante eos, licet in fauendo episcopis habuit malam scientiam & peiorem conscientiam. Bald. lib. ij. consi. clxvj. punctus quæstionis. post medium. & ea quæ non sunt aperta debet subtilitatibus seu verbis exquisitis obfuscari. Panor. lib. j. consi. clxxxj. viso puncto. in princ. & licet dicat Rom. sing. dcliiij. habens. & Ioan. Rugerij in cap. j. de causa pos. & propriet. j. not. quòd Legista senza c. vale pocho: Canonista senza l. vale niente. Idem refert Igneus in disput. an rex Franciæ recognoscat Imperatorem. col. iiij. facit Barba. in rubr. de testam. col. j. hinc Felyn. in cap. ecclesia S. Mariæ. col. xxij. de constit. inuehit contra puros canonistas, qui putant omnia posse decidi inter clericos solis canonib⁹. Et dicit Host. in summa de pœnit. & re. §. cui confitendum. col. ix. versi. iij. ꝙ per solam Bibliam regi non posset Ecclesia sancta Dei. ergo malè dicit frater Mart. Luther. pag. dxv. qui dicit solam legem Euangelicam sufficere. licet non debeamus tātùm videre Decretales quòd deseramus Bibliam. Dantes in Paradiso. cantu, da poi. circa fi. Imò Ioan. Fab. in §. item pretiū. instit. de empt. & vend. inuehit contra simplices Legistas qui nihil sciunt de libris Poëtarum & Philosophorū, nec de moralibus quod est peius & damnabilius pro salute: nec mirum, quia moralitas est summa summarum in regimine mundi. secundū Bald. lib. iij. consil. cclxxvj. rex Romanorum. col. ij. & dicit Panor. in c. con stitutis. iij. not. de appel. quòd episcopus nō solùm debet atten dere studiis literarum, sed etiam aliis exterioribus. hinc dicit Ouid. Disce bonas artes moneo Romana iuuentus, Non tantùm trepidos & tueare reos. Pro quo facit Petrarcha in epist. lxix. sic est. vl. char. sanctus August. ex libris Cicer. Plat. & Hortensij, multa ad Christianam religionem transtulit. Et Cicero valdè extollitur inter Iurisconsultos. Periglus in repet. legis in suis. col. v. ff. de liber. & posth. licet in oratione pro Murena ex causa dixerit contra Legistas, sed ad eius dicta vide elegantem excusationem per Vdalr. Zasium in repet. l. ij. ff. de orig. iur. col. lvj. & epist. ibidem seq. incip. Laurent. Valla. & quomodo dicta Cicer. & Poëtarum. Non tamen tantùm studeant istis quòd obliuiscantur leges: quia ex aliis paleas, ex istis collige

grana.vt dicam.& ita suadet Io.Iac.de Canibus in tract.de mo do studendi.col.viij.sub rub.nō est necesse Iurisperito Mathematicas discere disciplinas. ad fin.Non debet pudere Canonistam in materia legali consulere Legistā,nec econtrà. Io. Lup. in introductione c.per vestras.de donat.inter vir. & vx. col.j. & ibi ij.not.col.iiij.vbi pulchrè.est in opere,char.lxvj.co.iiij. Anchar. in disput.quæ incipit, antiquis & modernis temporibus.col.x. vbi quòd quādo Canonistæ differunt á Theologis in materia vsurarum,standū est Canonistis,quā sequitur Alex. consi.j.col.incip.circa primum.col.iiij.vers. & si aliqui.& cōsi. cvij.pro inuestigatione.col.v.versic.& si aliqui.iiij.volu. Et est idemmet consilium repetitum.Defensoriū montis Busti.char. xlij.col.ij.& char.xlix.col.ij.Alex.de Neuo in suo cōsilio cō tra Iudæos fœnerantes.impresso post Pisanellā.chart.xiij.col. iij. Petr. de Rauenna in suo aureo Alphabeto. in notabilibus post materiam consuetudinis.versicu.hoc in loco volo.Scrutinium char.lxviij.Decis.consil.cxj.col.ij.& clj.in fi.iij.col.frater August.in scrutinio,char.lxviij.Bustus in Defensorio montis.chart.xlij.col. ij. plus dicit Dodus in sua apologia contra fratrem Samuelem,char.xxxv.vers.primo illa doctrina. quòd Innocentius Papa mandabat opinionem diui Thomæ obseruari, opinione canonica semper excepta. & quod etiam leges sint à prædicatoribus allegādæ,pulchrè defendit frater Iacob. de Merchepalu in suo tract.de animabus incolentibus Purgatorium.in vlt.parte.Dicit tamen Burgos in c.ij.col.ij.de emp. & vend.quòd raró vel nunquam Canonistæ differunt à Theologis: & quando iura canonica volunt aliud seruari in foro contentioso, aliud in foro conscientiæ,hoc exprimūt. Decius in c.culpa caret.ff.de regu.iur.col.fi. licet canonistæ vsqueadeò ad theologicos terminos non ita subtilissimè tenent. frater Syluest.contra Luth. chart.ccvj.vbi char.xxj. latè ponit qualiter dicatur quid de iure diuino. facit Fortun.in repet. cap.j. de pact.col.v.quòd ius canonicum semper est conforme iuri diuino.c.fi.ix.dist.& iure naturali.c.filius.& c.cū esses.de testam. & col.xliiij.& col.lxj. quòd ius canonicum semper verā iustitiam imitatur.allegat etiam c.j.vt eccles.benefic.in princip. Et idem Fortun.in lib.de fine vtriusq; iur.co.xv. dicit quòd raró est differentia inter forum ciuile & conscientiæ.saltem in iustitia, quia procedit à principiis naturalibus, & sic semper est vna, & tota sibi consentit & constat. allegat Cicer. & ipse copiosius

Canonistæ differunt á theologis.

piosiús tradit in repet.d.cap.j.col.x.& pro hoc facit quod vult Bal.in repet.l.Aemilius.col.fin.ff.de minor.quod nulla est ratio quæ non participet etiam diuinitatis.& idem Fortun.in l. si vnus.§. pactus.col.x.ff. eod. quòd omnis lex humana habet participationem & vinculum à lege æterna & naturali. prout enim causæ inferiores à cœlestibus reguntur,& cœlestia agunt in corporibus humanis: ita omnis lex à lege naturali,& naturalis ab æterna,& æterna à Deo regitur.S.Thom.prima secundæ.q.xcvj.art.iiij.& q.xcj.artic.ij.dicens sic intelligi illud regum: Per me reges regnant,& principes dominantur. & alibi sæpe vtitur Fortun.his dictis, vt per eum de vltimo fine iuris. col.iiij.& sæpe adducit ad probãdum,quòd lex naturalis & diuina est eadem & immutabilis.& quòd iura ciuilia seu canonica contraria non valent,quia non habent esse legis.allegat Cicer.in duobus locis.& omnia prædicta.& S.Thom.in iiij.senten.dist.cccxxxiiij.j.arti.l.j.ff.de iustit.& iure.§.sed naturalia, instit.de iur.nat.l.eas obligationes.de cap.dimi.c. fin. de præscrip.iuncto c.fin.de consuet.c.j. & ij.j.dist.§.lege.vj.dist. quæ iura habet prę manibus,& sępe allegat,vt patet in eius scriptis vltra loca prædicta,videlicet ff.de iustit.& iur.col.xlvj. & in libro,de vltimo fin.vlt.iur.col.xij.& lxxij. & in l.legitima. col. xiij.ff.de pact.& col.xxix.& xxxiiij.& in l.iurisgẽtium.§.si ob maleficium.ff.de pact.col.iij.§.quinimò.col.xv. versic.iij.infero.in l.si vnus.§.pactus.col.vj.& in repet.cap.j.de pact. col.ix. xxxvj.lx.& antepenult.& in repet.l.Gallus.ff.de liber.& posth. §.idem credẽdum.num.xlviij.& aliàs audiui à reuerẽdo theologo fratre Benedicto Monzeto, dum contra eum in publica disputatione arguerem, quòd etiam suprascripta consideratio habetur in Pizanola.& si bene memini,circa princ.facit Gammarus in tract.de extensione.chart.iiij.col.j.post mediũ.facit, quia sermones de moribus quando discordant ab his quæ secundum sensum videntur,spreti atq; reiecti habentur.in prin. x.Ethicor.Hadr.Papa noster in Quodlibetis,chart.x.col.ij.& sensus & ratio naturalis est vniformis. ergo non cadit discordia.& dixi paulò suprà. Est tamen notandum quòd si legistæ inter se discrepant, & reperiatur casus expressè decisus in iure canonico, stabimus iuri cononico, etiam in foro Cæsaris. & econtrà variãtibus canonistis etiam in foro ecclesiæ stabimus decisioni factæ per ius ciuile:vt volunt omnes in cap.j. & ij.de oper.nou.nuntiat.Marian.in tracta.de citatione.articul.xxiij.

Canonistæ differunt à Legistis.

q.iiij.Felyn.in cap.in causis.col.j.de testib.& in cap.fraternitatis.col.ij.eo.tit.dicens,quòd in causis feudalibus prævalet ius canonicum propter iuramẽtum in fidelitate.Alias enim quælibet lex seruabitur in foro suo.legistarum,scilicet in foro Cæsaris:canonistarum,in foro Ecclesiæ.Alex.in apostillis.Barbat. in l.priuilegia.C.de sacrosanct. ecclesi. Felyn.in c. ecclesia sanctæ Mariæ.col.xiij.& seq.de constitut.in c.j.vers.tertia declaratio.eod.tit.in cap.in causis.in ij.not.in c.fraternitatis.col. ij.in cap.testimonium.col.iij. de testib.Barb.in lib.j.consi.xiij.col. iij.Alexand.in l.j.col.vj.ff.sol.matr.& lib.ij.consil.clxvij.in fi. & xcij.viso themate.lib.iiij. Panorm.in cap.clerici.col.j.de iudic.in c.quod clericis.de foro compet.& lib.ij.cōsi.xciiij.col. iiij.dubio iiij. Perus.in proœm.rubr.de testam.lib.vj. Aret.in c.decernimus.de iudic.consil.xlviij. Vitalis in tract. clausularum.chart.xiij.col.iij.Ioan.Rugerij post Panorm.in cap.j.notab. de causa possessio. & propriet. Limita tamen quod suprà dictum est,quòd stante varietate canonistarum stetur legi expressè decidenti,etiam in terris ecclesiæ non procedere,quando talis lex esset dānosa ecclesiæ. Ias.in l.& generaliter.§. cùm autem.col.ij.C.de instit.& subst.facit Panorm.in c.nuper ante fin.de test.quòd licet lex sit canonizata, nō tamen est seruāda in foro canonico si contrariatur canoni.Felyn.in cap.super eo.col.ij.eo.tit.Item limita in causis piis:quia in vtroque foro seruatur ius canonicum. Baueria in §.j.col.v.insti.qui test.fac. pos.per d.l.priuilegia.Fely.in c.in causis.col.j. de testib. Et aduerte,quia plures errant credentes quòd quàm primùm lex ciuilis reperitur inserta inter canones, vel in libro Decretaliū, ꝙ dicatur canonizata: licet secus in libro Decreti: quia Gratianus non habuit authoritatem canonizandi leges. Card.ij.q. vij.c.si quis.§.j.ad fin.Felyn.in d.c.super eo.de testib.Fed.consil.lxxvj.domini auditoris.Sed puto quòd veritas dependeret ad illo:nunquid liber Decreti sit authenticus?de quo in proœ. Lombardæ.Ias.in l.j.ff.si certum pet.Sed hoc non sufficit:quia oportet quòd sit inserta in vno capitulo. Ias.in l.j. prima lect. col.ix.C.de summa Trinit.Felyn.in d.cap.ecclesia.col.xiiij.de constit. & hoc vltimum fortè potuisset cōuenientius adducere Ias.in l.centurio. co.xxxj.ff.de vulg.& pupil.quàm illud de cap.j.de reliq.& vener.sanct.dum propterea ibi satis inutiliter damnat Mod.Senens. qui dicunt quòd opin. Bartol.est canonizata à Moder.Perusinis:sed non erat memor eius quod ipsemet

Quomodo dicatur lex canonizata.

met Iaſ.dixerat in præl.feudal.col.xij.dum poſt Ioan.And.inuehit contra eos qui multis mediis ſtudent impugnare opin. antiquorum quæ inutiles ſunt. & not. quòd licet ll. ſint ſacratiſsimæ,quando tamen allegamus ſimul canones & leges debemus præmittere canones:quia videntur promulgati inſtinctu Spiritusſancti. Panorm.in cap. inter alia.ij.not. de immun. eccleſ.ſed hæc ſua ratio nō concludit.quare etiam leges per ora principum ſunt diuinitus promulgatæ. ſed reſponde vt Gemin.in c.ij.in ij.op.de præſcrip.

70 ¶ † Limita ſextò,niſi iudex ex cauſa recederet à communi opinione: quoniam tali caſu non ſolùm à communi opin.verùm à lege recedi poteſt.l. ſi hominem.ff.manda.ad quam Felyn. in d.c.j.de conſti.col.xiij.& in c.decani.x.col.de reſcrip.& in cap.paſtoralis.ij.col. de except. Parpal.in l.j.C.de precib.imper.offer.Decius in capit.ſicut.de probat.col.vj. Corſet.ſingul.clj.tempore pacis. Cremen.ſing. cl.Barb.in repetit.rub.C.qui admitt.col.xxiij.& tribus ſeq.refert Iaſ.in l.omnes populi.ff.de iuſtit.& iure.in fi.Idem Barba. in tract.de Cardin.ij.parte.q.v.col.v.Idem Iaſ.in l. nō ſolùm. §.morte.col.xvij.ff.de oper.nou.nunt.in §.ex maleficiis.num. xv.& xvj.inſtit.de actio.Natta in Clem.ſæpe.col.lxxj.& faciũt plura poſita per Hippol.in l.j.§. ſi quis vltrò. col.v.ff. de quæſtio.dum examinat quando aliquid de nouo ſuperueniens, ſeu iuſta cauſa excuſet. Iaſ.in §.ex maleficiis.col.ij.inſtit. de actio. intelligit hoc procedere in maioribus magiſtratibus. ſecus in minoribus,quibus nō licet etiam ex cauſa.Debet tamen iudex in actis facere mentionem de tali cauſa per quam à lege recedat,& à communi opinione:& volunt Felyn. vbi ſuprà. & Decius in c.conſuluit.el.j.de appel.

Ex cauſa licet tráſgredi leges.

71 ¶ † Limita ſeptimò,vt regula quòd iudex debeat ſequi communem opinionem,procedat quantum ad iniquitaté ſententiæ: quia ſententia bene diceretur íniqua ſeu iniuſta. Secus autem quantũ ad nullitatem,quoniam talis ſententia nō diceretur nulla.Bart.in l.iiij.§. hoc autem iudicium.ff.de dam.infect. Burgos in c.cùm dilecti.co.ix. de emp.& vend.vbi dicit quòd dummodo aliqui Doctores teneant contra communem,ſententia tali caſu nō diceretur nulla.Paris de Puteo in tract.de Syndicatu.in verſ.iudicare.c.an ſi iudex qui dedit.col.ij.ver.& dicit Bal.in l.iiij. Felyn.in c.j.vj. not.de conſtit. Iaſ.in l.qui Romæ.§. duo fratres.iij.nota.ff. de verb obli.Facit Formularium prouinciale ,char.xxxvj.vbi dicit, quòd nihilominus tali caſu curia non ſolet dare literas.

Sententia cōtra communé non eſt nulla.

Ego

Ego dubito de ista limitatione:nam sicut sententia lata per expressum iuris errorem,seu contra legem,nõ valet.l.ij.C.quando prouoc.nõ est necess.Claud.in d.l.qui Romæ.§.duo fratres. col.iiij.ff.de verb.oblig.ad quam Socin.fall.cccliiij. Dat sexdecim limitationes. Et sententia lata contra consuetudinem notoriam etiam est nulla.vt Ias.post Bald.in l.iubemus.C. de iudic.pari modo videtur dicendum quòd sit nulla quando est lata contra communem opinionem Doct.Nam illud de quo apparet decisio libris apertis,ita dicitur esse indubitabile, sicut illud de quo est lex.Ias.in l.si quis in conscribendo.C.de pactis. Scrutiniũ char.lxix.& clarius char.lxxxvij.& seq. infra charta seq.in x.limitatio.Et quia non possunt omnes articuli sigillatim per leges decidi.l.non possunt.ff.de legib. Tunc cõmunis opin.doct.seruatur pro lege.Ang.in l.si idem cũ eodẽ.ff. de iuris.om iud. cũ sim.vt dixi in prima ampliatione ad hanc regulam in fine.Præterea manifesta iniquitas æquiparatur nullitati.Curtius consil.lxv.super præmissa.col.iij.Claud. in rep.l. vt vim.ff.de iusti.& iur.col.xj.Fely.in c. inter cæteras.de re iud. col.antepen.Barb.in c.in præsentia.col antepen.de probat.Petrus.in c.dilecto.quod legit pro fi.de app.col.xlj.Et ꝙ talis notorietas postea apparuerit, Corse.sing. ccciiij.incip. si notoriè. Sed nemo negat sententiã latam cõtra cõmunẽ opinionẽ esse iniquã: ergo perinde est ac si esset nulla. Ideo diligẽtius esset inuestigandũ super ista limitatione.¶ †Limita octauò vt prædicta regula procedat quando cõmunis opin. esset in terminis quæstionis quæ agitatur:aliàs secus.quia licet dicamus ꝙ sufficit allegare in genere.Præpos.in c.j.j.not.de frig.& mal.allegando Horatium,Nanq; opere in grandi fas est obrepere somnum.si aliqui Doct.tenerent in terminis quæstionis quæ vertitur,pro illis esset iudicandum : etiam licet cõmunis opin.à remotis aliquid decideret in contrarium , prout dicit Alex. in l. sed & si quis.§.quæsitũ.col.fin. ff.si quis caut.Ias.in l.j.§. sed & si mihi.ff.de verb.oblig.quòd quando habemus text.specificè loquentem in materia,nõ debemus ab eo discedere propter legem loquentem in materia remota.facit Decius in c. intelleximus.col.iiij.de iud. vbi dicit quòd potius debemus stare iuribus magis specificè in materia loquentibus, quàm iuribus generalibus per regulã generi.Et dixit Alex.lib.j.consil.lxxxvij. in causa accusationis.col.pen.versicu. nec prædictis.quòd probatiò in specie præualet probationi in genere. Et dicit Barba.

Manifesta iniquitas, est nullitas.

72

Decisio in terminis.

rub.de fid.instrum.col.iiij.& in rub.de consu. col.ij. in c.cùm M.num.ccxxxiij.de consti.vbi bona postilla.& in rubr. de postul.præl.colu.ij. quòd omnis cognitio incipit à generalibus, postea deuenitur ad specifica & particularia. idem repetit ipse in cap.in præsentia.col.xxxj de probat.facit gl.j.in princip in l.j.C.plus val.quod ag facit Aegidius de regim. princip.lib.ij parte j.c.xvj.dicens,quod ignorando vniuersalia, facit plerunque particularia ignorare.Et quod dicunt rethores, quòd pulchrius est loqui per vocabula adeò propria, quòd nihil possint importare nisi id de quo loqueris, Et dicit Bald. in c. cùm M.colū pen. de appel.quòd verba generalia indigent quadam expositione.secus in verbis specialibus. Et dicit gl.in l.quis sit fugitiuus.§. quod autem.in verb.cauet. ff.de edil. edict. quòd vbi est clausula specialis nō indigemus generali. & dicit Aretin. cōs.vj.incip.viso instrumēto.col.j. quòd ista generalia solent apponi ornatus causa.& cōs.xiij.viso diligēter.col.j.quòd virtus non est in dicēdo multa,seu multùm ex particularibus: quando circa vniuersalia sermones sunt faciliores, circa particularia autem veriores. alleg.Philosophum ij.Ethic.est text. commenti vij.quem etiam alleg.Lisoperita. col.ij.& idē Aret. consi.xcix.longitudo in princip.& cv.in præsenti. Hadr. Papa noster in quodlib.j.est char.vj.colū.iiij.Et patet ad sensum.nā si interrogo duos vbi est Prætor vnus respondeat est in ciuitate,alter quòd est in platea:cui dubium quòd erit verius & clarius responsum dicetis quòd est in platea,quàm quòd est in ciuitate?quia facilius inspexero plateam,quàm totam ciuitatem. sunt enim ista generalia brocarda,id est regulæ quæ patiuntur plura argumenta prò & contrà, & habent aliquas solutiones vt patet in brocardis Azo.secūdum Imol.in l. quicquid astringendæ.col iij.ff.de verb. obl.est verum quod frater Hieron.de Ferraria in lib.suarum assertarum reuelationum,excusat se quia non est possibile particularia quæque voluminibus contineri: quia tot libris capiēdis vix mūdus sufficeret. ideo iubebat Plato descendentē vsq; ad particularia quiescere.Et Salomon.in l. Gallus.§.idem credendum. col.ij.ff.de lib.& posth.dicit, quòd tradentis dogma non est singula prosequi : sed in §. & quid si tantū.col.ij.dicit,quòd optimè speculantis est omnia minutatim prosequi.& colū.seq.dicit,quòd sufficit in qualibet dispositione substantialia attingere,tacitè vel expressè,vel etiam generali sermone apto talem casum de quo agitur comprehendere.

dere. tamē ad prædicta facit quod tradit Corradus in tract. de schismate.c.iij.col.fi.faciut quæ dicam statim. Et quod Igneus in auth.ex causa. colū.xix.quòd vbi est clara decisio,cessant omnia argumēta. Decisiones enim quę sunt in terminis sunt securiores:prout est de mente Bruni Asten.in tract.statutorū. vj. artic.q.ij.in fi.col.iij. dum dicit ꝙ in illa materia extensionis nō est minus periculosum adhærere decisionibus, quàm regulis cōmunibus. Et Dicit Ang.cons.xiiij.nos Carolus.col.ij. ꝙ allegare regulas generales est refugium miserorū. Et dicit Ias. in l.non eo minus.col.fi.vers.iij.facit C.de procur.quod Paul. de Castr.qui habebat illum casum de facto, allegabat text. per quem sic dicebat Ang. & non potuit tantum cantare quod iudex voluerit iudicare pro eo, quia nesciuit allegare Decis. Angel. contra tales iudices.facit quod contra aduocatos inuehit Paul.de Cast.in l.Clodius.ff. de acquiren.hære.ante fin. dicens quòd doctor non audens consulere quando habet bonam rationem, nisi inueniat casum decisum, nōn est laudandus: & si antiqui ita fecissent, quomodo nos faceremus? Et ita inuehit contra quendam aduocatum ceruicosum. Roman. consil. xlij. incip.visis quæ egregiè.ad fi.facit Ponzinibius in tract. de Lamiis.col.vj.Allegando Paul.de Cast.vbi ꝭ.Ias.in l.non eo minus.C.de procu.col.fi.vers.iij.dixit Felyn.in c.j.in fin.iiij.col. de præscrip.quòd debemus respōdere per speciales decisiones, nō per generales regulas more pauperū doctorū.& in c. cùm ordinem.colū.iiij.de rescrip.dicit, quòd licet cumulatio decisionum displiceat ingeniis eleuatis: tamen in actu practico laboramus vt inueniamus decisionem:quia consulere secundum regulas est doctoris positiui, quos vulgus procuratores appellat.Sed consulere secundum decisionem in terminis,est doctissimi doctoris.Et tamen leges in scholis degluti untur:& in palatiis digerūntur.Catel.ij.par.Memoral.in verb.practica. tunc enim sapiunt cùm fructus ex eis percipiuntur. Felv. in c.ex tenore.ij.not.de test.Bald.in l.Aemilius.ff.de mino.col. antepen. Et facit, quia erit aliqua regula : & tamen habebit tot fallentias quòd posset fieri vna regula in contrarium.gl.in §. si quis alij.insti.de inutil.stipu.in ver.nihil agit.ante fi. Cur.de sequestro.colū.v, dicam ꝭ. ꝙ in dubio pro regula. & licet doctor sit in lata culpa ignorando regulas.l.non fatetur.ff. de confes.Ias. in l.sed & si quis.§.quæsitum.colū.v.ff.si quis caut.secus tamen est de aliquo casu speciali vel singulari. Iason in l. quod te.col,

 xiiij.

xiiij.vbi Soci.col.fi.ff.si cert.pet. Est verum ꝙ Fortun.in l. iurisgentium.§.quinimo.col.xxj.in §.pactus.colũ.ij.xxxiij.ff.de pact.non potest pati has fallentias, nec istas cumulationes, vt per eum ibi in §. & ideo. col.xx.& repet.c.j.colũ.xxv.& xxvj. extra ea. Et tamen fallentiæ omnes sunt fundatæ in æquitate. l.qui æquitate.ff.de excep.doli.Decius in.l.in omnibus quidē. nu.vij.ff.de reg.iur.Signor.cõsil.clx.casus.col.pe.Ang.in rubr. instit.de except.col.vj.vers.capiamus tertium cõmentum.Cic. de officiis.chart.xx.de officiis à circũstantia.c.existũt.vbi dat pulchrũ exemplum.Galiaura in rep.l.cēturio.ff. de vulg.& pupil.char.xxij.nu.cxxvj.& de Traiano.de furto Iudæorũ.vt dixi in cõstitutione, quod liceat dispensare super matrimonio carnali copula consummato ob adulteriũ coniugis. & dicit glo.in auth.vt fine prohib.matres. in princ.super verb.existimamus. quòd ineptum est regulam non fallere vbi æquitas suadeat. vt Curt.Iunior conf.xix.circa fi.post suum tractatum feudorum. Decius vbi s.Et per illam gl.dicit Perus.in c.vt debitus.col.fi. de appel.quòd ratio naturalis sufficit ad faciendum regulam fallere. idem vult Ias.in l.à diuo Pio.§.in venditione.num.xij. de re iud.Et facit idem Ias.in l.quamuis.ff.de in ius vocā.cum sim.vt j.dicam de ratione naturali. frater Thom.Illyricus de potestate Papæ charta.lxvij. in prin.pulchrè & clarè Corradus in tract.de schismate.c.iij.col.fi.Et hoc màximè procedit quādo exceptio reducit nos ad ius cõmune & antiquum. Bellamera.consil.dvij.cõclusio. quod in casu dicam infrà.char.pen.sed statim oppones de l.prospexit.in fin.principij.ff.qui & à quib. man.non licet.cum sim.vt Decius consil.xxxij.col.j.Cors.sing. clxiiij.col.iij. cui non licet contrauenire etiam in conscientia. Cępol.in tract.de cõtractib.simulatis.ij.præsump.col.ij.Quia vbi lex firmat pedes,nõ est vlterius quærendum.glos.in l.si nõ fuerit.§.j.in glo.pen.ff.pro socio.quam in d.tract.Cęp.allegat. colũ.vj.Salomonius in repet.l.Gallus.chart.xvij Pantal.in rep. l.ij.C.de rescin.vend.col.xlviij.versic.xvj.Sed respondet Lanfr. de interpretatione statu.col.v.in ij.conclus.Felyn.in c.si quando.colũ.vij.de rescript.Ias.in l.filio pater ij.not.de leg.j.dic vt per eos.pro quibus facit quod vult.Hadr.Papa noster in quodlib.q.vj.litera h.la.ij. est chart.lvj.col.j. vbi allegãdo Philosophum j. Ethic.dicit quòd humanorum actuum tanta est circũstantiarum varietas:vt generali sermone magis tradi non possit quæ causa ad hoc sufficiat,quæ nõ, quàm medico:quæ causa est

sa est potens mortem inferre,& quæ non.facit quòd plura sunt negotia quàm vocabula. l. natura.ff. de præscript.verbis.Dec. in rub.ff.de reg.iur. Et propterea quãdo aduocatus partis contrariæ allegat aliqua impertinentia valde à remotis: potes dicere, Iubete iudices Senecæ causam dicere, non vulgari. Ias.in l.centurio. col.iij.ff.de vulga.& pupil.vel quando malè fundat argumenta, quòd dicitur ligare arenam sine cęmento. Cæpol. de ser.vrb.præd.c.xl.in princi.vel arenam sine calce. vt Senecæ scripta Caius princeps irridet.refert Io. Bap. Pius in commento Cidonij.chart.j.& etiam contra legentes qui trahunt materias remotas & alienas,inuehit Io. Fab.in §.j.in fi.insti. de act. & Alex.in l.si patroni.§.qui fideicõmissariam.col. iij.ad Treb. Bolog.in repet.authẽ.habita.C.ne fil.pro pat. col. xlij. & dicit Polid. Prouerb.ccxiij.quod cupressum simulant.¶ †Nonò limita quando causa contra quam stat communis opi. esset valde fauorabilis & priuilegiata, prout in matrimonio dicit Hostien.in c.si vir.de cog.spir.Barbat.Felyn.& Decius in d.c.j.de consti.sequitur Barb.lib.iij.consi.iiij.à Ioue.col.iiij. Curt.cõsil. lv.super processu.col. pen. in j. additione. vbi dicit idẽ pro testamento.Scrutinium char. lxxxvij.& Fely.in d.c.j. de constit. col.fi.vers.quintò limita. Ias.in l. Gallus.§.quid si is.ij. not.ij. lect.ff.de libe.& posth.vbi Salomon in §.in omnibus.in fi.Galiaura in repet.l.centurio.ff.de vulg.& pup.num. cccxcv. quod procedit etiam ad exclusionem filiorum. Decius consi.xj.colũ. fi.Curt.consil.lxviij.statutum.col.ij.hinc dicimus quòd impugnans testamentum, defectu numeri testium, peccat mortaliter.Panor.in c.cùm esses.de testa.col.ij. vbi Barb.in notabilib. Et dicit Bart.in auth.sed cùm testator. colũ.j.C. ad legem Fal. quòd licet hæres nullum commodum pecuniarium percipiat ex testamento: tamen ex eo quòd faciat actum pium implendo voluntatem defuncti, & cõsequitur meritum apud Deum, dicitur multùm lucrari. Et Fely.in d.c.j.de const.dicit idem in opi.fauẽte potestati clauium. Idem Ias.in l.j.col.ij.& iij.ff.sol. matri. vbi dicit idem in testamento & dote.& in l.inter pares. ff.de re iud.Felyn.in cap.fin.eod. titu.Intellige nisi esset matrimonium cõtra legem Dei contract.Decius in cap.j. de probat. col.xxiiij.vbi dicit quòd contra illud in dubio pronũtiandum est.vide in aliis locis.s. alleg.in viij. fundamento negatiuo de incontinentia.circa fi.ij.inconueniẽtis. Est verum quòd ista limitatio videtur destrui per aliquos:nam Decius in d.c.j. limi-

Debemus stare in terminis.

73

tat illud dictum Host.solùm procedere quando essent variæ opin.inter Doctores.Secus autem quando clarè cõstaret quòd communis opi.esset contra matrimonium, vel quod opin.singularis doctoris esset notoriè falsa:quia non debemus tantum pris causis fauere,quòd cæteris iniustitiam faciamus.c.ex tenore.de foro compet.cum concordantibus, vt per eum ibi.& Cassel.ij. parte Memoral.in verbo nuptiarum causa; qui dicit ita consuluisse Decium & Ias.præceptores meos. idem tenet Rochus in d.c.j.ad fi.de constit.post Barb.cons.j.iij.vol.col.xxxj. Decius consil.cxxxiij.ad fi.& Corset.sing.ccvj.incip.vbi Doct. est.in verb.opinio. And.Alciatus in Paradoxis libr.iij.c.vij.est chart.xxvj.vel quando pro communi opin.esset vnus text.Pet. de Lesnaudiere in tract.de Doctorib.iiij. parte.q.xxxix.quia tunc non diceretur esse dubium, vt statim dicam,& iste fauor præponderat illi de quo dicimus quòd in dubio debemus fauere reo.Decius in c.j.col.liij.de prob.versi.vj.limita. ¶ †Decimò limita vt prædicta procedant quando apparet liquidè de magis communi opin.puta quia Doct.dicunt, & si ita se habet communis opin.Et propterea Ias.solebat dicere quãdo Doct. attestantur ita esse cõmunem opi.quod est bonum verbum in practica, vt retuli in princip.huius conclusionis.Secus autem quando non apparet de communi opin.vel quia aliqui Doct. attestantur vnam esse communem, Alij contrariam. Tunc res dicitur esse dubia propter conflictum opin.Socin.in rub.& in l.si fuerit.ff.de reb.dub.facit Ang.consi.cx. sanctissima.col.iiij. quod multipliciter à sapientibus exponitur, eius veritas ignoratur. Paris de Syndicatu in d.verb.iudicare.versic.an si iudex qui dedit.col.j. Alex.lib.ij.cõs.ccxxij.visa facti. col.iiij. ver.deniq;.& lib.v.cõs.cxlij.viso processu.col.pe.Panor.in c.at si clerici.col.viij.de iud.Lãc.& Rimin.per illũ tex.in l.pe.C.de pact. De eo enim de quo est casus l.non dicitur esse dubiũ.l.ancillæ. vbi gl.& Bart.C.de furt.tex.cũ glo.fi.in §.& nos.in auth.quib. mod.nat.ef.leg.Est enim proprium legis esse claram:vt dixi,& Ias.in d.l.pe.cõl.pe.C. de pact.dicit idẽ esse quãdo libris apertis statim apparet de decis.facit Corf.sing.cccxliiij. incip.si iudex.Scrutiniũ chart.lxxxviij. Barb.lib.ij.cons.xxxvj. sapiẽter. col.fin.ṽ.in vij.limitat. in char.præced.Clau.super Lucã.chart. xxxiij.litera d.alleg.Actuũ j.& chart.lxviij.ad Rom.vij.Igitur tales casus dubios solebat appellare Ias.esse casus pro amico. vt per eum in l.dotis causa.col.j. nu.xxxv.in l.post dotẽ.num.

Non faciamus cuiquã iniustitiam vt faueamus viduæ.

74

Res dicitur dubia.

Res clara.

cv.ff.

ev.ff.sol.mar.in l.in suis.col.ij.ff.de lib.& posth.in l.qui in aliena.nu.xxxv.ff.de acqu.r.hæred.quoniã tuc sit bonũ habere iudicẽ amicũ & fauorabilẽ,vt cõcludunt omnes examinãtes hãc materiã,quia potest secũdũ eos eligere cui dicat, Tu mihi sola places.Host.in proœ.summæ.col.ij. & adhærere opin.quæ sibi magis placuerit;& sic fauere amico.gl.in c.venerabilẽ.in verb. fauere.de elect.Idẽ Iasin l.diẽ functo.ff.de offi.alles.col.vj. in l.cũm prolatis.ad fi.de re iudic.dicẽs,ꝙ iudex nõ potest reprehẽdi sequẽdo opi.quã vult,sicut si sunt diuersæ sententiæ Theologorũ,neutra sapit hæresim , secundum eum & Ang.in l.inter stipulantẽ.§.j.in fi.ff.de verb.obl.vbi subaudit si faciat bona fide:& tũc cõcor.Anchar.cõsi.ccxj.de quo ĩ.Sed licet fatear vtile esse habere iudicẽ fauorabilẽ.Socin.in c.j. de lib.obl.col.xlix.debet intelligi nõ claudicãtẽ.Bal.in c.ne innitaris.de cõstit. nec dicentem tu mihi sola places.Host.in proœ.summæ.col.ij. nisi põderatis rationibus,vt ibi. Tamen ꝙ sentẽtia diffinitiua relinquatur arbitrio puro iudicãtis esset incõueniens: quia iudex primæ instantiæ erit mihi fauorabilis.Iudex secũdæ erit fauorabilis aduersario : vel vnus habebit vnam opi.alius aliam. Et sic nec partes,nec aduocati vnquam sciret:an fouerent bonam vel malã causam.& sic staremus sub incerto.cõtra tradita per Hipp.in rubr.C.de probat.col.lxxiij.Burgos in c.cũ causa. de empt.& vẽd.col.ij.& iij.Ias.in l.ita stipulatus magna.j.not. de verb.obl. Ius etenim semper debet esse certũ.l.ornamẽtum. ff.de aur.& arg.leg.& constans & perpetua voluntas.l. iustitia. ff.de iust.& iur.Et non ars incerta.Bart.in l.si is qui ducenta.§. vtrũ.ff.de reb.dub.in v.oppo. Et sequeretur illud quod opponunt nobis artistæ , quòd professio seu notitia legalis non est scientia,quia cõsistat in opinionibus:vt Lisoperita.chart.v.Sed errant,quia imò est vera scientia:quia leges sunt nobis scriptæ tanquam prima principia quæ in qualibet sciẽtia pro claris & veris ponuntur. Et quoniam per legem scriptam impossibile est omnes casus comprehendere, subintrat legis interpretatio, quæ deducendo argumenta & rationes à legibus scriptis, sicut aliæ scientiæ,à suis principiis generat habitum scientificũ aperiendo multas conclusiones,& decidendo multa dubia ex virtute aliarum legum.& sic verificatur dictum Philosophi, Scire est rem per causas cognoscere. ita inter cætera probat Cardi. in procemio Decret.columna quarta. latius eo tacito Gammarus in tractatu de extensione. colum.j. & ij.vbi respondet ad quat

Nihil relinquitur mero arbitrio iudicis.

ad quatuor fundamenta quæ fiebant ad oppositum latißimè. Ponzinibius in tract.de Lamiis,& excellentia iuris.char.ij.vbi probat hanc opin. per quinque fundamenta, & respondet ad xj.fundamenta examinando adducta,& istā opin. tenet Imol. in procem.Decret.incip.quoniam.col.fi.Bart.in tract.testimoniorum.chart.v.v.cap.prudentia est.vt inquit Aristot.idem Panor.Imol.& Præpos.in cap.non debet in notabilib. de cōsang. & affin. Vldar. Zasius pulchrè in locis statim allegandis. Gilbertus in quæstione post iiij.c.in lib.j.œconomicorum Philosophi.& dum dicitur quòd est ars,respōdet Alber. in proœ.ff. incip.oēm in fi.prin.Imò dicūt Bar.Imo.& Ponzinibius in locis ante dictis quod est sapiētia & sic sciētia diuina.nā per me reges regnāt,& legū conditores iusta decernūt.Prouer.vij.Gāmarrus de extensione.col.ix.& quæ paulò s.dixi referēdo Fortunium in tot locis,quòd lex ciuilis cum diuina concordat:& quòd rarò ius canonicum discordat à theologia, facit Ponzinibius in d.tract.de Lamiis & excellētia iuris.char.ij.& iij.maximè col.iiij.vers.præterea.Fortun.de fine iuris.col. iiij.Ioan. Mōtolonius in prōptuario Iuris.char.cxxxvij. in prin.colū.ij. frater Isidorus in tract.de imperio militantis ecclesiæ lib.j.tit. viij.quæstione j.col.ij.ver.regit quoq;.frater Syluester contra Lutherū chart.xvj. & ccxxj. vbi clarè probat leges esse de iure diuino,& char.ccxxxij.prout & summa Pisanella.latè & subtiliter Vldar.Zasius post suā repe.l.ij.ff.de orig.iur.in orationibus.præsertim in habita in doctoratu Francisci Pauli:quæ incipit, non possum. & in iiij.inci. pro ea.& in viij.sequentib.& quòd sit scientia diuina, tenet Arct. in c.qualiter & quando.el ij. de accusat. ij. not. quia per ora principum diuinitus promulgata.Barb.in c.j.col.ix.de iuram.calum. vbi latè. & in Ioānina.col.xlv.Bald.in cons.schismatis.col.j.dicens quòd de cœlo processerunt,& sine eis loqui non licet. Felv. in c. in omni. col.ij.de testib.in c.ecclesia.colū.xiiij.de constit. Boschinus in repet.rubr.de constit.col.iiij.Fortun.de fine iuris. col. lxiij. & etiam quòd latæ essent per Romanos qui erant pagani. nam quandiu iustitiam coluerunt,habuerunt monarchiam glos.in proœ. Pragmaticæ in verb.excoluerunt. est chart.ix.propter quam & propter pietatem & cæteras eorum virtutes Deus eis permisit tantum imperium ne eorum benemerita sine præmio relinquerentur secundum Aug.quem refert.Lancel. in l.nemo potest.colum.viij.de leg.j. Hadr.vj. Papa noster in Quodlib.
quæst.

quæst.x.colum.vij. & quòd leges sint à Deo, non solùm Christiani fatentur:sed & Iudæi,Gentiles,& Turcæ,quos refert Ioã. bap. Castelloneus in præfatione ad Dictionarium Alberici, dum assignat rationem cur potius legibus, quàm medicinæ incubuerit. referendo Moysen & alios.prout & frater Iac. de Marchepalu in tract. de animabus incolentibus Purgatorium: char.penul.Stephan.Niger in commento ad carmina Pythagoræ char.j.eos etiam refert.Vldar.Zasius in repet.l.ij.ff.de orig. iur.facie seu.colum.iij. & lxviij. & in oratione de qua s.Ioan. Motolonius in prõptuario Iuris.in verb.lex.colum.j.Archiep. Florentinus in j.parte summæ,in tit.de iure ciuili §.iij.Mancinellus in sermonibus, lib.ij.tit.iij.Guillelmus Mara oratione iiij.incip.quanquam.& oratione ij. in quibus locis etiam plura subdunt de laudibus iustitiæ, præsertim Ioan. Bap. Castellioneus idem ponens in præfatione ante singularia Lud. Rom. Ias.in præfatione ad primam ff.veteris. Paul. de Cast. in l. j.in prin.ff.de iust.& iur. Hip.in præfatione ad tit..ff.de sicar.Rosarium Busti latè lib ij.ser.viij.chart.j.& ij. & serm.xxiiij. literâ f.Macrobius chart.j.magister Nic.de Clamẽgiis latè in tract. de lapsu & reparatione iustitiæ. Somnium Viridarij lib.j.cap. cxxxix.Est enim initium sapientiæ facere iustitiã.Sapien. xvj. frater Michael Dominicus in tract. de Guelfis & Giebellinis. char.xviij.vers.quo ad tertiam. Et primo quærite regnum Dei & iustitiam eius.Lucæ xij. Et beati qui sitiunt & esuriunt iustitiam. Et beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Matthæi v. Et certa pro iustitia vsq; ad mortẽ.Ecclesiast.iiij.circa fi. Papa Pius cõtra Malatestam epist.vj.car.xiiij. Hadr. Papa noster in Quodlibet.q.xj.col.xix.& q.xij.col.pen.Et vide Lactan.lib.v.diuinarum iustit.c.cxvij.& seq.vbi eam defendit à Carneade logico, qui dicebat iustitiam esse stultitiam.Et quia eam adeò Origenes volebat auferre,fuit dãnatus de hæresi.xxiij.q.ij.c.fin.cum glos. fin. Quia iustitia est præclarissima omnium virtutum.v. Ethic.pulchrè Bal.in procem.rex pacificus ante fin. in c. venerabilem.col.iij.de elec.in c. bonæ memoriæ. per illũ text.eod. tit.col.ij.Guil.Rouille in procem.lib.j.& ij.sui tract.de descriptiõe iustitiæ & iniustitiæ.frater Michael Dominicus in tract. de Guelfis & Giebelinis.char.xv.c.quo ad septimum. vnde ortum est prouerbium.Iustitia in se virtutes continet omnes.Polydorus prouer.ccxxxvj.Eras.in Moria.char.xv.col.ij.Platina de opti

de optimo ciue lib.ij.chart.iij.hinc infert Guil.Rouille vbi s. lib.j.cap.xiij. quòd pro subditis melior est iustitia regnantis, quàm fertilitas temporis.& dicit Alber.in l.iustitia. ff. de iust. & iur. quod iustitia est anima ciuitatis. Et sine ea res publica constare non potest, secundum Aegidium de regim.princip. lib.j.par.ij.c.ij.allegantem Philosophum vbi s.nam vulgò dicitur,vbi non sit iustitia,habitandum non est. Calcan. consi.lj. col.j.eã tolle de medio.& quis audebit dicere,hic campus, vel hæc domus est mea.c. quo iure. viij. dist. Cicero in ij.de Legibus.Stephan. Niger.vbi s.fine iustitia regna sunt latrocinia.gl. in Pragmatica,de causis.in ver.iustitia.est char.cix.frater Thomas Illyricus de potestate Pontificis,chart. cxvij. & de necessitate legum.Flor.in rub.ff. finium reg. Carolus Burbonius in processu fidei maximè par.ij,dixi aliquid in fine mei inuentarij librorum iuris.
75 †Non sic de medicina, quia sine ea Roma tantò tempore floruit.secundum Plin.quem statim referam & audio quòd domini Heluetij in eorum patria paucos vel nullos habent medicos.Et quæ non est scientia,sed ars,secundum Natalem de Montesauro Veronensem,in tract.de morbo Gallico.in fin.in quæstione de subiecto medicinæ.latè & subtiliter magister marcus Anto.de Vero. successor in lectura Magistri Sebast.de Laquila Papiæ, in oratione quam habuit in initio lectionum. incip. Euclides.& patet,quia procedit magis per experimenta quàm per rationes, vt in rheubarbaro quod rationabiliter deberet generare,seu nutrire cholerã, & tamen eam purgat & expellit : vt docet experientia.idem in alijs infinitis medicinis, maximè in eis quæ operantur à proprietate occulta.Ac statim vt vtar verbis Dodi in apol. contra defen.striga. char.xxxvj.venient cum sarrabula distinctionis dicẽtes,quòd qui nescit distinguere, nescit disputare.vij. Metaph. circa pu. cont.Cicer.in j.Offic.chart.viij.vbi alleg.Cicer.de Orat. & sic distinguent quòd duplex est iustitia, prout & ille impugnans festum Concep.beatæ Virg. volebat aufugere arg. distinguendo,quòd duplex erat beata virgo. Quia replicari potest.quòd si Christus & alij scribentes voluissent distinguere,hoc facere sciuissent,& declarassent de qua iustitia intelligerent.Bal.in c. j.de suc.feud.col.ij.s.latè dixi in quæstione,an debeamus stare Doct.in lectura vel consil. Item dicunt quòd duplex est medicina Polit.in Panepistemon.col.ij.ver.naturalis. Idem dici potest de omni scientiã. Alber.in proœm.C.incip.quoniam.col. iij.

iij. Et quòd prædicta procedunt in medicina cõsistente in practica: secus de medicina consistente in theorica: quia respondetur quòd imò procedunt in medicis quos vt plurimum habemus. l. nam ad ea. ff. de legib. scilicet quæ post exclatos labores & longa studia in philosophia & artibus & medicina se ad praxim conuertunt, curantes infirmos; quos non dupliciter, sed simpliciter medicos nuncupamus, quamuis vtrunque calleant. solos praterea practicos non vocamus medicos, sed parabolanos vel herbolarios, seu empericos, licet etiam theorici adducant plerunque experimenta. & longè reipublicæ est vtilior practicus etiam empericus, quàm merus theoricus nolens practicare. nam vt dicit Zer. de caut. medic. cap. j. col. iiij. & v. medicus non potest esse perfectus, nisi exercitatus. & ad perfectionē medicinæ requiritur duplex actus: vnus acquisitus per doctrinam, alius per frequentiam actionū in ægris. latè Rip. in tract. de Peste, char. lxxiiij. & seq. vbi ponit plures quæstiones circa medicos, & quomodo puniendi quãdo infirmus moritur eorum culpa, & quis honor medico adhibebitur, seu quæ vtilitas si practicare noluerit. Clau. in proœ. Monarc. Fran. in locis. & quæ dixi s. in v. ratione de exẽplis mod. fauit, quia artis dignitate vel beneficio non gaudet qui illius exercitiũ negligit. Bar. lib. j. cons. lij. præclarè. col. iij. Gel. lib. xiij. cap. viij. eximiæ res enim denominatur à fine. ij. Physic. in cap. mandatum. colũ. vij. de reb. imò etsi aliquando pro amico voluerit se ingerere, certè à solo theorico ægrotus potest curam expectare in die judicij, & empiricus citius sanabit, & dicit Cicer. in Offic, quem refert Iod. in præfatione ad suum tract. de nobil. ante fin. quòd medici quãuis artis præcepta perceperint, quicquam laude dignum sine vsu & exercitatione cõsequi nõ possunt. Et quia de pratico sit magis curandum, plura ab eo exiguntur, quàm ab alio. Archiep. Flor. in iij. parte sum. lib. vij. c. ij. de elig. medic. §. v. vbi. §. seq. post Philosophum laudat quòd ægrotus habeat plures medicos, licet Petrar. epist. xcvj. scribas. dicat vnum de multis medicis eligendum, non eloquentia, sed scientia & fide conspicuũ. pro quo Humbert. in Sacrileg. char. fin. in ver. polluatur. circa medium. Quinimo fortè melius esset medicos ire per simplicia & tract. Galeni, de facilè acquisibilibus. & non ita frequenter deciperentur ab aromatariis ministrantibus drogas & medicamina vetera & sophistica vel miscul ata. Ang. in l. annonam. ff. de ord. cog. Ripa in tract. de Peste.

ſte.chart.xl.num.132.& chart.lxxvj.num.89.vnde pudor medico & damnum contingit infirmo,præſertim ſi adſint ſimplicia valentia à proprietate quæ non nocent vt aliæ medicinæ, quibus vtuntur pro ſtomacho:quia calidæ,& nocent hepati.& hæ medicinæ generaliores ſunt vtiliores: quia plerunque medici non poſſunt bene cognoſcere nomen ægritudinis. & tempore noſtro Mediolanenſi tot medici errarunt adhibendo medicamina ad hydropiſim mulieri quæ erat prægnans, & alibi cuidam principi qui erat ſpleneticus, vt compertum eſt ex inſpectione cadaueris:& tamen credebant hydropicum. & Galenus in ſemetipſo errauit de cholica ad iliacã: ideo ſi vtantur medicaminibus quæ valeant ad vtrunq;,ſecurius erit.Noui ego tinctorem neſcientem latinè loqui, plures & varios ægrotos curaſſe,à peritis medicis ſolis ſacerdotibus derelictos, & plusquàm xxv.annis etiam ſeſe opponẽtibus medicis medebatur, & ipſi ſoli plures vrinæ deferebantur quàm tribus ex peritis medicis illius vrbis, quanquàm more imperiti omnibus eandem purgationem exhiberet indiſtinctè in omni ægritudinè. c.fin.in fin.xxij.diſt. quam ſemel in anno in magna quantitate componebat,& infinitos ſanabat. Quanto ergo periti medici facilius hæc facere poſſent ſi vellent.ſed euenit ne diſpliceant aromatario, qui eſt oculus medici. & exemplum ponit Hadr. Papa no.in Quodlib.q.x.litera n.ij.eſt char.ciiij.colum.iiij.& ne reddant artem facilem mulieribus, quæ poſtea fortè ſcirent mederi. Quinimo ſolent damnare aquam ardentem ſeu aquam vitæ,quæ tamen vt docet experientia eſt valde vtilis,& tantùm ab Arnaldo de Villanoua commẽdata. ¶ Secundò nõ obſt.dum ſe iactant quod ad inſtar Theologorum appellãtur magiſtri:prout ſe Chriſtus vocari iubebat,& Theologi vocantur:quia reſpondetur quòd Chriſtus & ſe iubebat vocari dominum. præterea in aliquibus regionibus Legiſtæ vocantur magiſtri in Italia autem vbi ingenia vigent, inter laicos tit. domini habetur in maiori honore,quàm tit.magiſtri,vt videmus Romæ & alibi.vide Felyn.in c.j.de magiſt. in fi.Barba.in c.ex literis.col.iiij.de conſtit. ¶ Tertiò non ob.dum adducũt illud Eccleſiaſt.xxxviij.in princ. quòd refert Ioan. Montolo. in promptuario Iuris.in verſ.medicus,videlicet,honora medicum propter neceſsitatem. Quia reſpondetur quòd ſaluator cuius potior eſt authoritas, in primis præmittit quærendum regnum Dei & iuſtitiam eius. vt ſ. probaui. præterea ſi ratio

quare

quare debet medicus honorari,est necesſitas,ergo habẽs exercitium magis neceſſariũ quàm ſit medicina erit præhonorandus medico,prout eſt molẽdinarius,licet ſit fur.ſecundũ Fulg. in l.Iulianus.in princ.col.ij.de act.emp.idẽ de ſartore dicit gl. inſtit.de rerum diuiſ.in §.ſi tamen alienã.in ver. ſiue ipſe.item quandoq; etiã fœnerator ſine cuius ſuffragio multi ſæpe perirent.Bal.in c.j.col.j.de iureiur.Barb.lib.iiij.cõſi.viij.illud.col. vj.Bald.in l.j.col.iij.C.de ſum.Trin.pro quo Hoſt. in ſumma de vſu.§.qualiter.circa fi.dicens quòd imperator propter mundi neceſsitatẽ non potuit vſuras in totũ tollere, eſſent præhonorandi:quia eorũ exercitiũ ſit magis neceſſarium, quàm medicina,quia nõ eſt opus ſanis medico.Lucæ v.Regimen caſtitatis:colũ.ij.allegando Galenũ iij. Tegni:quia omnia ſana ſanis. Panor.c.ad vltimũ.de homici:col.pen.& malè faciunt ſani viuendo medicinaliter.Innoc.Ioã.Andr.& Card. in cap.tua nos. de homic.refert Ripa in tract.de peſte, char.lxxx.num.clxiiij. quinimò agricultura eſt magis neceſſaria quàm medicina, vt Cicero de Senectute circa med. Rodoricus in Speculo humanæ vitæ.cxxj.Corn.lib.j.conſil.clv.quanquam.col.ij.Rippa in tract.de peſte, chart.xliij.& ſeq.vbi enumerat plura priuilegia agricolarũ.facit Gilbertus in j.Oeconomicorũ.c.ij. & in quæſtionibus ibi poſt ſecundũ librũ,char.iiij.& ſeq Codrus ſerm. viij.incip.Philoſophiæ.vbi etiã de vita paſtorum:item Romæ militia & agricultura potiſsimè exercebantur : opificiũ enim Romanis prohibebatur.Vdalr.in l.ij. ff.de origin.iur. col.vij. pro quibus Philoſophus iij.Politicorum:Optima ciuitas non fert vtilem artificẽ ciuem refert Baptiſta Pius in annota. poſterior.c.xxvj.hinc tantum eſt agricultura priuilegiata, ſecũdum Mancinel.in ſermonib.lib.j.tit.j. & priuilegia eius enumerat Rippa vbi ſ.& Io. Montolon.in Promptuario Iuris.char.xvj. in verſ.agricola. & in bona patria ſi quis habeat tot agros qui mereantur ſolicitudinem domini etiam ſi ſit aduocatus, plus lucrabitur in illa ſolicitudine,quàm in aduocãdo.Item & medicus quàm in medendo.& frauda terrã,lacera,viola, fac quicquid vis,ſemper fertilior & iucundior erit ;& rem Deo & reipub.gratiorem efficies.item Ariſtot.in Politic.quẽ poſt Card. in c.quoniam.col.iiij.xv.diſt.ſ.retuli,in decima ratione adiutorij,non poſuit neceſſarium medicum. Sed bene in republica dixit neceſſarios iudices & agricolas. præterea authoritas Eccleſiaſtici non iubet Legiſtæ, patet, quia ibi poſt medicũ, idem

 dicitur

dicitur de vnguentario, cui tanta veneratio deberetur prout medico, quod est absurdum. ¶ Quartò non obst. dum irridet Legistas de libris cautelarũ prout etiã Lancel. Politus in tract. de offic. aduoc. char. fin. quia respondetur quòd & ipsi tales habent: vt libro de cautelis medicorum per magist. Gabriel. Zerbum Veronensem, qui nihilominus vnã omisit, quam pudet referre. traditur à Iacobo de Forliuio in secunda primi. in secunda de vrinis. c. j. super illo tex. Auicen. scias autẽ quòd vrina quanto plus eam tibi approximas &c. Item & nónne Theologi superius tradunt cautelas: est enim cautela euitatio deceptionis cum diligenti attẽtione: secũdum eundem Gabrielem in dicto libro. vel est propriè consideratio rerũ futurarum, vt Vincentius Cingaul e in consi. de alienatione iurisd. charta vij. ¶ Quintò non obst. dum etiã nos irrident de quibusdam gl. exponentibus vocabula leuia vel inhonesta, quia respondetur quòd licet videantur leuia idiomati nostro Italico, nõ sic Teutonico vel Anglico, cui propter diuersitatem cum suo vulgari oportuisset recurrere ad aliquod vocabularium. & ad illud de auribus respondet Barb. in c. ex tenore. iij. not. de for. compet. de inhonestis etiam oportet quãdoq; loqui, vt expresse se excusat Auicenna xx. fen. iij. canonis, dum loquitur de magnitudine virgæ. & ibi facit vnum capitulum excusatorium. & verba Auicenæ declarat Præpos. in c. fraternitatis. col. xij. de frig. & malefic. ¶ Sextò non obst. authoritas Ciceronis appellantis Leguleos. credebat enim, vt Politianus in Lamia, col. pen. esse scientiam fungină, vt vna pluuia statim procreetur: quia clarè respondet Vdalr. Zasius post repetit. l. ij. ff. de orig. iur. in epist. incip. Laur. Valla, quòd quandoq; malum dicebat etiã Cic. de amicis suis, & de pluribus aliis, vt congerit Longolius in sua defensióne habita Romæ incip. quòd. chart. xvij. & seq. dicã in v. limitatione. qđ sit tenẽda cõmunis opin. Et fuit Stoicus Philosophus & Iurista eximius, secundum Bol. in l. j. §. ius naturale. el ij ad fin. ff. de iust. & iur. & Cicer. quantũ extollit leges in suo tract. de legib. & alibi dicit ipse, quòd iuris ciuilis cognitio semper summo in honore fuit. refert Practicus Pap. in forma interrogatoriorum. ante fi. gl. j. cuius difficultas ibi de varietate statutorum ita procedit in medico in diuersitate complexionum & aëris & modo viuẽdi ægrotorũ: sed discretus & sapiens omnibus se accommodat. ¶ Septimò non obst. quod adducunt Moder. in apostil. Barb. in c. cæterũ, col. vj. de iuram.

cal.in c.clerici.de iudic. ꝙ de corruptibilibus nõ habetur sciẽtia,sicut sunt leges quæ quotidie mutantur.c.nõ debet.de consang.& affin.vt irridet Codrus serm.j.est in opere, char. xxvj. Mirabilis liber Prophetiæ char.xxiiij.c.xxx,dixi in quæstione quòd ob adulteriũ relicta prima liceat aliam vxorem capere: & dicũt Moderni esse cõcludens argumentũ.Sed respondetur quòd sequeretur quòd Theologia esset sciẽtia attentis prædictis,quod est falsum. Secundò cùm nihil sit sub cœlo stabile & incorruptibile.Boetius de Cõsolatione lib.j.metro v. ò stelliferi &c.& lib.iij.metro ix.ò qui perpetua.quem refert Panor. in procem.ad rubr.de iud.cũ omnia corrumpantur. Claud. in Monarchia Franciæ.lib.j.c.iij.Bald.in l.si viua matre.C.de bo. mater,& præfati Moder.in postillis.Barba. in c.si quando. col. iiij.de rescript. Ergo sequeretur quòd nec de cœlo,nec de his qui sunt sub cœlo posset haberi scientia. facit, quia secundum Philosop.iij.de Anima.Nihil est in intellectu , quin prius fuerit in sensu. Sed sensus & quæ sunt in sensu sunt corruptibilia, vt frater Greg.serm.funebri.xxiiij.educ Domine.& serm. xix. sicut ergo &c. Tertiò respondetur quòd Legista principaliter considerat de stabilibus,vt de Deo.Boetius vbi s.item quia iustitia est constans & perpetua volũtas &c.l.iustitia.ff.de iustit. & iur.Et si Moder.ibi,& instit.eod.super verbo, constans, vidissent Doct.& Cardin.in d.c.non debet.ij.not.& Imol in iij. Bart.in trac.testamẽtorum.char.v.c.prudentia est,vt Aristot. Ponzinib.in d.tract.de Lamijs & excel.iuris.col.x. versic.non obst.quòd sit variabilis.vbi accommodant aliam solui. & Fortun.quem paulò s.in tot locis allegaui tenere, quòd lex naturalis & diuina est eadem & immutabilis, non tantùm considerent in illo argumẽto. & si medici darẽt medicinas in illa dosi quam dabant antiqui, nescio quæ corpora sufficere possent:ergo nec eorum scientia est stabilis,si scientia est,nisi velles dicere quòd omnis scientia mendax,vt mititur Codr.serm.vj. Iam quindecim.char.iiij.& seq. ¶ Octauò non obst.quòd medicina sit scientia,vt frater Isidorus in loco prædicto.tit.x.quæst. x.col.xj.Et plura pro ea cõgerit Erasm.post suum Encomium Matrimonij.Marcilius Ficinus in epist.charta xij.xiij.xxj. & lxxxiij.vbi chart.lxxxiij.plura.Et de laudibus philosophiæ.& char.xcv.dicit ꝙ gignit sapientiã,licet cum diuitiis & fortuna non cõiungatur, vt per eum chart.clxxxvj.sed bene copulatur cum legibus.& dicit Gand.in rubr.de aliquibus quæstionibus

variis.colũ.fin.quòd res defendunt aduocati,corpora medici, animas defendit Ecclesia.Item medici sunt doctores,& consequenter in dignitate approbata. Petr.de Lesnaudiere in tract. de Doctorib.iij.parte.quæst.xxxj.& lvj. Bonus in tractatu de nobilitate.iij.parte.num.clv.& seq. Econtrà plures dicunt malè de Legistis,vt Nicoletus Verine.in quæst.de præcedẽtia Doctoris & Medici, quam ponit initio Burleus super physica.
78 †Quia respondetur ex prædictis quòd est ars. secundo respondetur quòd dato quòd esset scientia, est eo modo quo Homerus etiam fabrum lignarium scientem dicit. & refert Politianus in Lamia. col.iij.& melius dico quòd & si sit scientia, non tamen propterea debet præferri legali, vt statim dicam.& qui eam laudant,bene faciunt:sed non propterea legalem contemnant,quoniam hoc viliũ est, secundum Hieron. Codrus serm. xiij.char.iiij.& facit Nicoletus & alij obloquentes de Iuristis, ob quod adeò detegũt se habere malam linguam quòd nemo dictis suis credit.Item plures obloquũtur etiam de medicis vt Plinius de naturali historia lib. xxix.cap.j.Sidonius Apollinaris & Seneca, quos refert Polycraticus.& eos omnes Lucas de Penna in rubr.C.de profes.& medic.lib.x. Morus in Republ. Vtopię,char.xix.& de eis meminit Ripa in trac.de Peste,char. lxxv, num.lxxiiij.Moder.in tract.de malis siue ignaris medicis,& Petrarcha cõtra malos medicos.& Gallicus in,Les abus du Mõde.post medium,vbi latè.& aliqua cõtra eos tradit vbi suprà Politianus. Rodoricus in Speculo humanæ vitæ, capit. xxxij.Rosarium Busti lib.ij.serm.viij.litera q.col.ij. & xxix.litera m.col.penult. nunquam mihi placuit iste modus vituperandi vnam pro laudãdo aliam.Codrus vbi suprà.& ibi chart. ij.plura contra medicos nec iurgandi. Lancel. Politus in tract. de offic.aduoc.in rubr.de prudentia.char.penul, quia iuribus & non iniuriis certandum est.l.quisquis. C.de postul. Portius insti.quib.mod.tutel.fi.col.iij.facit l.j.C.si quis imper.maled. ad quam Hadr.Papa noster in Quodlibetis.q.vij.col.pe.& q. xj.c.ij.vt clarius col.ij.Bauerius in §.item furiosi.col.ix.insti. qui test.fac.pos. Isernia in feudis.in rubr.de statutis contra libertatem Ecclesiæ.in versicu.satisfactionem.vlt.col.facit Dodus in Apologia contra defensores strigarum,char.xxxiiij.&, Labia stulti immiscẽt se rixis,& os eius iurgia prouocat.Amedeus de Amicitiã.chart.iiij. latè Gilbertus post Philosophum lib.ij.Oeconomicorũ in quæstionib.chart.iij.est enim malum

signũ quãdo quis vult se maledictis defendere.c.j.§.j.de schis. lib.vj.Spec.in tit.de aduocato.§.iam nunc videndũ.col.ij.ver. verum si aduocatus videatur.nam facit hoc quãdo videt se succumbere vt prouocãdo ad irã turbetur, vt nesciat aduersarius quid dicere.Et dicit Aristo.j.Elenchorũ,ꝙ ista est vna cautela sophistæ.refert frater Lud.de Veritate contrit.char.cix de ira, quòd impediat & obnubilet ratiõné.in fin.Sed hanc cautelam damnat tanquam diabolicã Rosarium Busti lib.ij.serm. xxix. litera a.col.fi.& per totũ illũ §.est char. cclxxxvj. frater Tho. Illyricus de Potestate Papæ.char.ciiij. vbi char.cxviij. inuehit contra medicos.tamen Archiepiscopus Florẽtinus in iij.parte summæ.ti.vj.c.ij.§.dicit ꝙ esset licita quãdo quis esset certus de iure suo,& alter sua sciẽtia & cauillationibus vellet offuscare.pro quo Purpuratus in l.edita.C.de eden.num.xix.& seq.facit illud Apostoli quod refert August.quem etiã refert Petrarcha epist.xlix.altissimũ.ante fi.dum dicit, nõ in contẽtione & æmulatione:sed induimini dominũ Iesum Christũ. facit Ioan. Montaigne in tract. de præcedẽtia sacri regij consistorij. dum detestatur ambitionẽ, propterea frater Syluester cõtra Lutherũ.chart.clviij.versi.deficit:quintò dicit se omittere illius detractiones & maledicta,ne videatur similis sibi. pulchrè Gell. lib.vj.c.xj.cũ inquinatissimis allegãdo Q.Metellũ Numidicũ hoc idem dixisse.& licet faciliter quilibet possit talẽ cautelam euadere vtendo patiẽtia, tamen per prædictas authoritates poterit eã retorquere in caput illa vtẽtis, scilicet dicẽdo & probãdo ꝙ hoc faciat,quia nequeat ius suũ tueri. posset etiã responderi vt refert Plutarchus in vita Marij eũ respõdisse in simili Põpilio.Si eximius es doctor,coge me inuitũ ad tecum excandescendum. faciũt pulchra responsa Diogenis qui maledicẽti sibi nõ respõdebat,quia cõtẽdere nolebat in his in quibus qui obtinet vilior reputatur.& quia illi nõ posset respõdendo tantam dehonestatẽ afferre, quãtã ipse sic loquẽdo sibiipsi inferebat, & ꝙ oportebat sapientiã ab insipiẽtibus impugnari. Esse enim meliorẽ indicat lingua mala quẽ carpit.Et Socrates dicebat,Si asinus me calce percutiat, nunquid eum in iudicio conuenirem? Xenocrates verò respondit,Vt tu linguæ tuæ, ita ego aurium mearũ dominus sum.Quis enim non potest cogi præcisè ad irascendum, prout nec ad transglutiendum cibũ. Ioan. Selua in tracta.de iure.co.viij.versicul.v.ita hinc vulgus dicit, quòd cõmune Venetorum compellere nequirit vnum asinum

ad bibendum. cui enim dubium quòd boni medici sunt valdè laudandi? Bal. in c. cùm omnes. col. fi. de constit. & necessarij ad abbreuiandum ægritudines & iuuandam naturam: licet non sit in medico semel liberetur vt eger. gl. in l. illicitas. §. si medico. ff. de off. præsi. in c. ad aures. de æta. & qual. Spe. in tit. de aduocato. § nunc tractemus. versicu. quia dubius. licet ipsi multa promittāt infirmo & bene. quicquid dicat Ripa in tract. de Peste char. lxxix. col. j. vt intertineant eum spe, & non leue salutis iudicium, est spes langútis. Amedeus in dialogo de Amicitia. chart. iiij, iuxta illud, Victiq; resurgūt, Quósq; putes nūquam posse iacere cadunt. Præpos. in c. tanta. col. iiij. qui fil. sint legit. qua duce morituros viuere vidi, dicit Aesopus. hinc, promittunt medici, tractant fabrilia fabri, vt Hier. quē refert Zerbus de cautelis medicorū chart. viij. col. ij. Barb. in c. clerici. col. ij. de iud. in c. prudētiam. in fi. princ. de of. deleg. in c. Ravoutius. col. pe. quia sanat solus langores Deus, vt exorditur Mesue in lib. Medicinarum particularium. in lib. meo est char. lxxxvj.

¶ Nonnō nō ob. quòd ipsi sunt philosophi cuius ratione præcedere debét, cùm sit sciētia vera quę inuestigat res per causas. Sed respondetur quod Philosophi ab vrbe expulsi sunt, vt Politianus in lamia per senatusconsultū. Codr. serm. j. chart. xxj. 79 & seq. & serm. v. chart. iij. †Secundò respondetur quòd etiam Iuristæ sunt philosophi. l. j. ff. de iust. & iur. Et præsupposito quòd sit scientia, tamen scientia Legalis est dignior: quia non solum sciētia, sed & sapiētia, quia de Deo, vt Luc. de Pena. in l. j. C. de stud. liberal. lib. xj. col. v. & vj. Bart. in tract. testimoniorū. cha. v. c. prudētia est, vt ait Arist. vbi declarat quid sit sapiētia, scientia, & quid prudentia. dixi s. præterea etiam si remaneat in puris terminis scientia adhuc est dignior. Nam vnaquæquē scientia est dignior altera vel ob nobilitatē subiecti, vel certitudinē demōstrationis. Philosophus in proœ. de Anima, quē referunt Nicoletus & Natalis de Montesauro in locis ante dictis. Bo. in tract. de nobilitate part. ij. nu. xxvj. Bol. in §. ne autē. in proœ. ffrorum. Quantū ad subiectū. de subiecto medici secūdum Natalem vbi s. & Rosariū lib. ij. serm. xxix. litera n. ad fi. vbi in antecedētibus declarat in omni scientia quod sit eius subiectum, & quomodo cognoscatur. Natalis vbi s. & Achilinus in tract. de Physionomia, dum agit de eius subiecto. & quotuplex sit, clarè Alber. in proœm. ff. veter. chart. j. sicut finis medicinæ est corporis sanitas: ita finis legis humanæ est mētes hominū facere

cere & conseruare sanas.Barb.in c.cùm tanto col.x. de consue. Ioannina col.lxxx.Fortun.de vltimo fine iuris.col.ij. & per totam char.& ibi col.xix.allegat.j. Polit.quòd qui Ius Ciuile instituere debet,de anima quoque sciat oportet. & in l.j.§. huius studij.ad fi.ff.de iusti.& iur.allegat.j.& hic quòd proximus finis legum est animi sanitas.& ibi in §.ius naturale.col.viij. allegat hoc tenere Plato.sed bona animæ sunt maximè bona.j. Ethic.vij. Polit.frater Gregor.Britan.serm.funebri.xxv. spiritus.Anchar.verò in reg.possessor.col.ij.dicit,quòd ciuilis consideratio solũ tẽdit dirigere actus nostros in pace & ciuili amicitia,quæ secundum Philosophum viij.Ethic.videtur ciuitates continere.& sic ad charitatem quæ potissima est, dirigere animas in cœlum:ad quę sine ea nemo transit.vt s.dixi cõtra partialitates.facit Ropelus in Monarchia,charta.viij.colum.iij. & chart.xiiij.col.ij. Et sic patet subiectum iuristarũ esse dignius subiecto philosophi: quod indubitanter procedit respectu iuris canonici,quod cõmuniter profitetur omnes Legistæ. nam sine eo parum valeret,vt Rom.quem j. referam.& Ius Canonicum omnes antecellit, secundum Fortun.vbi s.col.v. Hosti.in summa.col.vj.& x.Isernia in proœ.feudorũ.q.j.col.iiij. & seq. & q.vj.col.fi.Rosariũ Bust.d.litera.in col.iij.dicens,quòd sciẽtia canonica est scientia scientiarum, & excepta Theologia est aliis scientiis præponenda, quia est à Deo,ipsam specialiter inspirante: non sic in philosophia, quæ licet sit à Deo eo modo quo diximus à Deo omnia esse:hoc tamẽ est mediante natura. ita frater Alex.de potestate Ecclesiæ. tract.j. & tract.ij.c.iij.& c.iiij.& dato quòd esset à Deo, non tamen per ora principum, prout lex.& sic per tam dignos ministros.& idem frater Alex. in d.c.iiij.ante medium. plura adducit pro spiritualitate cõtra temporalitatẽ.& c.viij. col.antep.faciũt quæ s.dixi in j.ampliatione,& in v.limitatione ad illud quòd sit tenenda communis opin.allegando Fortunium in tot locis tenere quòd omnis lex debet esse similis legi diuinæ. ergo cùm sit fundata & demonstrata per authoritates Spiritussancti,cui dubium quòd est certior demõstratio,& sic dignior per secũdam rationẽ Philosophi,de qua s.quàm philosophia quæ vadit per rationes & argumenta hominis; quorum quòt capita tot sententiæ, vt inquit Comicus c.quia diuersitatẽ.de elect.gl.in c.super literis. de rescript.mile hominũ species, & rerũ discolor vsus.velle suũ cuique est,nec voto viuitur vno.gl.in l.Barb.in verb.fecisset.ff.de

 offic,

offic.præt.vide plura exempla in annotationibus variis, chart. ccj.per Iacob.Bono.in prælectione ad Boetiū, incip.constitueram.nam vnus non vult quicquam decernere,sed solùm inquirere,vt Phauorinus,qué refert Gell.lib.xx.c.j. alius.& lib.xj.c. v.quos.quòd est semper sperare discere, & nūquam ad scientiā veritatis peruenire,vt j.dicā. & tamen est longè facilius dubitationes mouere,quàm soluere. Aret.consil.xiiij.viso.col.viij. in fi.primi dubij.cum sim. vt dixi in determinatione quæstio. An sit vtilè nubere.alius non vult credere , nisi quod expertus est Auerrois.viij.Physic.colū.iiij. alius nisi quod videt vel sentit:& tamen sensus qui certiores sunt,vt visus,& auditus. Bald. in prœ. Greg.colum.iiij. sunt quandoq; fallaces,vt Dodus in Apologia cōtra defensores strigarū, chart.iiij.& xxvj.conclusione vij.quomodo ergo ita certitudinaliter demōstratur,cùm sint à ratione naturali, & sic à principio creato: sicut probationes sacræ scripturæ,Canonum & Legum quæ sunt immediatè à principio increato:id est Spiritu sancto. Cyprianus Venetus in tract.de Anthoritate Rom.Ecclesiæ. char.ij.& iiij.facit frater Luc.Viualdus in opere Regali, char.cj.ij.not.vbi dicit etiā quòd sciētia diuinarum scripturarum præponitur Metaphysicæ.hinc dicimus quòd argumentum ab authoritate diuina vel humana in virtute Dei est fortissimū:si solùm ab humana , debilissimū.Syluester contra Lutherū.char.clvj est lib.ij.c.x.vbi char.ccxiiij.dicit,quòd nō tenemur reddere rationē de fide,& charta.lxxxix. & ccv. & ccxxxij. cclxviij.contra Lutherū.pag. dxxxviij.adducit illud not.dictū August.cōtra epistolam fundamenti, Euangelio non crederem,nisi me authoritas Ecclesiæ chatolicæ commoueret.& contra spernentes authoritates antiquorum,Gell.libr.v.c.xxj. plurima. plus dicit Papa Pius epist. vij.in opere.est char.lxvj. quòd vana est argumentatio sine diuinæ legis veritate & testimonio. Et discurre libros Theologorum, & libros Legales , nihil inuenies nisi vnū & idē esse.vt latè probat Vdalr.Zasius in oratione incip.Fabius ille Quintilianus.& Ponzinibius de Lamiis col.iij.versic.iiij.quia subie-
80 ctum legalis scientiæ.† quid enim aliud laborant Legistæ nisi vt obseruentur præcepta Christi? Mar.x.ante medium. Et prædicta sunt de mente Alexand.des Hales.j. parte summæ.q.viij. & Scoti in prologo.Rosar.Busti lib.serm.xxix.litera n.colū.v. Bon.in d.tract.de nobilitate.nu.xxvj.& seq.Præterea ratio naturalis vni philosopho vnum suadebit, alteri aliud, secundum

inclin

inclinationes & passiones amicorum, quo effectum est vt se in varias sectas disgregauerint, in Stoicas, Academicas, Peripateticas, & alias penè infinitas. & cclxxx. sectas enumerat Codrus serm. j. chart. xxiiij. post Augustinū. de Ciuit. Dei. libr. xix. vltra tot nunc sectas hæreticorum quas Codrus ibi enumerat. char. xxv. facit Eusebius de Euangelica præparatione, lib. xiiij. cap. j. & sic nunquam fit finis disputādi cum suis distinctionibus. Syluester contra Lutheru, char. ccvij. col. ij. imò sæpe cōsulere dediscunt dum disputare discunt. Marsi. Ficinius in epist. chart. c. vbi chart. xxv. plura ponit de lege & de iustitia, & charta xxvj. quæ sint legitimæ Iurisconsulti partes. & chart. xiij. quòd præstantior est legista quàm sophista. & Gregorius Nazianzenus in tract. de moderandis disputationib. maximè. colū. seu facie xxiij. propterea contra Philosophos plura Lutherus præsertim contra Aristotelem, chart. ccxviij. Fortun. de fine iuris colum. viij. in fine gl. expressa per illum tex. in l. mulier bona. ff. de iur. dot. licet pro eo Auerrois quē refert Barb. in c. cùm olim. col. xij. de lite contest. & in rub. C. qui admitt. col. vj. vbi etiam laudat Iurisconsultos. & colū. viij. Codrus latè serm. v. chart. iij. & serm. vj. chart. ij. & chart. vij. & contra Auerroim in apostillis. Barb. in cap. super literis. col. iij. de rescript. Moder. in quodam lib. incip. quemadmodum. vbi plures authoritates Sanctorum contra Philosophos aggregauit. facit Marsil. Ficinius in epistolis chart. xlij. Seneca epist. lxxxix. incip. de liberalibus, & tribus sequen. Gell. lib. xviij. cap. viij. domitio. Spec. in titu. de aduoc. §. nunc de exordiis. col. vij. versi. vel sic si naturales. Luc. de penna in l. j. col. iiij. & v. C. de stud. liber. libr. xj. Beroaldus Bononiensis in sua declamatione, An orator sit philosopho & medico anteponendus: de qua habetur in declamationibus Quintiliani, chartà. xv. cap. cclxviij. de ea etiam meminit Codrus serm. ij. charta. iij. & est proprium etiam medicorum circa ægritudines variare, vt Viualdus in Opere regali. chart. cj. secundo notando. Et quandoque hoc faciunt studiosè vt subtiliores videantur apud vulgares. Zerbus de cautelis medicorum. in c. de cautela, & interrogando. col. ij. est chart. viij. vnde nec mirum si ob varietatem opi. & disputationes ac argumēta euenit lectori illud in v. fastorū. Vt stat, & incertus quà sit sibi nescit eūdum. Cùm videt ex omni parte viator iter: Sic quoque posse datur diuersas noscere causas. Quo ferat ignoro copiaque ipsa nocet. Et illud, hinc atque hinc vastæ rupes geminique

minantur In cœlum scopuli. Et si vnus adducat concludentia fundamenta, tunc non minus vrentes mittit formica sagittas. Luc. de penna in l. omnes. colu. iiij. C. de decur. libr. x. & hoc est quod de Aristot. conqueritur Ioann. Annius in commento Berosi charta. ij. aliquando vnus vnam alter aliam sectam tuetur, vt Lucanus, quem refert Barbat. in cap. pastoralis. colū. xlviij. de iud. Nanque alij magnum, alij Cæsaris arma sequūtur. & aliquando aliud Lucani, magno se iudice quisque tuetur. Barbat. in Ioannina, col. lxxiij. in cap. licet. nu. v. de foro comp. in c. significasti. colū. pen. eod. tit. vbi quis iustius induat arma scire nephas. & in c. si clericus laicū. col. xiij. addit, victrix causa diis placuit, sed victa Catoni. raróque firmant anchoras vt per eum in c. quòd clericis. col xvj. eod. tit. de foro comp. vt in tanta ambiguitate nemo sciat quid tenere. At dicet quòd Barbat. hæc adducit contra opiniones legistarum non contra varietatem philosophorum. Sed replicatur: quòd Doctores habent sua principia, id est text. legum scaturiētes ab æquitate & veritate, ad quæ semper recurrunt & fiunt concordes. prout Apostoli Actuum. xv. Sed philosophi obstinatissimè suam sectam vel iure vel iniuria tueri volunt: nec aliam sectam admittere, vt patet ex latè dictis per Lactātium in iij. diuinarum Institutio. vbi per plurima capitula philosophiam detestatur. & Apostolus ad Colossenses secundo. & etiam artes mathematicæ nil conferunt ad pietatem, secundum Eusebium de euangelica præparatione. libro decimoquarto. capitulo quarto. pulchrè Seneca epistola lxxxix. de liberalibus, & duabus epistolis sequentibus. Et volunt omnia sibi probari prout Aristoteles irridens Biliam quòd ille rusticus multa dixit: sed nihil probauit. Barbat. in capitulo proposuisti. columna decimatertia. deprobat. Et tamen ipse non potest omnia probare, vt patet ex glomeratis in Rosario Bustr. libro secundo. sermone ix. litera s. dum agit de curiositate. facit Baptista Pius in annotationibus posterioribus Tullij ad Hortensium. colum. ij. versic. nec ea quæ clancula. vbi irridet Aristotelem, dum dicit Separatur hoc ab hoc. dicens, quod fugit Laurentius Valla. plura contra eundem in sua dialectica. Maxil. libro primo, Vellem quòd responderent mihi ad quæsita Iob. capitul. xxxviij. Propterea Marcus Antonius de Verrona in dict. oratione, chart. penult. allegando Platonem in Gorgia, suadebat scholaribus vt relicta Philosophia tanquam puerili accederent ad medicinam,

cinam, tanquam reipublicæ magis proficuam. Fuit consilium Gellij libr.x.c.xxij. incip.Plato. Et sic Philosophia non habet ita certam demonstrationem,sicut habent Iuristæ. Imò philosophia habet principia quamplura notoriè falsa: vt,quòd cœlum sit æternum, quod est contra illud, In principio creauit Deus cœlū & terram.Genes.j.Item,Cœlum & terra transibunt. Matth xxiiij. Ex quo solo erroneo principio videat Philosophus quot eius propositiones corruant. Et tamen alia plura etiam falsa. Rosarium Busti ij.par.serm.xxix.litera m.colū.iij. frater Isidorus vbi s.lib.j.tit.ix.quæstione vj.Fortunius de fine iuris.col.viij.vers. Non ob.quod vulgares physici. Quomodo ergo potest ex falso principio deriuari vera conclusio?c. principatus.in fin.& c.seq.j.q.j.Philosophus.j.Posteriorum.Bustus in Defensorio montis.char.x.colū.ij.Ant.de Prato in proœm. tractatus de secū.nupt.col.ij.& Syluester contra Lutherū,char. ccxxij. quòd maior debet esse certitudo principiorum quàm conclusionum:quia propter principia nota, noscimus conclusiones. & Cicer.in ij.de Diuinatione dicit. † quòd ex falsis verum effici nō potest.& Bal.in præfatione Decretaliū ad fin.dicit,ꝙ in sciētiis error fundamēti totam massam corrumpit. & Hadr.vj.Papa noster in Quodlib.q.x.chart.pen.litera a.allegando Philosophum, xij. Eth.dicit, quòd vitium principij est corruptiuum,ex quo omnis processio est ex principio. secundum Philosophum, quem refert Angel.consil.cx.sanctissima. col.pen.& vbi desunt principia,deest principiatum.quia principium est potissima pars operis. Barbat.in c. cùm in iure. col. xiiij.de offic.deleg.vbi apostilla,& in c.j.col.iiij.de lit.contest. hinc dicimus quòd tunc perfectè scimus aliquam rem,quando perfectè cognoscimus causam & principium. Philosophus in pluribus locis quem refert frater Greg.Britānicus in serm.funebri.lij.cupio.Codrus serm.vij.col.ij.Ias.in lege & si pepercerit.§.purè.col.j.in l.in suis.colū.v.ff. de liber.& posthu.& hoc sæpius repetit Barb.in variis locis & in locis prædictis.& in c. sedes.col.v. de rescript.dicit post Philosophum,ꝙ circa principia oportet adhibere magnam solicitudinem. Ad hæc igitur aduertens Dominus magister Sebastianus de Aquila leges tempore meo Papiæ Theoricam medicinæ,vidensque infinita principia philosophorū & metaphysicorum falsa esse, & repugnantia fidei nostræ, adeò tamen persuasiua quòd iuuenes de facili trahunt in errorem & hæresim, vt in bulla concilij Lateranen.

tamen.tempore Leonis x.in materia fidei est ix. in ordine meo cùm portauerit discentem credere. Cacialupus de modo studendi,col.xv.in princ.Lancelotus in præfatione ad ij.ff. veter. Purpuratus in præfatione ad primum C. frater Thomas Illyricus in tract.de potestate Papę.char.cxviij.ideo suadebat scholaribus suis vt audirent modicum in theologia,quæ tales errores ab eorum mentibus exstirparet.Et audio quòd nisi ita fiat, Pataüij non admittuntur ad doctoratum in medicina, quòd præsertim est hoc tempore necessarium,quo relicta via S.Thomæ omnes volunt sequi viam Auerrois, quem dicunt melius commentasse & secutum mentem Arist. qui Auerrois est maior hæreticus. & propterea medici antiqui libentius sectabantur S. Thomam, postquam omnino non student philosophiæ, nisi pro quanto est necessaria ad iacienda fundamenta medicinæ.Sed nostri Moderni volunt saperę plusquam oportet, non aduertentes ad illud Augustini audita fama S. Anth. iiij. quòd surgunt indocti & rapiunt cœlum nos autem cum scientiis nostris mergimur in profundum.Facit quòd dicit Marcus Antonius Veron. in d. oratione incip. Euclides. chart. pen. & licet non referat,fuit dictum Gellij lib.x.c.xxij.quòd cùm grandis natu adhuc philosophatur, ridicula res est. Principia autē Legistarum sunt vera & solida.pro quorum probatione vide Rosarium Busti serm.xxiiij.litera m. colū. ij. fratrem Syluestrum cōtra Lutherum,char.xlviij. xxiij.quæstione v.quia nō est modicum probare vnum principium, vt frater Samuel contra fratrem Vincent. chart. j. & Codrus contra illum Dialecticum

82 quem statim referam. ¶ † Decimò non ob.dum dicunt quòd responsa Iurisconsultorum non habēt authoritatem aliquam, sed princeps. vt latè Salom. in repet. §. responsa. instit.de iur. natur.quia respondetur quòd sufficit quòd princeps vel resp. illam authoritatem sibi dederit quæ nunquam data comperitur Philosophis naturalibus. Secundò respondetur quod & responsa prudentium rationabilia licet non fuerint authorizata à principe, seruantur tamen pro lege,vt dicitur de libro Decretorum Gratiani. Item de libro feudorum. Item de c. j. de frig.& malefic.secundum Præpos.ibi col. iij. dum dicit quòd ignoratur eius author.facit Bald. in l.nemo.C.de sen.cum sim. vt dixi circa fin.inuentarij mei librorum iuris.addo Cor. in l. fin.§.necessitate.C.de bon.quæ lib. col.iij. dum loquuntur de exemptis ab imperio Romano, qui nihilominus seruāt leges non

non propter authoritatem, sed propter bonam rationem. Item si legistæ non se interposuerunt in legibus condendis cur est quod ipsi nolunt eas pati quòd allegentur contrà se tanquam conditas à suspectis. ¶ † Vndecimò nō ob. quod dicunt quòd Legistæ nesciunt formam arguendi, quia logicam ignorent, & tamen Stoici dicunt, neminē ignarum dialectices futurum sapientem. Summa Tabiena in vers. logica. in commento Cicer. de Offic. lib. j. est chart. xv. Sed vltra Ponzinibium in d. tract. de Lamiis. col. viij. vers. non ob. quod legistæ. responderi potest quòd logica non ducit ad vitam. c. viuo. & c. omnia. & c. legimus. & seq. xxxvij. dist. Luc. de penna in l. j. C. de stud. lib. xj. & in l. j. C. de profes. qui in vrbe Constantinopol. lib. xij. Spec. in tit. de aduocato. §. nunc de exordiis. col. vj. vers. subtilitas enim immoderata. & vers. seq. & Signor. consil. fin. col. ij. deridet illum qui volebat se ostendere dialecticum. & dicit Bald. in l. j. C. de seniquæ pro eo quod interest. col. ij. quòd non est insistendum in dialecticis, pro quo Alflictus de iure protomiseos. col. ij. post D. August. pulchrè Alber. in proœ. ad suam lect. ff. vet. col. j. Et Salomon. in l. in exercendis. col. j. C. de fide instr. ponit stultitiam illius scholaris qui volebat probare patri quod tria oua essent quinq; quia duo & tria sunt quinque. Bart. Sen. & Texera in l. si is qui ducenta. in princ. de reb. dub. Ias. in l. manumissiones in fin. ff. de iust. & iur. & Codrus dialecticam etiam deridet, serm. j. chart. xx. & Seneca in proœm. declamationum. & epist. xlv. lib. iiij. impugnat sophismata. facit Apuleius de philosophia. chart. iij. Et dicitur in proœ. Augustini Dathi. de laudibus eloquentiæ. circa fin. char. ij. argutiæ sunt sophistarum captiūculæ, dialecticorum laquei, calculatorum & mathematicorum inuolucra, recessus latebræ nominalium, sic enim iuuenes philosophi nuncupantur, qui ad terminos & orationes referre omnia voluerunt minutæ interrogatiunculæ quasi pūcta atq; contortæ quædam quibus effici cōmodius singula sunt opinati: & ibi esset de philosophis realibus. facit Bald. in l. Aemilius col. x. ff. de minor. quòd in realitate rationis, non in ambagibus debet fundari intellectus practicus & substantialis. facit Morus in rēpubl. Vtopiæ. char. lviij. & dicitur Ecclesiast. xxxvij. quod qui sophisticè loquitur, odibilis est. latè Rosarium Busti. ij. par. serm. xxix. literam. col. ij. facit. Linquo coax ranis, crà coruis, vanaque vanis. Ad logicam pergo quæ mortis non timet ergo. facit Petrarcha in triumpho

Famæ. c.

habetur in vita Aesopi,qui negabat comedisse ficus quos bibita aqua calida postea euomuit,& diligenter videre processum, & elicere bene & prudenter dubia elicienda:super quibus si habet collegas, ab eis debet habere consilia. & collationem cum aduocatis partiũ qui debent allegare ne postea possint dicere quòd alia dubia dimisit.ita formaliter Rota in antiquis,decis. dcclxj.sciendum.vbi decis.dcccv.incip.not.dicitur ꝙ nõ sufficit videre processus perfunctoriè,sed bene & perfectè ne incurrat illud Esaię ix.quod refert Hadr.Papa noster in quodlib q.
112 x.col.xxiiij. †veritas enim in omnibus principatũ obtinet, & est à quocunq; præferenda.ij.q.vij.c.quæritur.bene facit Ang. consil.cccxcj.sub aliis.col.ij.vbi dicit,quòd triplex est veritas. Rosarium Busti libr.ij.serm.xxxj.litera l.& sequentib. Decius in c.quoniam contra.de probat.iiij.not.per illum text. & in c. si duobus.col.iij.de appel.Et hoc conari debet quilibet vir bonus & iustus iudex,secundum Hippol.in l.j.§.si quis vltrò.co. iiij.de quæstio.Marian.in tract.de testib. in cap. fraternitatis. iij.char.col.j.cùm ad aliud deputatus non sit.Paul.de Cast.lib. ij.consil.clxix.viso puncto.in prin.Barb.in Ioannina, colũ.lvj. dicens,quòd propterea illam inuestigare tenetur. idem Corn.
113 lib.iij.consil.cclxxviij.viso & diligenter.litera l.subiiciens†ꝙ veritas est mater iustitiæ.do.Alex. de Neuo cõtra Iudæos fœnerantes in consiliis impressis post supplementum Pisanellæ.
Veritas. col.xxxij.allegat Esdræ cap.iij.quòd veritas magna est,& for-
114 tior præ omnibus.& Isidorũ de summo bono,sic exclamã.†O quàm magna est vis veritatis quæ omnia ingenia, astutias, & calliditates superat,quę cõtra ficta simulatáq; figmẽta seipsam defendit,quæ deniq; post Deum collẽda est.Imò Deus est veritas & vita: ergo amanda super omnia.l.cùm ita legatum.ff.de condict.& demonst.quia est mater iustitiæ. Bal.in l. libertum. ff.de stat.hom.& in consi.schismati.in princip.& est vera entitas.Bald.in l.scire leges.ff.de legib. vbi Modern.in apost. plura glomerant prout etiam Bertach.in repertorio, in versic. veritas.Cæpol.consi.lv.vnus filiorum.col.j. Barbat.in Ioannina, col.clxiiij.versic.xiiij.& Ang.in l.ab antiquis.C.de testam.allegat illud Scæuolæ, Veritati semper locum fore.& dicit Afflictus in decis.Neapol.ccliij.duo regij.col.ij. quod vbi opponitur de stylo potest replicari de veritate, pro quo facit Albericus in Dictionario,in versic.veritas.dicens,quòd Christus dixit, Ego sum veritas: non autem dixit, ego sum consuetudo.

facit

facit Cyprianus Benetus in tract. de authoritate Romanæ ecclesiæ.chart.vij.allegando Isidorum in cap.consuetudo.j. dist. vide pulchrè Codrum serm. vj. vbi de modo eam inueniendi secundum philosophos. Et Claud.in Monarchia Franciæ,parte ij.cap.xiiij.dicit,quòd † veritas bene demonstrata & susten- 115
tata semper vincit : quia nullo modo tolli nec lædi potest.Anchar.in reg.possessor.col.xiij.& licet vulnerari, nunquam tamen mori potest. Alber.vbi supra per text.in cap.ne quis.xxij. quæst.ij.qui mihi non probat.facit Lancel. Politus in tract. de offic.aduocati.in rubr.de prudentia.circa medium. & † potius 116
debet iudex permittere scandalum,quàm veritatem relinquere.Hadrian.Papa noster quodlibet.j.est chart.vj.colum. iiij.& quodlibet.iij.chart.xxix.col.iij. facit liber Mirabilis prophetiæ.char.xl.per Hieronymum Beniuenium.Non enim est veritas immutanda propter subtilitatem Doctorum.l.in rebus.C. de iur.dot.not.Alber.in l.j.C.si vt se ab hæred.absti.Et adiuuãda est,& non cum ingenij subtilitate laceranda. c. cùm æterni. de re iud.lib.vj.cum aliis pluribus similibus:vt Calcan.cõsi.j. col.j.Et debet iudex veritatis probationes ampliare, & eis fauere vt saluæ sint iuribus allegatis per Hippol.in l. j.§. si quis vltrò.col.iiij.ff.de quæstion. † Et iram Dei supra se prouocat, 117
qui veritatem opprimi prospiciens,eam pro viribus nõ defendit.xj.q.iij.c.quisq;.& c.nolite.Hadriã.Papa noster in Quodlibet.q.xj.litera f.Scrutiniũ chart.ij.vbi char.iiij. dicit,ꝙ non solùm est proditor veritatis,qui palàm mendaciũ dicit:sed qui liberè veritatem non defendit. vbi plura in char.seq.& charta cxxxiij. vbi dicit , quòd veritas falsitate aliquando oppugnari potest , expugnari verò nunquam : quia veritas omnia vincit. gl.in verbo,iniuriarum.in fi.in cap.consuetudo.lxxx.distinct. Hostien.in cap.in audientia.de senten.excommunic.& veritati omnia cedunt.cap.fraternitatis.de frigid.& malefic. & veritas super omnia est amanda.l.si cui ita legatum.ff. de condict. & demonstr. Alexand.lib.iiij.consil.lxij.in Christi.in princip. & in paucis consistit,nec desiderat verborum adminicula.Barbat.lib.j.consi.lxiij.col.ij.Aret.consil.cxlix.paucis.cap. nõ mediocriter.de consecrat. distinct.v. capit.odi. xxiiij.quæst,j.l.j. C.si vt se ab hæred.absti.Propterea dicebat Lactan.in iij.quòd Deus hanc rei voluit esse naturam , vt simplex & nuda veritas esset luculentior : quia per se ornata satis est.Ideóq; ornamentis extrinsecis additis fucata corrumpitur.mendaciũ verò spe-

cie placet aliena.refert Erasmus j.parte prouer. cclxxxvj. & ij. parte prouerb.etiam cclxxxvj.putre salsamentum amat origanum.hinc dicimus veritatis simplex oratio.superuacuò igitur quęrenda est egregia dicendi persuadendiq; vis aliqua,sed per se purus nitidúsq; sermo.In laborata pictáq; putetur dubia veritas ipsa. qui autem illam impugnare vult, talis inuadit vtcunque potest. qui autem veris aggreditur rationibus,re vera semper expugnat:debétq; iudex illā inuestigare, vt dixi etiam per dissimulationem,exemplo Salomon.in cap.affertè.de pręsumpt.de quo Paul.de Castr.in l.sciant.C.de probat. Ias.in l.si is qui pro emptore.col.lj.de vsucap.& Caroli Magni, quem supra retuli in sexta ratione partis affirmatiuæ de bono prolis. facit l.obseruandum.in fin.ff.de offic.præsid.gloss.in cap.quomodo virginibus.xxxj.quæst.j.Decius consil.clj.col.xij. Hippol.in l.de minore.col.iij.ff. de quæst. vbi loquuntur de dissimulatione iudicis.& singul.clxxvij.malitiis.Decius in l.ea est natura.ff.de reg.iur.Et dicit Bald. in rubr.de probat. quòd iudex debet facere vt medicus. pulchrè Barbat. in capit. si sacerdos.col.iij.de offic.ord.Anchar. in regula, possessor. col.xiij.
118 est circa fin.j. quæst.& circa fin.iij.quæst. †Et quòd iudex debeat inquirere veritatem per plura, & pulchrè tradit Paris de Syndicatu.in versic.sententia.§.restat.est col. penult. versic. & aduertendum.quod dictum est charta lxxvj. Paulus de Castr. lib.ij.consil. cccij.ego Paulus.vbi dicit quòd iudex debet toto
Contra calumniosos. posse defendere veritatem, & eam iuuare quando ipsam manifestè comprehendit,& resistere calumniis, & punire periuros, & mendaces,in eis onus probationis transferendo. Idem Barbat.lib.ij.consil.xlvij.incip.præclarè.Anchar.consi. cccxvij.in causa.in primis verbis.Lucas de Penna in l.quotiens.C.de naufrag.lib.xj.Et propterea dicunt Doctor.in l.ij. C.de eden. vbi
119 Ias.iiij.col.†quòd testes debent iurare & deponere pro vtraq; parte,& si recusent redduntur suspecti. pro quo Bald. in l. peremptorias.col.fin.C.senten.rescin.non poss.quem sequitur Rinald.in l.si de certa.C.de transact.col.j.facit Maria in cap. fraternitatis.de testib.colum.penult.versic.xlix.si per alteram. vbi Felyn.colū.x. Bartol.in l.si duo patroni.§. idem Iulianus. colum.penultima,de iureiuran.Bald.lib.iij.consil.clx. factum. in fin.colum.ij.Curtius in authen.hoc sacramentum.eolum.j. C.de iuramen.calum.Ang. institut. de his qui sunt sui vel alie. iur.in fin.Alexand.in l.j.circa finem.C.vt quæ des.aduoc. iud.
suppl.

suppl. Et per authoritates prædictas saluatur id quod aliàs vidi practicari: nam reus contra actorem exhibuit libellum reconuentionalem, iuxta materiam in auth. & consequenter. C. de senten. & interloc. & titulū extrà de mut. pet. quando actor voluit probare intentionēsuam, & fecit iurari testes dato termino reo ad exhibendū interrogatoria, ne aliàs examen esset nullum. Practicus Papié. in forma iuramenti testium. in glos. in verbo, citati. reus reproducit libellum suum reconuentionalem loco interrogatoriorum super quo petit testes aduersantes interrogari. Caue tamen, quia sic reproducendo videris renuntiare oppositioni contra personam testium, quia videris eos approbare. Innocen. & omnes in cap. præsentium. de testib. Lanfr. in repetit. cap. quoniam contra falsam. in versic. testium depositiones. col. xij. vers. sed pone testis. contra est no tàb. liij. Et quòd possint interrogari etiam de recōuentione, seu exceptione competente reo, Specul. in titu. de teste. §. iam de interrogatoriis. colum. iiij. versic. in summa. Hippol. in l. de minore. §. tormenta. col. ij. versic. vlterius circa. ff. de quæstio. vbi si testis producitur contra me, ego eundem produco contra partem, prius examinabitur expensis partis cōtra me, postea expensis meis pro me, dicens hoc verum quando super diuersis articulis: sed quando super articulis vnius partis, debet veritatem pro vtroq; dicere. & hoc videtur obseruare curia Romana, vt colligitur in formulario aduocatorum ccv. vbi ponitur forma interrogatoriorum. hinc aliàs dicebam non placere illam practicam qua vtuntur examinatores testium: quia si adiunctus vult interrogare testē super materia de directo contraria, nolunt quòd testis respòndeat, quasi sit tale interrogatorium impertinens. & dicūt: faciat pars aduersa capitula, & probet si vult: nam vt patet ex præmissis, testis debet respondere pro vtraq; parte. Ergo debet etiam deponere ea quæ scit de materia de directo cōtraria capitulis producētis. Non obst. quòd esset iniquum sic facere: nā pars mea aduersa ex quo semel produxit si ille testis aliquid dixerit contra eam, non poterit impugnare, quia videatur eius personam approbasse. Inn. in d. c. præsentium. & Lanfr. vbi s. Quia respōdetur, quòd quantum ad personam, fateor contrarium: sed sibi imputet si producit testes inhabiles quantum ad dictum respōdeo, ꝙ nihilominus poterit impugnare: quia nō videtur approbare id quod ignorabat, scilicet ꝙ deberet deponere cōtra eam.

Henric.Boich.in d.c.præsentium.col.j.& sentiunt omnes dum dicunt ibi de suspicione nouiter superueniente testi. & Innoc. met ibi ante fi.& sequitur Bal.in Margarita. in verbo testis. in fi.col.vij.versic.protestans contra testes. sentit quòd circa hoc non dicitur approbati.Nõn obst.Io. And.ad Specul. vbi suprà col.ij.quem sequitur Albericus in tract.de testi.chart.xiij. sub rubr.de interrogatoriis.col.j.vbi si capitula sint de mutuo, nõ debent fieri interrogatoria de solutione, sed debeo facere nouum capitulum. Quia responsio patet ex dictis Aret.in d.l.ij. C.de eden. limitantis hoc non procedere quando solùm iurauit testis super illo articulo de mutuo facto per producentem, & adiunctus interrogabat testem,nunquid conuentus reddiderit eidem pecuniam mutuatam.dicit enim Aret. quia non erat iuratus,de hoc non tenetur respõdere. Imò si responderet,non crederetur.Secus autem secundum eum,quando testis iurauisset super tota causa:quia tunc benè procederet eius opi.& aliorum s. relata, etiam si pars daret postea articulos super quibus vellet dictos testes examinari.Fely.in c.de testib.col.fi.de test. & vtraque vel altera parte petente,debet testis iurare super tota causa.Felyn.in c.per tuas.colũ.pen.de testi.& in d.c.de testibus.col.fi. eod. tit.dicit quòd in dubio ita præsumitur iurasse, post Imol.quem tamen aliter refert Lãfr.in d.c.quoniam contra.in vers.testium depositiones.col.xiiij.vers. quæro nunquid istud.& idem quod Felyn.tenet. Ang.in l.si quis libertatem.§. quotiens.in fi.ff. de pet.hæred. & est de mente Lanfr.in princ. d.gl.testiũ depositiones.Idẽ volunt Alberic.& Alex. quos ibidem refert Ias.col.pen.in l.si duo patroni.§ idem Iulian.de iureiur. Aduerte tamen, quia hoc iurare super tota causa potest esse commodum & damnum producentis. Marianus in c.fraternitatis.de testi.col.xxviij. est in fin.vij.articuli principalis. commodum patet,si deponant aliquid pro eo extra articulum: damnum, quia publicatis attestationibus non possunt etiam super diuersis articulis amplius testes recipi.esset benè cogitãdum : quia non inuenio hoc benè declaratum : & practica videtur obseruare quod suprà dictum est: licet iudicio meo melius esset seruare oppositum ad euitandum impensas & abbreuiandum lites.l.terminato.C. de fruct.& lit.expen.Præterea si parsmet tenetur respondere veritatem contra se propter iuramentum calumniæ quod præstatur in quo continetur: Etsi quæretur verum,non inficietur. Practicus, Papien.in for.lib.in

act.reali.gl.fin.quæ incip.per sacramentum calumniæ. quanto magis testis in quo cessat ratio §.his authoritatibus. versi.tibi dico.de Pœni.dist.j. † Item pro veritate defendenda si iudex videat testem esse suspectũ, debet illum ad vnguem examinare, & inuoluere si potest.Bald.in l.j.col.j. de constit.in cap.ij. in fi. de confes.Alex.libr.v.consil.cliij.visis narratis.colũ.iiij.& seq. col.iij.Decius in c.licet causam.col.v. de probat.Felyn.in cap. cùm in tua.col.j.de testib.non tamẽ facere interrogatoria impertinentia.Felyn.in c.per tuas.col.pen.de test.vbi dicit quomodo debeant fieri & resecari.Et dixi quòd veritatẽ facti debet diligenter iudex inquirere: quoniam ex facto ius oritur.l. si ex plagiis.§. cliuo.ff. ad l.Aquil.omniũ.C. de om.agr.deser. libr.xj. Et Carmelita ecloga ix. Vera loquar, tu iura tenes, ego facta docebo. Iudicium verum reddit enarratio vera. benè facit Bald.lib.j.consil.ccçxix.à capite.imò nec ecclesia potest sequi veritatem quã nescit. Præpos.in cap.literas.col.iiij.de frigi.& malef.Bald.in c.quæ in ecclesiarũ.col.iij. de constit.quòd veritas de terra orta est.de factis hominum & iustitia iudicum, postea de cœlo prospexit.in allegationib.d.Baptistæ Castellionei impressis post singularia Cremen.col.j. vbi allegat.l. ea est natura.ff.de regul.iur.quòd modica facti variatio inducit magnam diuersitatẽ iuris. Et propterea Scæuola de more respondebat secundum ea quæ proponerentur.Bartol.libr.iiij.consil. lxx.vbi episcopus.col.vj.Decius sæpe in princ.cõsiliorum suorum.Et in facto etiam prudentissimi errant c.licet de constit. lib.vj.l.fi.ff.pro suo.clarius in l.ij.ff.de iur.& fac.ign.nõ enim præsumũtur facta nisi probẽtur. d.cap.licet. allegatur vulgò l. in bello.§.factæ.ff. de cap.& postli.reuer. Tu pro solatio vide quomodo hoc probetur in illo text.Ideo melius probatur in l.quæcunque.§.pen.ff. de publi.cum sim. vt Bald.lib.ij.vltimæ impressionis.cõsil.cxcviij. incip.statuto ciuitatis Tergesti.Panorm.per illum tex.in cap.cùm in iure peritus.de offic.deleg. Aret.consil.lxxxviij.in præsenti.colũ.fin.allegat.l. consil.§.fin. ff.de cur.fur.Socin.in consil.xxvij.colũ.iij.alleg.l.j.C.de prob. & l.asseueratio.C.de non nu.pec. Ideò potius allega ista iura quàm illum §.factæ. Et propterea oportet quòd coram iudice sit probatum: quia iudex cui nihil constat,nihil agit.Est enim iudex quoddam prædicamentum quod prædicatur.de probat. Bal.in cap.fin.de iureiur.& ideo † debet iudicare secũdum allegata & probata.l.illicitas.§.veritas.ff.de offic.præfi.ad quam

120 Testis cauillatur cũ interrogatoriis.

Ex facto oritur ius.

Secundum probationes.

121

Ange.instit.quib.mod.tut.fi. in princip.in §.si minus.col.v.instit.de act.Paris de Syndicatu.chart.xlix.in verb.iudicare.col. iij.Bertach.in tract.de episcopo.iiij. parte.iiij.libri. est charta xlvij.q.xj.latè & moraliter Luc.de Penna in l.quicunque.C.de tab.& scribis.lib.x. quem semper vide. Angelica in verb.iudicare.§.vij. incip.vtrum iudices. Felyn.post Barbat.in cap.pastoralis.§.quoniam.col.fin.de offic.deleg.vbi ponit vij.fallen. ad quartam dum limitat in iurisdictione voluntaria: quia in illa iudex debet sequi indistinctè conscientiam: quia pro omnibus Deum in omnibus causis iudicé credendum est.l. properandum.§. finautem reus.in fin.de iudic.Hadr.Papa noster in Quodlib.q.xj.est chart.lviij.col.ij. vbi reprobat Hostien.& Card.qui tenebant cōtrarium. Adde Philip.Dec.in l.antepen. quæ incipit,bonorum. ad fin.C. qui ad.vbi dicit idem quando conscientia iudicis nemini nocet.facit Ancharanus consil.ccx. facit dubium.in fin.dum dicit quòd si inter coniuges sit lis,nec liqueat de causa eorum, conscientia est in manibus eorum relinquenda.dixi in ij. ampliatione de sene. Idem vult Curt.Iunior in d.l.antepen.qui addit vltra Felyn.aliam limitationem: videlicet quòd si pars fatetur iudici in secreto veritatem causę: licet ex actis non possit de veritate constare:tamen iudex nunquam debet iudicare contra illam confessionem.Fely.in cap. cùm venerabilis.col.xiij.de except.Alex.in l.si is ad qué.ff. de re iud.Catell.in ij.parte memoral.in verb.iudex debet iudicare.quia ad subleuamen bonorum, non ad tutamen malorum inuenta est tella iudiciaria. Papa Pius epist.v. charta.j.vbi dicit quòd veritas est iudicij domina. huic seruiant iudices necesse est.& ibi melius charta.vj.facit Cicer.circa medium.ij.Officiorum, dicens,quòd iudicis est semper in causis verum sequi patrem,nonnunquam verisimile etiam si minus verum sit defendere. pulchrè Vdalr.Zasius oratione xij. incip.apud literatos. latè & pulchrè Rosa.Busti libr.ij.serm.xxxj. litera x.& seq.Et dicit Bal.in l.fin.C.de pœn.iud.qui ma.iud.pen.not.quòd qui facit secundum conscientiam,licet faciat contra iustitiam scriptam,non incidit in pœnas.cap.cùm æterni.de re iudic.libr.vj. facit Anch.consil.cxcj.de pluribus quæritur. & quod dicam 7. charta proxim.Angelica in verbo restitutio. cl.j. §.viij. dicens, quòd iudices non excusantur si scripturæ porrectæ appareant de contractu licito, si conscientia eis dictat quòd sit vsurarius. Lud.Nitaldus in tractatu de reprob.scientiæ Pilati. quem refert

Secundum conscientiā.

Nunquam contra veritatem.

fert Ioann.Montolog.in Promptuario Iuris.in verb.Iesus. est in j parte. charta cccxxxvj. in fin.& charta seq. facit Paulus de Castr.j. volum.consil.ccclxxx. incip.iudex est minister Dei in princip.Ang.in l.si C.de testam.dum dicit veritati semper locum fore.licet Corneus contra saltem in causis pecuniariis, libro ij.consil.xxiij.ego quoque.circa finem.vide Ioan.Andr.in addit.Spec.in titu.de disput.& alleg.§.sicut iij.& authoritas.ll. non potest veritatem naturalem tollere secundum Bald in cap. contingit.colu.ij.de restit.spol.& Bertach.in d.tractatu de episcopo, limitat etiam vbi agitur de ætate. Item quando agitur de materia confinium.Item quãdo ipse videt aliquem portantem arma:quia in istis potest iudicare ex his quę vidit,licet nõ constet de actis. pulchrè in proposito Ang.consilio cccxliij.in causa.col.fin.& seq.incip.primus punctus.Et hæc fortius procedunt in arbitratore qui tenetur sequi veritatem, vndecunque eam habeat etiam per garritum auium. Curt.Senior consil.xxiij.ego quoque. circa fin.fortius in principe,qui secundum Paridem de Syndicatu.in verb.sententia.colu.ix.in fin.solùm debet iudicare secundum naturalem æquitatem & substantiam veritatis,omissis solennitatibus iudiciorum inductis à iure ciuili : quia coram principe iura ciuilia non allegantur pro authoritate.& de eius proprietate semper est, vt quandocunque causa sibi de iure decidenda committitur, intelligitur sola facti veritate inspecta.Cur. Senior cõsi.lxv.super præmissis.col. vj versic.in absoluta. Decius consil.xj.colum.fin.Brunus in feudal.consil.lxxxij.colũ.j.& in tractatu de forma.charta lxxxix. col.ij.Iacobinus in inuestitura.in verb.princeps.colũ.iij.versic. nunc addo vobis.& vers.octaua specialitas.vbi dicit quòd debet iudicare secundum suam consciẽtiam.& si aliter facit, peccat.hoc etiã dicit Curt.vbi suprà.Ias.in §. sed iste.colum.xxix. instit.de act.Et quia sentẽtia eius est irreuocabilis, ideò debet fieri cum maiori maturitate.Bald.in l.ne causas.C.de appel.& conscientia est sensus sanæ mentis.Ias.in l.si sic.viij.not.de leg. j.& forus conscientiæ & veræ iustitiæ idem est.Bald.Præpo.in cap.j.col.j.in titu.quæ sunt regalia.& in quo nec fictiones nec præsumptiones attenduntur.Ias.in rubr.ff. de acquir.hæred.in fin.l.& si inutiliter.col.ij.C.de fideicõ.Et an leges in foro conscientiæ sint seruandæ, vide per eum in dictis locis .& in l.nemo potest.ff.de leg.j.Perus.in cap.si pater.col.fi.de testam.libr. vj.Natam in cle.sæpe.§.j.col.xij.de verb.sig. Deciũ post Felv.

in cap.j.de constit.colũ.ix. Felyn.in cap.Ecclesia S.Mariæ.col. xiiij.& seq.cod.titu. Ferratium cautela.xix. incip.sententia. & Felyn.& Decius & Iason ponunt quid in præscriptione in iure accrescẽdi,in fraude gabellæ, in deceptione contrahentium, in electione non seruata forma. per Bald.in l. vniuersa. col.penult.C.de preci.imper.offe.Quid in pœnalibus? Quid in damno dato? Corset.sing.cxxj.in foro animæ.& in verb.forus. & Bald.in prælud.feuda.lib.chart.iiij.vbi ponit an contraueniens legi peccet mortaliter.de quo dicit Christophorus Castel.in disput.statuto.colũ.j.Monferra.in cap.j. de constit.lib.vj.el.ij. Et quæ dicantur bona nostra de iure, & non de conscientia, vel econtrà. Bald.in disput.incip.statuto cauetur.col.iiij.& sequenti.& an habens rem iudicatam pro se, facta executione, compertus habere iniustitiam, sit tutus in conscientia. Felyn. in capitul.nouit.colum.v. de iudic.quòd non,imò potest conueniri per denuntiationem Euangelicam. Veritatem itaque facti intelliget iudex, vel ex partium affectione.l.fin.C.si per vim,vel alio modo. vel ex probationibus. Et propterea dicimus quòd in probationibus stat causarum pondus. Bald.in l. ingenium.ff. de statu hom.in l.matrem. post Cyn.C. de probãt.& licet ius non deficiat,deficiet tamen quandoque probatio.l. duo sunt Titij.ff. de test.tutel. vbi dicit Bald.quòd deficiente probatione,deficit substantia causæ. Et debet bonus iudex animum suum confirmare argumentis & testibus,quæ rei aptiora & proximiora sunt:& non dirigere animum ad vnam solam speciem probationis. Fulg.consil. cxxxiij. proponitur. col.fin.Paulus de Castr.libr.ij.consil.cccij.ego Paulus.& clxix. viso puncto.colũ.ij.Anchar. consil. cccxvij.in causa.in princip. & cclxxvij.Curtius in repet.l.admonendi.ff.de iureiur.colum. lxxviij.Barbat.lib.ij.consil.xlvij.incip.præclarè.in primis verbis.& alibi sæpe in cõsiliis suis. Et debent coniungi probationes imperfectæ ad faciẽdum vnam plenam probationem. glo. fin.vbi Felv.in cap.cùm causam.col.iiij. de probat.in cap.cùm Ioannes.colũ.iiij.de fid.instrum.Catel.in ij.parte Memoral.in verb.iudicia. Alex.libr.j.consi.liij.in causa vertente.colum.iij. Anchar.consilio cccxvij.in causa. in princip.& cclxxvij. Fulg. consil.cxxxiij.proponitur.colum.fin.Iason defendens Bal.in l. Gallus.§ fin.colũ.iij.ff. de liber.& posthum.Rom.sing.ccij. & seq.Et dicit Bald.per glos.ibi in cap.accedens. ad fin.vt lit.non contestata. quòd non oportet quòd omnes allegationes concludant

In probationibus stat causarũ põdus.

Non debet se iudex artare ad vnã speciẽ probationis.

cludant de necessitate quia vna allegatio iuuat alteram & ex pluribus considerationibus fit vna consideratio sufficiens. & dicit esse notabile, quoniam & quæ non prosunt singula, multa iuuant. cap. illo vos. de pig. l. spadonem. §. qui iura multa. ff. de excus. tut. cum sim. vt Barbat. libr. j. consilio xliij. præclarè. colum. ij. & libr. ij. consil. vj. & seq. Socin. qui dicit quòd etiam destruunt consil. cxviij. pulchre Barbat. libr. iiij. consil. lxxij. sapienter. colum. vj. Prædicta tamen intellige sanè secundum quod latè declarat Iason in repet. dictæ l. admonendi. ff. de iureiur. col. lxxxiij. & tribus sequentibus. † Et sic patet quòd probatio 122
& testium fides tota est in iudicis arbitrio. l. iij. §. j. ibi, tu magis scire potes. ff. de testibus. cap. ex literis. vbi Decius iij. not. de probat. vbi post Bart. & Paul. de Cast. dicit, quòd licet testes clarè probent: iudex si ei videbitur poterit fidem non adhibere, & econtrà. tale tamē arbitrium debet iudex regulare prout bonus vir, & sic secundum leges reum absoluere. Bartolus in l. Lucius. in fi. ff. de infamib. & l. in crimine. ff. de adulteriis. Hippol. in l. quæstionis modum. col. v. ff de quæstion. sequitur simpliciter opin. Barto. & Paul. idem Decius consil. xciiij. col. j. cv. col. v. & clxiij. in causa matrimoniali. col. ij. & consil. ccxxxiij. colum. penult. & idem vult Paulus de Castro consil. cxliij. viso processu. columna secunda. libro secundo. quem sequitur Socin. consilio ccxlij. in causa magnific. colum. antepenult. dicens, quòd licet testes singulares non probent: potest tamen iudex illis fidem adhibere, si ex eorum dictis in credulitatem deduci tur: licet iudices capitosi credere nolint. idem Socin. consilio clxxxvij. in controuersia. colum. iij. & in iij. volum. consil. xxxvij. colum. penult. Hippol. in sing. cxiiij. incip. vulgatum & tritum. † quòd iudex potest plenè credere testi singulari quando 123
esset persona nobilis. Idem tenet ipse in l. j. §. quod vulgò. col. iiij. & xij. & in l. si quis ne quæstio. col. xxxiij. ff. de quæstionibus. Franciscus Brunus in tractatu de indiciis & tortura. charta j. colum. ij. Cacialup. in repet. l. admonendi. de iureiurand. colum. xxix. & lv. vbi Curtius Sen. colum. xxxiij. de quo dubitat Cacialupus ibi propter text. in l. vt iurisiurandi. C. de testi. gloss. in § . j. in verb. per dignitatem. in authentic. de testib. tu vide Iason. in l. Gallus. §. ille casus. iij. colum. ij. lect. de liber. & posthum, maximè vbi proceditur sola facti veritate inspecta, quo casu iudex potest credere probationibus persuasiuis, licet non perfectè concludentibus. secundum Aretinum consilio

Probatio in arbitrio iudicis.

Regulare arbitrium suū vt bonus vir.

lxxxiiij. & cxxvj. quem sequitur Ias. & Socin. in l. certi conditio. §. si nummos. col. vj ff. si cert. pet. Claud. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. col. v. ff. de verb. oblig. Felyn. in c. j. colū. xv. de constit. Decius consi. ij. col. iij. & in c. dilecti colū. iij. de iudi. Idem Socin. consi. cxxvj. colū. ij. contrarium tamen voluit Paris de Syndicatu. in verb. sententia. c. vtrum iudex. versi. & adde. Bart. est chart. lxxiij. Alex. lib. iiij. consi. lxxx. viso processu. col. fin. Socin. consi. ccxxj. colum. ix. quorum opin. fortè non procedet, quando etiam talis clausula est adiecta solùm in procedendo, non in decidendo. Ias. in simili in l. ius autem. ff. de iust. & iur. col. iij. vers. iiij. istam materiam. Et quod sit in arbi-

In arbitrio iudicis. trio iudicis: latè tenet Barb. consil. vij. incip. sapienter non fallor. col. vj. in fin. & consi. seq. col. x. lib. ij. & dicit Riminal. in l. ij. vlt. not. C. de eden. quòd est in facultate iudicis adhibere fidem vni testi, vel non, ex his quæ vidit & audiuit in testificatu. Idem vult Iason in l. suis. ad quem colū. v. ff. de acquir. hæred. quòd iudex etiam potest non credere instrumento. & dicit Felyn. in c. auditis. col. xj. de præscrip. quòd iudex si videt instru-

Verisimile. mentum continere non verisimile, licet contineat possibile, non debeat eidem credere. Facit Socin. in iij. vol. consi. xxviij. col. iiij. versi. præterea. & consi. xcviij. colum. ij. Curtius Iunior consi. xvij. col. ij. Barb. lib. j. consi. xxxij. scribitur. colū. ij. & lib. iiij. consi. lxxxiiij. supremus. col. fin. & lxxx. quàm egregiè. col.

124 iiij. vbi dicit † quòd semper debemus sequi verissimile. c. quia verisimile. de præsum. vbi Felyn. l. non est verisimile. ff. quod met. cau. Curtius in tract. de testi. conclus. xxix. & xxxij. Cors. sing. ccclviij. Felyn. in c. auditis. col. xij. de præscript. Et minus verissimile excluditur per magis verisimile. Calcaneus consil. lxj. ventura. colum. vj. vers. & ideo tollitur. Ias. in l. si extraneus. col. ij. ff. de condict. causa data. Hipp. in rub. C. de probat. col. xxv. in l. j. in princ. col. xv. de quæst. & in §. j. col. vj. eod. tit. Debet tamen iudex in sententia causam exprimere propter quam non credit plenæ probationi, ex quo recedit à regulis communibus. Decius in c. consuluit. el. j. de probat. Felyn. in cap. j. col. xiij. versi. ex prædictis adde. & in c. quæ in ecclesiarum. colum. xix. in c. ecclesia. col. ix. versi. ij. limita de constit. & aliàs tenetur stare ad id quod est scriptum, ne teneatur in Syndicatu. Felyn. in c. cùm venissent. col. j. de testib. Et sibi debet constare de qualitate vnici testis, cui plenè vult credere propter illam qualitatem, ita Barb. consi. xxix. illud. colū. fin. lib. j. & alibi sæpe Doct.

Istis enim authoritatibus & dictis nouiter aggregatis potest aduocatus & iudex vti ad conualidandum probationes veritatis: non autem iniquitatis & mendacij.

¶ Ioannes Neuizanus de Butigleria capitaneatus Asten. diœcesis Taurinensis, ciuis Asten. & incola Taurinensis.

LIBRI QVINTI FINIS.

SYLVAE NVPTIALIS LIBER SEXTVS.

ARGVMENTA.

1 Iudex communi opinione non informatus sequatur textus legislatoris.
2 Stãte opinionũ ambiguitate aut diuersitate, insequẽda est mẽs legis.
3 Opinionum differentium illa sequenda est quæ est iurium amica.
4 Iudex redditur excusabilis vbi existens in dubio eligit opinionem quam sua dictat conscientia.
5 Peccatum quandoque impedit veritatis decisionem & agnitionem. In maliuolam enim animam non introibit sapientia.
6 Dubium rationabile & circa legem difficilem quandoque iudicem excusat à decisione iudiciali.
7 Stante opinionum dubietate standum est saniori & sanctiori: & pugnandum est pro veritate.
8 Iudex tenetur partibus concordiam persuadere.
9 Lites iudiciales euitandæ sunt.
10 Desistens à lite an præsumatur de suo iure dubitare.
11 Doctores non debent se litibus iudicialibus immiscere.
12 Boni viri lites iudiciales execrantur, eligentes suum ius indiscussum relinquere, quàm liti se exponere.
13 Pax certa præualet speratæ victoriæ.
14 Aduocati multa possunt animarum suarum pericula incurrere.
15 Mens rectrix est dispositionum.
16 Deus solus scrutator cordium est: potest tamen per indicia præsumi voluntas & intentio alicuius an sit recta vel non.
17 Vitæ tenor conscientiam ostendit.
18 Mens & voluntas testatoris est in testamentaria dispositione considerandà.
19 Testatoris voluntati contraueniens dicitur pietatis iura violare.
20 Mens contrahentium semper est inspicienda potius quàm verba.
21 Regulæ iuris in dubio adhærendum est, & pro ea in iudiciis pronuntiandum.
22 Regulas iuris ignorans in latam culpam esse dicitur: secus de fallentiis

lentiis seu limitationibus.

23 Dubio stante ea opinio amplectenda est quæ minus lædit ius commune. Item eam per quam redimus ad ius antiquum.
24 Stantibus paribus probationibus quibus standum sit.
25 Recessus à iure communi est odiosus: & reditus fauorabilis.
26 Voluntas testatoris potius interpretatur secundum ius commune quam secundum consuetudinem.
27 Viduæ, pupilli, pauperum & similium personarum causæ qualiter sint in dubio decidendæ.
28 Personis miserabilibus non est in præiudicium aliarum fauendum.
29 Mercator dum est in actu mercantiæ est vt persona miserabilis habenda.
30 Vidua dici potest illa quæ caret marito licet nũquam fuerit nupta: vel quæ habet maritum sed inutilem, vel bannitum, vel absentem.
31 Personæ miserabili fauendum & patrocinandum est etiam sine salario.
32 Diues litigans cum paupere an teneatur ei expensas ad litigandum ministrare.
33 Debilioribus in iudicio quare fauendum sit.
34 Iudicis arbitrio remittitur inspiciendum quæ sint personæ miserabiles.
35 Vidua vel pupillus an paupertate non concurrente dicantur personæ miserabiles.
36 Persona quæ per se nõ potest esse in iudicio an dicatur miserabilis.
37 Beneficium nomine miserabilitatis impetrare volens, debet qualitatem miserabilitatis allegare.
38 Persona miserabilis an lite pendente poßit mutare litem.
39 Ratione adiuncti consequitur quis ex persona alterius quod ex sua non posset.
40 Regula quòd magis dignum trahit ad se minus an procedat etiam non obstante maioritate minoris dignitatis.
41 In connexis delictis absolutoria seu condemnatoria non extenditur de vno ad alium.
42 Sententia arbitri contra duos quorum vnus est clericus & alius laicus, an virtute connexitatis in duobus procedat.
43 Connexitas an aliquid operetur in causis diuiduis.
44 Personæ miserabiles dicuntur esse sub protectione iudicis ecclesiastici.
45 Dubio stante in causa iudex debet benigniorem amplecti viam.
46 Casus multi quibus benignè agendum est in dubio.
47 Stante dubio diuersis viis vtendum est diuersis causis exigentibus.
48 Iudex qualiter se habere debeat in exequendo.
49 Principum rescripta an semper sint in executionibus obseruanda.
50 Decreto iniusto an sit parendum.
51 Supplicium pro veritate pati melius est quàm beneficiũ pro adulatione.

latione.

52 Princeps quandoque plus voluntate quàm ratione mouetur.
53 Principes non debent petentium inuerecunda inhiatione sic constrin gi vt non concedenda tribuant.
54 Principum indebita rescripta præsumuntur per importunitatem concessa.
55 Lætitia reddit principem quandoque leuem ad illicitum concedẽdum: quo casu concesio est habenda nulla.
56 Mulieres persæpe solent à principibus illicita impetrare: quapropter talis concesio antequam exequatur consideranda.
57 Potestatis plenitudo non extenditur ad iniquitatem.
58 Potestatis plenitudo non debet exerceri nisi discretionis claue præmissa.

COGNITA igitur veritate facti.c.j.de pœ. dist.vj.illud applicet ad ius: & si habet communem Doct.opinionem,illam sequatur iudex,vt ſ.dixi.†si verò non habeat,consideret diligenter textus Legum in materia loquentes,ne faciat contra conscientiam fonte veritatis omisso, opinionum riuulos sectari. Hieron.in proœ.Ecclesiast.in fin.frater August.in scrutinio, chart.viij. Saly.in l.j. C.de rapt. virg. dicit ꝙ in dubiis ad principia, id est leges,est habendus regressus. & Barb. in Extrauaganti, Ad reprimendum.in vers.non obst.circa medium dicit, †quòd quando est perplexitas seu ambiguitas debemus recurrere ad mentem legum.& dicitur vera mens legis,illa quæ procedit ex bono, & æquo,secundum Salom.in repet.§.responsa.instit.de iur natur. chart.j.Gammarum in tract.de extentione.chart.iiij.col.j.post medium.Et dicit Formularium prouinciale,chart.xxiij.quòd Cancellaria apostolica maximè innititur testibus. Et gl.regularum Cancellariæ.chart.xxiij.dicit, quòd in dubiis debemus recurrere ad regulas iuris,& rationem naturalem. & dicit frater Isidorus in tract.de cõceptione lib.ij.c.iiij. quòd in dubiis euenientibus in fide catholica quæ excedant naturalem rationem, recurrendum est ad ea quæ ex diuinis scripturis possunt haberi, quæ à sanctis Doctoribus, qui spiritu sancto fuerunt insufflati, & ab Ecclesia acceptati. allegat Dionysium de diuinis nominibus.c.iiij.& Inn. in c. ne innitaris. de constit. & sic dicetur ire per viam silicatam,secundum Bal. quem refert Cacialupus in repet.l.admonẽdi.ff.de iureiur.in fin.col. lxxxviij. & idem est de mente Iaſ.in l.ita stipulatus. la grande. ff. de ver. oblig.

1 Considera re textus legum.

2

3 oblig.col.antepenul. dum dicit, † quòd sequitur illam opin. quę est magis amica iurium.& in l.diuortio.in prin.colum.vj. ff.sol.matr.quòd cùm habeat decisiones legum claras,illis potius vult inhærere, quàm glos.& doct. Si verò eundo per text. legum & rationes naturales, & coactas circunstantias rimari, capite iudicantem.xxx.q.v.nec festinet, nec præcipitet sententiam.Felyn.in princ.suæ lect.vers.in gl.j.libri.Hipp.in l.statuliber.col penul.ff. de quæstion. Decius in c. cùm venerabilis. col.v.de excep. Ias.in l.iudices. C. de iud.& quæ dixi in chart. præcedenti:sed mente tranquilla peragat.Card.per illum text. in c.illa.xj.q. iij. cum subtili inuestigatione diligenter perquisiuerit veritatem,& eam inuenire nequeat:quia præmissis istis res tunc dicetur dubia. Socin. in l.si fuerit. §. planè. ff. de reb. dub. occurrunt enim plura indissolubilia, vt refert Steph.de Pheder.in tract.de interpret.Legum.col.iiij. & ibi inter cætera refert vnum post Gellium v.Noctium Atticarum.c.x. de Pythagora & Cristallo eius discipulo, qui Pythagoræ centum promiserat dare ea die qua primam causam orasset,& vicisset: & quamuis valde edoctus fuisset à Pythagora,causas non accipiebat, ne solueret illa centum. vnde Pythagoras egit contra eum,concludendo hoc modo:si vicero, necesse habebis soluere propter sententiam:si tu viceris,habebis soluere propter pactum.& econtrà discipulus retorquebat in eum : si vicero,iam sum tutus ope sententiæ:si succubuero,tuebor ex pacto. & hãc q.refert etiam Barba.in procem. clem. Ias.in l.ita stipulatus.la grande.col.xv.ff. de verb. oblig. Et in voce licet non tradiderit inscriptis in l.si post mortem.in princ.ff.de legat.j. Et dicit quòd poterat decidi per regulam constat.lib. vj. sed postea inueni hoc dicere Cacialupum in tract.de transact. q. xxx. aliud sophisma simile prædicto recitat Codrus serm. ij. chart. fin. Aliam etiam voluit decidere Aulus Gellius, vt referunt Ias. & Lan. in l.qui accusare.C. de edendo.aliud ponit Præpos. quem s.retuli in §. inconuenienti. de incontinentia muliebri. aliud ponit Petrus Iacobi in practica post arborem regum Franciæ. colũ. iiij. Et plures casus emergunt qui egerent Pontificia vel Cæsarea decis.vt patet ex discursu Doctorum. & Barb.in cap. literas.de iuram. calum. dicit se tot aggregauisse quòd faceret vnum volumen maius quàm Clementinas. idem dicit ipse in cap.quoniam.colũ.ij.vt lite non contest. vbi subdit quòd aperiret in morte, nisi dubitaret quòd alius sibi attribueret.& in

Articulus iuris quomodo dicatur.

cap.

cap.accedens.col.xij.eod.tit. dicit, ꝙ Papa Paulus hoc fecisset nisi fuisset morte præuetus. †Iudex tunc apud Deum & homi- 4
nes excusabitur, si in tanta varietate & dubio eligit illam opinionem quam secundum eius bonam cōsciētiam credit esse veram, etiam si postea cōtrarium declaretur per authoritatem habentem: vt s. dixi circa princ. huius x. ampliationis. Bald. lib. v. consil. j. incip. qualiter. vide Gell. lib. xiiij. c. ij. incip. quo primum. Bald. in c. j. col. ij. de offic. ordin. Hadrian. Papa noster in quodlibet. ij. char. xxj. col. ij. vers. ad secūdum. & char. seq. col. j. versic. ad quintum. Tunc potissimè recurre ad auxilium diuinum, quia †aliquando propter peccata nescimus dubia resol- 5
uere. Bald. quem refert Afflictus in sua vltima decis. ad fin. Papa Hadr. noster quodlib. iiij. est char. xxxvj. col. j. quia secūdū eum q. ix. col. xvj. omnis veri cognitio à Spiritu sancto est, qui non intrat in maliuolam animam: & Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cognitionibus. Sapientiæ ij. exemplo Moysi, quem refert frater Lud. de Veritate contritionis, chart. x. alleg. xc. q. iij. c. summopere. Et propterea principes debent aduertere quòd in iudices eligant non solùm peritos, sed & habentes conscientiam timoratam. Tunc enim Anchara. consi. ccxj. incip. inter contraria & varia. quem sequitur Cacialup. in tract. de transact. q. xij. col. ij. Socin. cōsil. cl. incip. & nos. col. xxix. seu antepen. Decius consil. lxviij. in fin. colū. v. & consil. ccclxxvj. col. pen. in c. j. prima lect. col. vj. de probat. vers. illud vtiliter not. Sando. in l. si fuerit. col. iij. ff. de reb. dub. facit gl. instit. de ob. quæ ex quasi delict. in fin. princ. quæ dicit, †quòd excusatur qui dubitat circa l. difficilem, vt est. l. Gallus. 6
ff. de lib. & posth. vbi Ias. in prin. ij. lect. facit mentionē de illa gl. Et Decius consil. lxiij. col. penul. Curtius Iun. in feudal. consil. vj. col. xix. & dicit gl. dummodo non fuerit data pecunia. facit Felyn. debita peritia excusatur deponens iuxta ingenium suum informatum ex rebus apparentibus cum discursu mētis. multa enim cōceduntur ratione dubij, quæ aliis non. Cy. in l. fin. C. de transact. Bald. in trac. de præscript. iij. parte. vj. partis principalis. ij. q. princ. in ij. q. est char. lxviij col. ij. Et dicit ibi Anchar. & Doct. prædicti, quòd si hoc facere nolit, videat partes componere, aut saltem diuidere per mediū. de quo glo. in l. Nesennius. ff. de neg. gest. quæ dicit hanc esse sententiam rusticorum. de qua d. Ias. in l. si tibi decē. §. si pactus. ff. de pact. col. ij. facit Anton. de Prato in tracta. de secund. nupt. charta xxxv.

Sequatur quod sibi iustius videtur in cō scientia.

col.j.Bauerius in §.si seruum.in fi.instit.de hæred.instit.Ange. in l.si expressim.col.iij.ante fin.ff.de appellat.vbi in conflictu opin. iudex debet sequi illam quæ sibi magis iusta videtur in conscientia.Bald.lib.iiij.consi.ccclxx.in causa.in fin.ij.col.vbi
7 post Inno.dicit,†quòd in dubiis opinio.vni adhærere non reputatur peccatum:tamen sanctū est in talibus pro veritate pugnare.Purpuratus in l.ij. C.de eden. allegando Philosophum j.Ethic.Barbat.in d.c.pastoralis.§.quia verò.col.viij. de offic. deleg.in clemen.ne Romani.num.xiij.de elect. facit Angelica in versic.restitutio.quam s.retuli. bonus text.in l.non sine. C. de bon.quæ liber.quem alleg.Cacialup.in repet.l.precibus.C. de impuber.char.pen.col.iiij.facit Afflictus decis.ccclxxxiiij.
8 incip. non ponam. ad fin. †Et persuadendo partibus concordiam prout iudex tenetur. Decius in cap.vt debitus.ij.not. de appel.potest illis memorare, id quod dicitur in clem.dudum. de sepul.& illud quod est sculptum in lapide marmoreo penes scalas per quas ascēditur palatium Broleti Mediolani,quòd in controuersiis causarum corporales inimicitiæ oriuntur, fit amissio expēsarum,labor animi exercetur, corpus quotidie fatigatur:multa & inhonesta crimina deinde consequuntur, bona & vtilia opera postponuntur. Et qui sæpe credunt obtinene,frequentius succumbunt: & si obtinent computatis laboribus & expen.nihil acquirunt.Item & memorare illud quod dicit Saluator Matth.v. cap. Si quis voluerit tunicam tuam tollere,& iudicio cōtendere,dimitte ei & pallium.xiiij.q.j.c.j. vt refert Flor.in l.fi.in fi.ff. famil. ercis. dicens, †quòd propter-
9 ea quis non debet esse nimis promptus in litigando.& est ratio:quia siue quis habeat iustam causam,siue non, nō potest litigare sine sumptibus.Bald.in cap cùm dilecti. col.pen.de dolo & cōtu.Pragmatica de causis.in gl.in versi.litium. est char. cix.facit diuus Hieron.in tertia parte trac.viij.epistol. xxxvj. incip.cuncti mei sensus.& dicit Ang.in l.nemo.ad fin.ff.de acquir.pos.quòd ille cui mouetur controuersia,licet ipse nō dubitet,tamen præsumitur de iure suo vacillare: quia dubius est euentus belli.hinc Erasmus iij. parte,prouerb.cccxcviij. cū licet fugere, ne quære lites.Ioan.Montolonius in Promptuario
10 iuris.in verb.tunicam.†hinc qui desistit à lite,non dicitur diffidere de iure suo:sed lites execrari.Felv.in cap.illud.col.v.de præscrip.Cuilibet ergo cōsulimus bona fide quòd pronior sit ad componendum,quàm ad cōtendendum.xc.dist.per totum.

Suasio ad concordiā.

Da tunicā & pallium.

Maria.

Maria.in cap.ij. col.lxj.versic.xiiij.princip.art.in j. conclusione.de libel. oblat. vbi subiicit: hoc ego in primis ex charitate vobis consulo,†potissimè cum eritis doctores, vt cum dictis 11 authoritatibus non solùm persuadeatis,verùm etiam impellatis & astringatis partes ad compositionem & concordiam: & Doctor nō à causis propriis omnino abstineatis propter prædicta: & etiā litiget. quia dubius sit euentus litis, si propriam causam amitteretis, esset vobis magnum dedecus.& sic perderetis causam & honorem: & propria affectio posset inducere intellectum vestrū ad perniciem.Et ibi allegat Marianus Thomam Doctium dicere quòd posset contingere quòd doctor non haberet soluentem sibi mercedem propter quod causa de facili perderetur.Et si non bene satisfit aduocato:non potest bene studere. Cardin. in clemen.j.de reliq.& vener.sanct.col.x.versicu. excellentissimum.Fugiendas ergo esse causas proprias tanquam rem perniciosam: exemplo pistoris qui panem ponit in furnū, & non se. Et si necessitaris litigare in causa propria, aduocatum quære.Et Decius in cap.cùm venissent.col.iiij.de iudiciis. † vnde 12 boni viri lites execrantur. Ias.in l.filio pater.j.not.ff.de lega.j. Boni viri Nauis Stultifera,charta lxxxj. de litigantibus in iudicio. pro- lites execrā pterea dicit Felyn.in dicto capit.illud.col.v. & in cap.nihil.in tur. primis verbis.de præscrip. quòd plures ob execrationē litium dimittunt ius suum indiscussum.Nec mirum,quia est difficile obtinere sentētias, sed difficilius obtinere executionē.l. quod debetur.ff. de pecul. quam si non obtineas, frustratorium fuit tuum iudicium, cuius executio tendit in vanum.Bald.in c.ecclesia.col.j.vt lite penden.& quia in executione stat vis. Alexā. & Ias.in proœmio rubricæ ff. de re iudic. dicunt quòd ille titulus est plenus auro. propterea dicit Felyn.in capit. nihil. in primis verbis.de præscrip.quòd plures propter execrationem litium dimittunt ius suum indiscussum: & isti perpetuò litigantes præsumuntur calumniosi,& sunt exosi legibus. Barbat. in clemen.vt calumniis.de re iudic.lib.ij.consilio vij.incipien. sapienter.colum.xj.& consilio xxxj. omnia quæcunq;. colū.ij. libro iiij.& in dicta clemen.vt calumniis.colum.ij.dicit quòd hoc intantum procedit,vt ille qui de leui litigat non sit admittendus in testem, nec in accusatorem. idem Barbat. libro iiij. consil.xxxij.omnia. colum. ij. Est bene verum quòd licet concordia possit suaderi, non tamen potest imperari: nec quis cogi potest ad transigendum regulariter. Ias. in authen. si verò

Nemo cogitur concordare.

rò contigerit.col.fin.C.de iudic.Lanfran.in tract. de arbitris. quæst.xlv.Cacialupus in tract. de transact.quæst.xx. Felyn.in cap.quæ in ecclesiarum.col.xiiij.de constitut.latius in rubr.de treu.& pac.Decius consilio cxxv.colum.ij.Galiaura in l.j.§.ex his igitur.ff.de verbor.oblig.col.v.Ias.in l.si cõuenerit. col.ij. ff.de re iudic.in l.quidam æstimauerunt.ij. col. in vltima not. ff.si certum petat.& ibi Socin.& dicunt Felyn.in dicta rubr.ad fin. & Lanfran.quòd non solùm partes non possunt cogi: imò si iudex videt alteram partem litigãtium fouere iustitiam non modo cogendo sed persuadendo facere compromissum: facit contra conscientiam, si propterea pars fouens iustitiam aliquid relaxet de suo.& de hoc contra Socin.inuehit Lancel. Politus in tract.de substitut.viij.quæst.in materia pupillaris.col. iij.quod tamen limitat ibi Felyn.nisi alia pars relaxet sibi sciẽter,quia videtur donare: vel secundum Cacialup.vbi suprà. & Barbat.lib.iij.consil.j.col.penul.nisi fortè videat expedire parti iustitiam fouẽti ex aliqua causa: puta quia lis posit multùm protellari per appellationes:nam posset tunc persuadere actori.& etiam reo quòd velint potius transigere quàm diu sic liti-
13 gare: † quia melior est certa pax,quã sperata victoria. Aeneas Syluius epistola cccxlvj.fuimus,& epist.lxxvij.questus.dicit ꝙ melius est de iure suo aliquid tradere cum pace,quàm totũ litigando consequi.pro quo Cicero in Officiis chart.xcj. quod est non modo liberale paululùm nõnunquam de suo iure decidere,sed interdum fructuosum.Idem Aeneas,postea Papa Pius epistola vj. satius censuit dubia pacis bona, quàm certa belli mala subire. & verum quòd à rustico nunquam consequeres quòd velit de suo iure aliquid detrahere. Cardin. Papien. dixi suprà de capiente vetulam propter diuitias. Et potius dietim ex municipio ad vrbem cum asino lignis onusto: & fortè furatis statim pretium aduocato, vel procuratori deferet, & sæpius reprehendi eos quòd faciant, eo quòd eos pigeat agriculturæ, & tamen infamiam otij litigio excusant. Sed eis euenit vt furi qui si tempus & impensam quam cum tot periculis cõsumit in furando exponeret in aliquo honesto exercitio, ditior & quietior esset. idem vult Felyn. vbi suprà quando esset vnus pauper qui litigaret cum vno diuite:nam licet foueat iustitiam,non poterit eam consequi cõtra illum potentem:nam contra maiorem nemo præsumat honorem. gloss.ij. in l. quia etiam.ff.de alien.iud. mut.causa fact.faciunt quæ dixi respon-

dendo

dendo ad vj.ampliationem de diuite:& quòd lex est araneæ tela, vt dixi in materia partialitatis: licet fieri deberet oppositum, vt infrà dicam, quòd in dubio iudex debet sequi viam benigniorem. Tunc enim iudex partes concordando si aliquid detrahat de iure illius pauperis, non peccat, secundum Corset.in tractatu de potest.regia.in xxiij. priuilegio pacis.Roch. in capit.nouit.viij.not.ff.de iudic. plures alias fallentias & casus in quibus quis posit cogi facere compromissum seu concordare, ponunt Iaf.in dicta l. quidam æstimauerunt. Felyn. in dicta rubric.& Cacialupus in dicta quæst.xx.vbi in fi. dicit

Quomodo posit quis cogi ad cõcordiã etiã remittendo de suo.

†quòd inter alia pericula aduocatorum illud est primũ, quando scit partem suam fouere iniustitiam, & illam inducit ad transactionem: & sic consulit quòd alienum capiat: & allegat beatum Thomam dicere, quòd si in progressu litis videt causam clientuli sui iniustam, debet eum inducere ad cedendum, vel ad componendum sine damno aduersarij. In talibus ergo iudex semper debet aduertere & insequi mentem disponentis. Socinus in l.in ambiguo. ff. de rebus dubiis. Iaf.in l.iurisgentium.§. prætor ait.colum.ij.ff.de pactis.Ange.consilio cclxxj. visis & examinatis.colum.final.Barbat.libro j.consilio xiij. clementissimi.col.ij. etiam verba impropriando, vt Barbat.consilio lxj.colum.ij.incipien.scribitur.libro j.& libro ij.consi.x. sapienter. colum. vj. nam mens,ratio,& causa idem sunt.Bald. in consilio schismatis,columna xj.vbi subiicit, quòd iustificat suum causatum: licet in sua constitutione principis spiritualis posit de minima ratione magnam facere: ex quo placet Hostien.in summa de rescrip.§.quas vires.colum.ij. ideo non in foliis sed in radice rationis consistit euangelium. j. quæst.j. Marcion.Hadrianus Florẽtius.de Traiecto Cancellarius Bononiensis,nunc Papa noster, in suis Quodlibetis.quæst.ij.col. antepenultima.facit Marascotus in capit.j. de constitut. libro vj.colum.ij.& qui tantùm verba sectatur, nihil habebit:qui autem possessor est mentis,est custos prudentiæ.Prouerbio.xix. & Felyn. in capit. ad audientiam. el j.colum.iij. de rescriptis. dicit: quòd virtus humanorũ actuum nõ stat in modico atramento,id est in verbis,sed in eo quod maximum est,scilicet in mente hominis,latè Barbat.in c.j.col.x. de iur.calum.Paul. de Castr.libro j. consilio ccclxxx.incip.iudex est minister Dei.in princ.& dicit Seneca, quẽ refert Barb.in rep.rub.C. qui admit. col.xliiij.philosophia non est populare artificium,neq; ostentatione 14

tatione parata: non in verbis, sed in rebus consistit Philoso-
¶ Item in dubio debemus tenere illum intellectum ad legem per quam videtur eam fuisse conditam super casu magis dubitabili. Ioannes Lupus de don.inter virum & vxorem. charta lxxviij. columna j. in versic.x.& vltimo.quia lex debet esse de dubitabili.l.quod Labeo. vbi glos.ff.de Carbon.edic.cap.cùm in iure peritus.vbi Panor.& Barbat. primo not.de offic.deleg. capitulo rursus.vbi Præpos.vlt.not.qui cler.vel vouẽ.qui subiungit quòd in quæstione indubitabili, non est aliter respondendum, nisi quòd non habet dubium. Panor.in capitul.super quæstionum.§.si verò.colum.iij.de offic.deleg.Et dicit Roch. de consuetud.charta xj.columna j.quòd ratio est, quia lex debet esse edita ob necessitatem: ergo non debet esse de casu in dubio,quia esset superflua. pro quo facit Salomon. in repet.l. Gallus.§.& quid si tantùm. columna ij.ff.de liber.& posthum. dicẽs quòd aliquid noui debet lex decidere.Limita tamẽ prædicta vt sufficiat quælibet minima ratio dubitandi.not.in l. eunuchis.C.qui testam.fac.poss.ita Gammarus in tract.de extensione. columna viij. versic.quintum igitur. Secundò limita in casu quo essemus clari quòd legislator decidit etiam de casu indubitabili: quia tunc non procedunt prædicta. & propterea formata est conclusio in dubio. Decius in cap.j. prima lect.de iudic.colum.xj.versic.& ideò aliàs senis. & sæpe exemplificari potest in legibus Imperatoris, quia ipse respondebat super facti contingentia. ideò si proponebatur factum indubitabile, oportebat quòd super illo responderet. Lancel.in l. quod in rerum.§.j.colum.iij.ff.de leg.j. Tertiò limita vt sufficiat fuisse dubium ante talem legem cõditam,& quòd nõ fuerit postea.l.iij.ff. de nat.rest.& inst.pro socio.ibi, nec vnquam fuit.Bartolus in repetitione l.vbicunq;.ff. de inter.act.colum. sexta.versiculo. vltimo oppo.vbi ponit quartam limitationem

vt sufficiat fuisse dubium apud imperitos, licet non esset apud doctos. facit l.fin.C. de indict.vidu.tol.circa princ.versic. nec tamen. ¶ Item in dubio debemus euitare absurdum. dixi suprà in argumentis.Præpos.in cap.rursus.colū.v.qui clerici,vel vouen.Cæpol.in l.si fugitiui.col.vj.& seq.C.de ser.fug.Claud. in l.ex facto.§. facto. colum.fin.ff.ad Trebell.vbi inter plures decisiones quas referunt, not.vnam quam ibi ponit. & etiam in repet.l.vt vim.col.xxvj.versic.ad idē.ff. de iusti.& iur.quòd si statutum pro delicto ponat pœnam capitalem vel capitis, intelligetur de minori, & sic de deportatione, quæ etiam pœna capitis dicitur: dicens esse signandum,quia quis posset de hoc lucrari vnam bonā vestē:quia vbi agitur de vita, pecunia concurrit: quia vbi agitur de causa capitali, debet aduocato benè solui.Ange.& Roch.in l.si pater.ff.de donat.& quod intelligatur de minori vult. Ioann.de Vilemau in repet.l. diuus.ff. de sicar.not.lvij. Idem Iason in l.transigere. colū.iij.C. de pact.in l.si quis iniquum.§.hæc pœna.col.j.ff. quod quis.iur.in diuortio.colū.iij.ff.sol.matr. Decius in capitul.at si clerici.in princ. columna xxv. de iudic. Alexander libro tertio. consil.cxvj. in causa inquisitionis. Bolog. in suis nouis interpretationibus primæ partis. in l.ij.C. ne Christianum mancipium. Felyn.in capitulo ex literis.columna x.versicul.& tenēdo hanc partem. de constit.Card.in c.dictum est à domino.§.quod dicam.in si. j.quæstionis.j.vbi dicit quòd propterea Bonon.fuit liberatus quidam falsarius monetæ.Idem Gaspar Portugalēsis in repet. l.imperium.ff.de iur.omnium iud.colum.xlvij. versi.circa tertium gradum. & col.xliiij. versiculo, est tamen aduertendum. Est verum quòd in contrarium vidi aliàs ponderari l. quoniā. nouella.C. ad legem Iul.de vi publ.vbi appellatione supplicij venit pœna mortis. & text.cum gloss.in l.j.§.fin.ibi,supplicio capitali.iuncta etiam alia gloss.fin.l.ij.C. de fal.mo.Ideo vide Rimina.in dicta l.imperium.col.xviij.ff. de iurisd.omnium iudic.vbi disputat nunquid prædicta procedant quando statutum vteretur verbo capitis. Et ibi limitat, nisi aliter appareret de mente statuentium.Item nisi essemus in casu quo ius ciuile pœnam mortis imponeret:quia tunc tale statutum deberet intelligi secundū ius ciuile.super qua cogita,quia mihi non placet. ¶ Intellige primò hanc regulam,dummodo per eam non recedamus à proprietate vocabuli. Iason in l. stipulatio ista.§. eum qui ita.ff. de verborum obligat.in l.si quis testamento. in

princ.

princ.de leg.j.Laucel.in l.fin.ff.de annu.leg.
¶ Intellige & secundò regulam procedere prout loquitur,scilicet quando agitur de maiori vel minori pœna: secus quando dubitaretur an pro delicto de quo constat quis sit puniendus vel absoluendus in totum:quia potius est cōdemnandus,quàm absoluendus. Socin.qui dicit esse not.in l. quidam relegatus. columna iij.ff.de rebus dub.Iason in l. cùm quidam.colum.fi. versic.& si contra istam.ff. de liber.& posthum. Et isto modo potest saluari dictum Bart.in l. quemadmodum.C. de agri.& censi.lib.xj. vbi circa med.dicit,quòd cùm sit fauor reipublicæ delicta coërcere, quòd lex pœnalis est extendenda. refert Ias. in l.si certis annis. in principio.C.de pact.in l.si quis id quod. col.ix.& in verb.v.ff. de iurisd.omnium iudic.vbi etiam Clau. colum.ij.Ias.in l.si is qui pro emptore.ff.de vsucap.col.lxxxvj. versic.vj. pro ista. Decius in consil.lxv.ij.col. Roch.in capitulo quāto.colum.v.de iudic.in capitulo at si clerici.§. de adult. char.xij. eodem tit.vbi per multa ponit qualiter exorbitantia possint dici fauorabilia.Claud.in l.vt vim.colum.xxv.ff.de iustit.& iur.in l.j.ij.columna.ff.de oper.noui nuntia.in l.qui Romæ.§.ea lege.vlt.colum.ff.de verb.oblig.in l.ij.colum.penult. C.de in ius vocand.vbi etiam ponit quando dicatur pœna statuti esse fauorabilis, & sic extendenda. Angel.in maleficiis in verbo necnon ad denuntiationem. colum.xiiij.in §.in personam.viij.colum.instit.de act.in §.ius autem ciuile.colum.xvij. instit.de iur.nat.facit Bald.per illum text.in cap.j.§.porrò.quæ fuit prima causa benef.amit.dicens esse meliorem text.de iure, quòd statuta pœnalia extenduntur. Anch.in capitulo canonum statuta. penult.chart. Alexand.in l.j. in princip.ff. de verb.obligat.vbi Socin.colum.iij.dicit,quòd causa mediata est odium delinquentis.Et immediata est vtilitas publica.Lancel. in l.cætera.§.sed & si quis. ad fi.ff.de leg.primo.Nata in clem. sæpe.§.fin.colum. xxxiij.de verb.signi.Corset.sing.c. incipien. licet.est in verb.extensio. Monferr.in c.ij.col.fin.de const.libr. vj.Et dicit Ias.in l.fratres.in fi.ij.col.C.de inoffic.testa.quòd in correctoriis dummodo agatur de fauore publico, secundario, licet non principaliter licita est extensio.

Materia pœnalis est fauorabilis.

¶ Tertiò limita in grauioribus delictis, quia in illis seueritatem legum subsequi oportet.l.respiciendum.ff.de pœn.Cępol. consil.xxxiiij.incip.si vnquam.col.antepen.versic.x.
¶ Item in dubio dicimus, quòd quis censetur condemnatus eo mod

eo modo quo euitatur infamia. Decius in l. Certi condictio. vij.col.ff.si cert.pet.

¶ Item in dubio pœna videtur temporalis,non perpetua. Decius in cap.ex literis.col.v.de constitut. vbi col. ix. dicit quòd in dubio quis præsumitur potius condemnatus ex contumacia,quàm ex delicto.

¶ Item ad pœnam euitandam in dubio contractus diceretur conditionalis.Decius consilio ij.col.iiij.

¶ Item in dubio sequitur illud quod est minimum. l. cum testamento.vbi Socin.limitat.ff.de reb.dub.

¶ Item in dubio fauemus illi qui tractat de damno euitando. l.fin.§ si verò.C. de iur.delib.Item est aliquando ita fauorabilis vna causa sicut alia:vt in causa filij quæ est ita fauorabilis sicut causa ecclesiæ.Propterea infert Socin.in l.j.iij.colum.ff.de reb.dub.quòd sicut in legato fundi facto ecclesiæ veniunt adiacentia postea empta:Ita in legato fundi facto filio:quia sicut dispositio cap.in præsentia. de probat. locum non habet ecclesia instituta:ita non habet locum filio instituto:& quòd ita fuit iudicatum Senis.Catel.in ij.parte Memoral.in ver. amor licitus.& idem Socin.in repet.l.cùm auus.ff.de cōdit.& demonst. col.xx.infert,quòd dispositio l.si vnquam.C.de reuoc.do.procedit etiam in donatione facta ecclesiæ.Idem vult Alex.lib.iij. consi.xcij.super eo. col.ij. Fab.in repet.auth.nouissima.chart. xiiij.q.xiiij.Corset.sing.lxxxvij.incip.licet donatio. est in ver. donatio.Quod tamen non procederet in donatione remuneratoria.Marian.in d tract.de oblat.lib.xv.in primo casu. Imò in legitima plus fauetur filio,quàm ecclesiæ. gl.in l.si quis ad declinādam.C.de episc.& cler Panor.in repet.cap.cùm esses.col. vj.de testam.Signorol.consi.lxviij.quædam mulier. in fin.Baueria.insti.de testam.in princ.in col.xxxiij.& in §. testes autē. col.v.quia filius etiam si sit hęres patris,illam detrahit de legatis factis ecclesiæ.Marian.in tract.de obla.lib. xv. in primo casu.Doct.in l.j.§.ad municipium.ff.ad leg.Falcid. Felyn.in cap. ecclesia sanctæ Mariæ.col.xxxvj. vers. vbi lex. de constit. Scrutinium charta xxiij.Ias.in l.si fundum sub condit. §.Stichum. colū.ij.de leg.j.Bar. consi.xxxij.Maxius. Barb.j.volum.consi. xiij.clementissim.col.vij.xxxij. scribitur. colum.j. xxix.illud col.ij.xxxiiij.clementissim.col.j.

¶ Item limita dictam glos.l.si quis ad declinandam.non procedere in legato facto pro exoneranda conscientia testatoris.

Barb.

Barb.libro ij.consilio v.præclarè.col.xj.

¶Item limita vt procedat quantum sit pro legitima debita filio:quantum vero ad residuum vltra legitimam bene plus fauetur ecclesiæ quàm filio.Barb.Fabian.Marian.& Socin.& alij in locis prædictis.Decius in cap.in præsentia. col.xxxvij.versi. & circa istam.de probat.Ias.in l.j.ij.lect.col.v.C.de sacrosanct. ecclesi.in l.licet.iiij.not.C.de pact.in l.tale pactum.§.fi.col.iij. ff.eod.in l.generaliter.§.cùm autem col.ij.de instit. & substit. in l.si cui legetur.§.hoc autem.col.fin.de leg.j. Alexand.& Riminal.in l.pactum quod dotali.col.ij.C.de pact. Et propterea inferunt Alex.in d.consi.& Socin.in d.l.cùm auus.col.xx.quòd si est substituta ecclesia non habet locum dispositio l.cùm auus. cum simil. Idẽ vult Hercul.in disput.incip.Perusinus.col. pen. Paul.de monte Picho.in repet. §.Titia. q. xiiij. Cornel. lib.j. consi.cclxxvj.viso.Et sic vna causa est fauorabilior altera. Item pro causa fauorabili in dubio iudicabimus contra reum, licet aliàs diceremus quòd in dubio pro reo. Ias.in l.de die. ad fin. princ.ff.qui satisd.cog.Decius in rubr.de probat.col.liij.versi. vj.limita.& consil.cix.col.fin.

¶Item quia potius pro mulieribus religiosis quàm pro religiosis masculis.Præpos.in cap.verum.col.iiij.de cond.app.Decius in cap.in præsentia.col.x.de probat.

¶Item plus fauemus minori, quàm mulieri in dote. Monser. in repet.l.si constante.col.lij.ff.sol.matr.

¶Item in materia feudali plus fauemus filio. Præpos.in cap.j. col.iij.de eo qui sibi vel hæred.suis masc.

¶Itẽ plus fauemus libertati,quàm pupillo, vel reipub.l.illud sciendum.la.ij.de app.imò plus quàm piæ causæ.l. Papinian.§. quarta autẽ.vbi Fulg.iij.not.ff.de inoffic.testam.Ias.in l.si cui legetur.§.hoc autem.col.fin.in l.si fundum sub conditione.§. Stichum.col.ij.ff.de leg.j.

¶Item in dubio plus fauemus ecclesiæ Rom.quàm aliis ecclesiis.Card.Alexan.in cap.omnes.xxij.distin.

¶Item plus fauemus animæ,quàm cunctis aliis rebus. c. præcipimus.xij.q.ij.cap.cùm infirmitas.de pœnit. & remis.l.sancimus.C.de sacrosanct.cum sim.

¶†Viso qualiter debeat se continere iudex in iudicando, superest videre qualiter debet se cõtinere in exequẽdo.Sed quia duo magna luminaria,scilicet dom.Alexan. & Felyn. cumulatissimè commentarunt illos titulos extrà & ff.de re iud.ad eorum 48

rum

rum dicta recurri potest.

49 ¶†Qualiter autem debeat se continere in exequendo rescripta principis, dicendum est quòd si iusta sunt, illis parendũ est: si iniusta, debet iudex supersedere & rescribere principi, & expectare secundam iussionem. §. fin. in auth. de iudicibus. in auth. vt nulli iudicum §. & hoc verò iubemus. Ias. & Parpal. in l. nec damnosa. C. de precib. imper. off. Decius consi. cxxxvij. colũ. ij. Barb. dicit quòd si Papa peccat, est sine reparatione ad instar diaboli, vt ipse not. in cap. at si clerici. colũ. penul. de iudic. not. clj. Præsumuntur enim talia rescripta per importunitatem obtenta quando lædunt tertium, vt per eos. & Riminal. in l. causas. colũ. j. C. de transact. Alexand. lib. j. consi. xxxvij. incip. in causa mota. per Ang. col. ij. versi. & ita repetito. iij. volum. consi. xxxvij. Imò tales malitiosè impetrantes puniuntur. Bald. in rubric. de rescrip. col. iij. versi. quæro nunquid debeat. Guido Papæ lib. iij. cõs. cxcv. incip. in causa. col. iij. Etenim princeps contentatur si rescriptum quod videtur iniustum continere, non mandetur executioni per inferiorem: & ei nullam iniuriam facimus, si eum bonum & æquum reputamus. Barbat. inter consilia Alex. lib. iiij. consi. cxxiij. Riminal. in d. l. causas. Marascotus in repet. c. j. col. liij. de cõstit. lib. vj. versi. amplia. adeò post Cępol. caute. ij. in fin. ij. colũ. inuehit contra miseros prælatos, qui intantum literas domini Papæ timent quòd contradicere non audent. facit Papa Pius epistola xix. Bal. lib. iij. consi. xliiij. d. Bailardinus. Ioan. Montolon. in Promptuario Iuris. in versi. Ozias. ante fin. nam quando imperator facit contra ius, dicitur vnum pecus. Laud. in cap. si facta. si de feud. fuer. controuer. inter dom. & agnat. & propter peccatum citius moreretur. dixi inter feudalia Bruni consi. xij. in fin. primæ orationis. hinc dicit Socin. cõsi. clxv. col. viij. in fin. quòd mors regũ est frequẽs. facit Ioan. Andr. in cap. j. colũ. ij. de priuil. lib. vj. qui subiungit quòd si esset contra publicam vtilitatem, deberet rescriptũ auferri de manibus exhibentis. Card. consi. cxlij. incip. punctus quæstionis. col. penul. dicens quòd saltem cogitur impetrans cum literis redire ad principem. licet quidã officiales qui consueuerunt seruire domino per fas & nefas. Felyn. in cap. in literis. col. ij. de testib. pulchrè Vdalr. l. ij. ff. de orig. iur. col. xxij. & seq. Bald. in cap. quanto. de translat. epis. & qui fortè sunt hi de quibus loquitur Sidonius lib. v. epistola vij. incip. indagauimus. qui faciunt vt Pilatus, qui ob timorem CHRISTVM iniu

Qualiter obediendũ rescripto.

iniustè damnauit. & stulti præponentes amorem principũ diligentium obedientiores nõ aduertunt quòd obediendo peccent. Lancel. Polit. in tract. de offic. aduoc. in rubr. de seruili timore. text. & ibi Ang. in §. fin. in authen. de iudic. Afflictus decis. cccxcj. col. penul. in simili. Iacobi. in inuest. in versi. & promiserunt debita seruitia. col. iij. q. j. An vasallus debeat iuuare dominum in bello iusto, & deberent dicere, da veniam o Imperator, tu carcerem, ille gehennam minatur. cap. qui resistit. xj. q. iij. Cyprianus Benetus in tract. de authoritate Romanæ ecclesiæ. chart. viij. & Plus obediendum Deo, quàm hominibus. Actuum v. Hadr. Papa noster quodlib. ij. litera g. est chart. xix. col. j. Pet. Bertrandi in tract. de orig. iuris. q. ij. Et videtur rationabile, quia principes aliquando iubent in iracundia, quæ quantum noceat principi, ponit Guil. de Montefer. in consilio pragmaticæ Sanctionis. v. parte. est chart. lxv. frater Lud. de Veritate contritionis. in tract. de ira. cap. iiij. quòd ira tollit misericordiam & compassionem, & alia pulchra. & frater Isidorus de regim. princ. lib. iij. cap. x. Iodocus in tract. de nobilitate. c. xiij. char. ij. allegãdo versus Senecæ. & cap. xiiij. vbi latius. hinc dicimus quòd si Dominus iratus expellat famulum qui debebat seruire per annum, non intelligitur famulus liberatus. Benedic. de Plumbino in l. statuliberos. §. si ita sit, qui est §. fin. ff. de statulib. dixi s. de ira mulierum. vel inaduertẽter aliqua cõcedunt postea dolẽt esse executa: vt dicitur de Theodosio imperatore in cap. apud Thessalonicam. xj. q. iij. qui propter ea facit. l. si vindicari. C. de pœ. ad quam Cępola cautel. ij. col. ij. Felyn. in cap. purgantium. col. fin. de re iudic. Ias. in l. j. ij. lect. col. iij. C. de sum. Trin. in l. puniri. in fin. C. si contra ius vel vtil. publ. in l. debitoribus. col. fin. ff. de re iud. vbi enumerat vij. casus in quibus supersedetur ab executione sententiæ. Paris de Syndicatu. chart. v. de exces. consiliariorum. & chart. lxxxix. c. mandauit. & chart. lxix. est in versi. resistentia. col. ij. Iodocus in tract. de nobilitate. cap. xiiij. Marti. de Laude in tract. de consiliariis princ. q. vj. incip. consiliarij. maximè Igneus in repet. l. donationes. col. v. & in disput. seq. incip. cùm me legente. colũ. xlviij. vbi respondet ad quædam dicta Cy. Honoratus in Arbore bellorum, lingua Gallica cõposito. chart. vltim. de quo meminit curia Delphinatus. q. cxiiij. in facto guerrarum. circa fi. facit Guil. de Monteferrat. in commento Pragmaticæ Sanctionis. v. parte. chart. lxv. Bene faciunt quæ moraliter dicit Pontanus

Princeps dolet iussum suum fuisse executum.

50 tanus in tract.de obedientia.lib.iiij.in rubr.†an parendum sit decreto quod iniustum videtur.vbi refert plures principes antiquos & Moder.in iracundia quosdam iussisse interfici, quos postea desiderauerunt. latè Decius in c. si quando. ij. not. post Felyn.de rescrip.vbi dicit quòd saltem debet rescribi principi & expectari secunda iussio. Riminal.vbi s. & dicit esse tutius Igneus d.col.xlviij.& Parpal.in d.l.non dānosa. Paris in tract. de Syndic.chart.xij. vers.si per statutū.& char.lviij.col.ij.vers. officialis non debet.& chart.lxix.in fin.col.ij.quæ si emanauerit adhuc non debet obedire, vt latè inuehit Fortun. in repet. l.Gallus.§.& quid si tantùm.num.230.ff. de lib. & posth.facit Corset.in repertor.ad abbatem.in vers.absolutio.col.ij. maximè vbi agitur de vita hominis. Aristot.quem allegat Afflictus d.decis. cccxcj. vbi vult quòd licet aliquando ex causa toleretur factum iniustum principis, nunquam tamen vbi agitur de vita hominis.facit d.cap.qui resistit.& potius debet renūtiare officio si vult esse tutus in conscientia, quàm parere. Felyn.in cap.consanguinei.de re iudic.in cap. veniens.col.fin.de simon. vbi loquitur de rectore collegij.& ita tenet glos. Pragmaticæ.
51 chart.xxvij.col.j.reprehendendo Cy.†melius est enim pro veritate pati supplicium,quàm pro adulatione beneficium. cap. nemo peritorum.xj.q.iij.potius pati omnia mala,quàm malo consentire.xxxij.q.v.ita Hadr.Papa noster in quodlibet. ij. est chart.xx.col.ij.pulchrè Afflictus constitutione, inquisitionis. §.etiam dura.in fin.Luc.de Penna in l. quotiens. C. de naufra. lib.xj.col.iij.vel intret religionē,vt frater Io.de Capistr.quem refert Hippol.in l.de minore.col.iij.ff.de quęst.Afflictus in cōstitutione patarenorum.col.iij.Barbat.in cap.j. col.iij.de iura.
52 cal.† quia hodie quandoque principes plus mouentur voluntate,quàm ratione.Ias.in l.si testamentū.col.j.C.de testam.ideo si principibus seculi plus liceat quàm par est,plus valent quàm liceat.Steph.Malereti in tract.de elect.chart.xliiij.in fi.col.iij. vbi char.lxv.col.iiij.quòd à Deo non capiunt potestatem pec-
53 candi.Quandoq; & secundo†princeps ita inuerecunda petentium inhiatione constringitur, vt etiam non concedenda tribuat.l.j.C.de petitionib.bon.sublat.lib.x.cum sim. vt Dec.post Felyn.in cap.quæ in ecclesiarū.col.antepen.de consti. Hippol. not.vj.incip.in princ.Barbat.lib.ij. consi.xxiiij. clemētissimi. col.iij. Aret.consi.xv.reuerendissime. col.iij. versicul.præterea quando. Fulg.consi. xx. pro pleniori. versi. superest tertius. & consil.

consil.lxj.domina Caterina.col.ij.ver.iiij.quia rescriptum.Io. Lup.de donat.inter vir.& vx.char.xlix.ver.tertius casus. Quã doq; & tertiò †princeps per curiales & magnates in curia infe 54
statur:& talia rescripta etiam præsumuntur impetrata per importunitatem.l.j.C.de fun.limitroph.li.x.& dicit ibi And.de Barulo,quẽ sequitur Bar.& Iac. Rebuf. quòd est ipso iure nullum quãdo infert alicui præiudicium.Lancel.in l.si mihi & tibi.§.in legatis.col.iiij.vers.ij.not.de leg.j.Fulgo.d.cons.xx. Et allegat illud Lucan. Nulla fides pietásq; viris qui castra sequũtur.&c.Cors.sing.cclxxxv.rescriptum.Ioan.Lup.in rub.de donat.inter vir.& vxor.chart.xlix.Quandoq; & quartò †præ ni- 55
mia lætitia,quo casu quod faciũt nihil valet, tanquam sint extra mentem.arg.c.vnusquisq;.iuncta gl.xxij.q.iiij.tex. cũ glo. bene intellecta.instit.de liberti.§.serui verò.in versi. balneum. gl.in procе. regularum Cancellariæ.Io.de Selua in trac. de benefic.j.parte.q.ij.col.x.vers.j.beneficium est.chart.v.vbi dicũt quòd signaturæ quas facit Papa antequam exeat de conclaui, sunt nullæ,propter nimiã lætitiam Papæ.& Io.Lup.in rubr.de donat.inter vir.& vxor.chart.xliij. col.iiij.dicit quòd donatio per Regem facta tẽpore guerræ vel in principio acquisitionis status & regni,non valet. Est enim lætitia consilio inimica, vt Petrarcha epist.lij.ancipiti.& dicebat Cato senior,quòd secundæ res lætitia transuersum trudere solent à vero consulendo & intelligendo.Vdalr.in l.ij.ff.de orig.iur.col.lj. ¶Quãdoq;
& quintò †ad requisitionem mulierũ. propterea Burgos in c. 56
peruenit.col.v.de empt.& vend.refert Barb. mirari quòd Papa ad allegationes vnius mulieris fecerit illam decisionem. ideo tunc succedit quod in simili dicit Felv.in c.si quãdo. col. viij. versic.vbi verò.col.ij. de rescript. dum loquitur de rege Franciæ.Bald.in c.j.col.fi.de constit.vbi refert Imperatorem dicentem quandam mulierem,cuius amplexus dicebat illicitos,Imperatori dixisse: Domine,si libet,scilicet facere quid vis de plenitudine potestatis. Et meritò Bald.adducit, quòd est dictum mulieris impudicæ. prout in simili de Virgin. dicit Cæpol. in tract.de imper.mil.delig.char.xiij. est in c.pro imperatore verò gentili.col.vij.vbi dicit quòd meritò Virgil. induxit illud, Dolus an virtus,quis in hoste requirat.esse dictum pueri, non autem viri grauissimi.†Quia plenitudo potestatis non exten- 57
ditur ad aliquid iniquum.Curtius consil.lxxiij.col.xxix.in fi. Plenitudo
Fulg.in d.consil.lxj.col.penul.Barba.lib.ij. dicto consi.xxiiij. potestatis.

col.iiij.Card.cõsi.cxlij.incip.pũctus.col.ij.Barb.in c.quanto. de iureiur.dicẽs figendũ cordi in c.cùm omnes.in prin.de con stit.Moder.in l.rescripta.C.de precibus.imper. off. Nec debet exerceri nisi cum magna causa.Ias.in l.Barbarius.col.vij. ff.de offic.prætor.Inn.vbi Panor.ad fin.in c.innotuit.in c. illa quotidiana.ij.not. de elect.aliàs diceretur vti plenitudine tẽpestatis.Io.de Selua in tract.de beneficio.j.q.ij.partis.col.vj. & tribus seq.Socin.lib.iij.cõs.cxx.memini.col.pen. Alberic. in Dictionario,in vers.argumentũ.col.vj.Perus.in rub.de testa.libr. vj.col. fin.vbi loquitur in Papa qui habet maiorẽ potestatẽ in subditos,quàm imperator. secundum Præpos.in rub. de appel. col.vj.vers.sed diceret quispiã.posui inter feudalia Bruni, cõs. xij.col.xxvj.& dispẽsatio sine causa dicitur dissipatio. Archid. in c.cõsequens.xj.dist.Io. And.in c.de multa.col.v.de præbẽ.
58 Roch.in c.fi.de cõsuet.char.x.col.j.vers.extra istã. †Et nõ debet exerceri plenitudo potestatis, nisi præmissa claue discretionis.Innoc.in d.c.quãto.de iureiur. Et de raro.Bal.in l.j.§.cùm autẽ.C.de cad.tol.in l.ij.C.de com.rer.alien. & nõ in præiudicium subditorũ. Pet.de Rauen.in alphabeto iuris.vers.priuilegiũ.col.ij.aliàs peccat mortaliter.Paul.de Cast.consil. xxvj.incip.super primo videtur dicendũ.est in ij.vol.cõsi.xxxiiij. Paris de Syndicatu.iij.char.de excessibus. col.ij.in fin.& propter peccatũ princeps quãdoq; perdit dominiũ.c.si de rebus.xxiiij. q.j.& citius moritur.c.episcopi.xj.q.iij.potest ad prædicta videri Socin.cõsil.clxiiij.incip.visa bula. & ex pluribus aliis etiã causis quãdoq; coguntur principes ad complacendum postulantibus indebita quæ vix enumerari possent.Sed caueãt indebitè cum istis impetrationibus opprimentes tertiũ à precibus quas dicit se pro episcopo suo effudisse Francisc.Vuillonus in suo testamento lingua Gallica composito:nã cũ vox oppressorum clamitet ad cœlũ,visi sunt plures annum nõ superuixisse.
¶ Et hæc pro nunc sufficiant, & omissis quæ dicit Andr.Barbat.in fin.rubr.C. qui admit.si quid boni est, laudetur Deus:si mali,compatiatur benignus lector, & dignetur corrigere sensúmq; verbis præferre.Cupiebam enim prodesse, & nemini displicere,quod est valde difficile loquẽti de moribus,quin saltẽ seruare deberet illud Horat. quod refert Persius satyra j. vbi Britannicus commentator, Omne vafer vitiũ ridenti Flaccus amico &c.& quod feci quoad potui. veritas enim, quia corrigit odium parit.Matth.Bosius epist.vij.col.j. processiq; celeri faciliq;

faciliq; compendio, vt se dicit fecisse Gellius in vlti. c. Noctiũ atticarũ. & potius per modũ cuiusdam repertorij, vt se facere dicit Nellus in tract. bannitorum. col. j. licet aliter Præpos. in procœ. feudo. ad fi. sed ibi erat in lectura licet tacita, hic quisq; ex inspectione facile percipiat nõ me ex repertoriis collegisse; sed longo discursu variorum operum: quia de his copiosius disserui, de quibus nulla mentio in aliquibus repertoriis habetur. nullius authoritatẽ spreui, modernam vel antiquam, postquam omnes scripturæ de quarum improbatione non constat possunt allegari. Io. Bagnioni in tract. de potestate dominorũ, imò & hæreticorum in his quibus non errarunt, Bal. in c. fi. de sum. Trin. vbi de origine. facit Luc. de Pẽña in epistola ante lecturã triũ librorũ C. de Isern. in prologo feudorũ. q. vj. col. fi. facit frater Syluest. cõtra Luth. char. lxvij. dũ loquitur de Ioã: Taulero. facit Barb. in c. cùm omnes. col. xij. de cõsti. vbi dicit ꝙ licet in causis allegare Philosophos. & sacram Scripturã. latè Ias. in l. j. col. vj. ff. si cer. pet. Felyn. in c. ex parte. el j. de rescrip. char. pen. in c. qualiter & quãdo. el ij. de accus. Bertach. in trac. de episcopo. j. parte lib. ij. q. xlvij. est char. xij. facit illud Ouid. quod suprà retuli loquẽdo de exẽplis in iiij. ratione, ꝙ est vtile nubere, fas est & ab hoste doceri. Et quæ s. dixi respondendo ad vj. de fatuitate, ꝙ etiam dicta fatuorum, imò & ab anniculo paratus est August. edoceri. Bertach. vbi s. pulchrè Symphorianus in libello Medicinali. char. ix. allegãdo Augu. de Christiana religione dicere, ꝙ ab Ethnicis ea quæ ad doctrinã faciunt Christianã, esse surripiẽda, tanquam ab iniustis possessoribus. Et dicit Hug. lib. iij. Didascalicon, ꝙ sapientior omnibus eris, si ab omnibus discere volueris. & allegat Chrysippũ. Quod tu nõ nosti, fortassis nouit asellus. facit quod dixi s. de iuuenibus doctorib. & de laudib⁹ Homeri, & ꝙ allegetur à Iurecõsultis. Codrus serm. ij. latè. & in illo opere. char. xxix. lvj. lxv. lxvj. & septẽ vrbes certanr de eius ortu, vt ibi. & Iaco. Bonon. in annotationibus variorum. chart. cxcvij. ad epistolas Plinij. & in eo bene verificatũ est illud quòd cæcorum sunt perfectiora phantasmata. Lãcel. in l. cæcus. ff. de iudi. & ad illud Hier. quòd fuerit vapulatus, quia legeret Ciceronẽ, vide Carmelitanũ in apologia ante Parthenices Marianas. incip. quoniã. chart. pen. Imò ꝙ fuerit somniũ, non veritas testatur ipse Hieron. quem refert Politia. centuria j. c. j. col. ij. Quinimo & Vetus testamentũ allegaui sæpius, quia licet omnis obligatio dispositione veteris

legis inducta, morte Christi sit extincta Hadr. Papa noster in Quodlibet.q.v.col.v.& multa permittūtur in veteri testamēto, quorū exemplis hodie vti non licet.xiij.q.ij.c.quod ait fratribus suis Ioseph, multáq; cōcedebantur, quæ nunc prohibentur.c.nos si incōpetenter.ij.q.vij.col.ij.§.his ita.& patet in exēplo quod ponit Præpos.in rub.de spōsa duorū ad fin.quòd hodie etiam pro habenda prole, quam quis non potest habere ab vxore, nō est licitum tenere concubinam. Item multa sunt Dei opera quæ admirari magis conuenit, quàm imitari. Papa Pius epist.v.col.vij.& d.c.nos si incōpetenter.§.his ita. Mart. Laud. in tract.de primogenitura.col.penul.Hostiē.in summa de cleric.pugn.in duello.§.an sit offerēdum. tamen si quis negat historias Veteris testamenti, pertinaciter est hæreticus. Afflictus constitutione, inconsutilem.col. vij.in ix.q. vbi an liceat tenere libros hæreticorum. Et vetus testamentū & Iudæis & Christianis & Sarracenis cōmune est. Papa Pius episto.vij. in opere est charta lxvj.vbi subiungit quòd vana est argumentatio sine diuinæ legis veritate, & testimonio. allegaui etiam philosophos, & poëtas, & historicos, & medicos, quoniam veritas à quocunq; dicatur, à Spiritu sancto est. Zacha.in sermone cōcilij Pis. in principio. varietas huiusmodi omni operi plurimum ornatus & gratiæ solet afferre, secundum Iodocum in tractatu de nobilitate, in sua peroratione, quam posuit in fine operis. chart.pen.& vt varietas ciborum inducit appetitum, ita varietas allegationū excitat appetitum videndi. facit Bagnionus in tractatu de potestate dominorū in j. membro ij.ratione. Item quia multiplici lectori melius est satisfactū ex aliqua allegatione suæ professionis. Et etiam quia fortè horum scripta sunt diutius duratura quàm Legistarum; cùm propter multitudinē scriptorum necesse sit iura reformare. secundum Petrum Iacobi de statu Curiæ Romanæ, quem refert Formarium Cancellariæ.char.l.& seq. Et inter Iuristas nouissimos libētius allegaui non pro authoritate: quia fons, nō riuuli, esset adducendus.c. ieiunium.el ij.lxxvj. dist. Augustinus in Scrutinio consiliorū. chart.xlix.sed hoc feci studio breuitatis: quia per hos riuulos fontes possumus inuenire de facili, qui ad eos nos ducant, cùm moderniores antiquos referant. & ita fieri docet Felynus in cap.Rodulfus.col.xiiij.versicu. ortus autem.de rescript. Afflictus in decis.Neapol.quæstio.c.incipiē.in causa.Pet. Francisc. de Rippa in tract.de Peste, char.lxxij.num.xxiij.vbi propterea

damnat

damnat consuetudinem taxandi salarium allegationum per numerum chartarum.nullius nomen subticui, quia vt Aeneas Syluius in tracta.de educatione liberorum in rubr.qui oratores legi debet.post Plinium nullus liber est tam malus, ex quo non possit aliquid vtilitatis excerpi. Et quamuis liceat de libris antiquis elicere & in suos transportare. glo.iiij.in authé. de mand.princ.& quæ dixi suprà.char.j.facit Luc. de Penna in procœmio trium librorum.C.Rof.post suum tractatum libellorum,in procœmio suarum quæstionum Sabbatinarum.Antonius Zazi.in florida corona medicinæ. cap. ij.d. Sapia in oratione funebri.Ias.charta iij. Imò magnarum virium est auferre clauam de manu Herculis: vt respondebat Vergilius,quem refert frater Ludouicus Viualdus in tract. de Veritate contrit. dum loquitur de inuidia. vbi per plura capitula sequentia ibi proximè. Et si aliqua cogitamus quæ scripta & cogitata sunt, non minus nobis debetur,quàm his qui prius cogitauerũt.intelligendum semper est, dum tamen furtum non committamus.nec credendum eos modernos fures qui diuitiis ingenij sui satis fruuntur. Fortun.in l.iurisgentium.§.prætor ait.colũ. x.ff.de pact. licet quidam dedignentur modernos allegare. vt inuehit Barbat. contra dedignâtes allegare Panorm. in capit. in præsentia.colum.lxxx.de probationibus.in capit. significasti.columna finali.de foro competenti.Alij dedignantur referre aliquos, contra quos Igneus in disputatione an rex Franciæ recognoscat Imperatorem. colum. ij. benignum tamen & plenum ingenui pudoris est, fateri per quos profeceris. secundum Plinium,quem refert Cardin. Alexander in fin.commenti ad iiij.Decretal.Ias. in fine commenti institut. de actio. Barbat.in fine procem.de constitut.in cap.nonnulli.§.sunt & alij. columna v. de rescript. regula Cancel.xxvij.in commento, in annotatis variis. Baptista Pius in posterioribus. capit. xxj. facit Curtius Senior consilio lxv. super præmissa, dicens quòd secus facientes possunt dici fures alienæ laudis.l.hereditatum. §.fin.ff.ad l.Falcid.Ias.de iure emphyteutico.col.clix.Sandol. in repetit.l.quod te.ff.si certum pet.col.xxv. Parpal.in princip. prælud.feud. Lucas de Penna in l.j. C.de stud.liber.lib.xj.col. viij.vbi allegat Victruuium.Barbat.in rubri.C.qui admit.col. vj.Alber.in procem.C.incipien.quoniam.col.ij.& cõtra tales etiam inuehit Lancel.in l.licet.in fin.ff.de iudic. Felyn.in cap. ex parte.in vers.periurus.ad fin.est colũ.iij.de rescript.Opizo.

in repet.§.diui.col.lxxj. & xliiij. vbi taxat de hoc Alexãdrum col.lxxxnj.ij.fallen. Et ibidem de hoc cum dãnat postea Mon ferr.columna xviij.versic. demum. Bart. meritò ergo. Lancel. Politus in tractatu Subſtit. in materia exemplaris. columna quarta,exclamat quòd homines quandoque in aliis reprehendendis ſunt adeò incircunſpecti quòd in illud vitium in reprehendendo incidunt:cuius alterum arguunt,vt quidã qui compoſuit tractatum contra ſuperbiam & vanam gloriam, & ipſe ſemper inter ſcriben. illum ſuum tractatum adeò extollebat quòd ſe glorioſiſsimum demõſtrabat. videtur Plato de Diogene, quòd factum faſtu calcaret. taxant enim alios de furto, ipſi qui nedum fures,ſed trifures exiſtunt.ſecundum Codrum. At non ſic fecit Hoſtien.in ſumma de teſtibus.§.quis poſsit eſſe teſtis.columna penultima. dum dicit,quòd neſcit ſi ſcriptor errauerit etiam de tali furto.Baldus taxat Bartol.in l.precibus, columna antepenultima. C. de impub. Et in l.ſi donatione.columna ſecunda. C. de collationib. quod ibidem ſibi attribuit quædam dicta Nicol. de Matarel. cum etiam taxat Barbat.in cap. licet. columna quinta. de foro competenti. dicens quòd Bart.ſibi appropriauit vnam diſtinctionem Pauli de Leaza. & Ioannes Petrucius idem facit de motiuis.Imol.ſecundum Barbatiam in Ioannina, columna cix. vbi columna cxiij. dicit, quòd multi hac ætate miſeri aſcribunt ſibi dicta. Et ambo Raphaëles idem de opin. dom. Chriſtophori de Caſtel.ſubtilitatum principis eorum præceptoris, cuius nouas opin. ſemper ſibi impudenter aſcribunt.ſecundum Iaſon. in l. prima.columna liiij.ff.de pact.idem fecit Iaſ.de dictis Cornei, vt detegit Lancel.in l.prima.C.de ſecund.tab.Et de Salyc. d. Alexan. vt idem Lancel.in l.ſi quis duobus.C.de impub. & Ioan. And. in addi.Spec.de conſiliis Oldr. vt Iaſ.ſæpe legendo dicebat.& patet ex locis glomeratis in fi.conſiliorum Oldr.& dicit Brunus in tractatu de augmento.charta.xxiij.colum.ij.quòd illorum conſiliorum ſolebat Ioan. Andræas eſſe fur.& fecit idem practicus Pap.de practica Petri Iacob.ſecundum Cępol.de ſerui.vrban.cap.l.de furno.& Alber.d.Signorol.in rub. ff. de verbor. oblig. columna prima.& prout & Raynerius vt in conſiliis Signor. conſi. lxviij. quædam. columna iiij.in princ.& Io. Igneus allegando pulchrum text. in diſput. ſua, An rex Franciæ recognoſcat Imperatorem. col.ij. & contra queritur Ang. de Aret.inſtit.de exhęred.lib.in fi.prin. quiquidem ſibi appro-

priauit

priauit quosdam casus,quos sibi cumulauerat.Et etiam Felyn. in c.j.de treug.& pac.col.vj.de vna apostilla sua quam alius sibi appropriauit, nimirum si doleant de tali furto, vt Virgilius dum fecit,Sic vos non vobis. Dicerentur enim nati quarta Luna,hi qui exemplo Herculis aliis tantummodo laborant. Politianus centur. j.in c.viij. licet ipse non curet in fi.primæ centuriæ, & facere vt candela quæ se consumit pro illuminando alios.c.fin.xv.q.fi. vbi ille piger Neapolitanus nolebat operari,dicẽs quòd nobilis suus sibi postea pecuniam extorquebat, à nobili postea baro,à barone rex, & quòd rex ipse operaretur si vellet,alteri tamen prodesse cogeris si tibi vis viuere. Bald. in l.liberti libertæque colum.iij.C.de oper.liber. Et licet Ias. legendo sæpe diceret talia furta non mereri furcam. pro quo Luc.de Penna vbi suprà. & Græci magni fures fuerunt, vt Eusebius de Euangelica præpa.lib.x.c.j.sunt tamen irridendi.Politianus in Lamia.col.j. Fely.in c.postulasti.col.ix. de rescript, vbi irridet Barbat.quia multiplicata impressura omnia eius furta detegit, & ideò nullo modo cõmittenda:vt patet ex prædictis. Quinimo nedum alia dicta furari prohibemur, sed & eorum longa recitatione vti vituperosum semper fuit de tempore antiquorum:vt Cyn. & Ioan.Fab.statim allegandi, quanto magis in tanta librorum vbertate,quam vt dicit cauda addita glos.in verb.tribus annis.in l.ij.C.de vete.iur.enucl.Fely. in d.c.postulasti. impressura nobis præbuit. & de recitatione vide quomodo Cy.in l.iudices in princ.C.de iud.irrideat Specul.quòd referat tractatum Ioann.Fasioli de Pisis de verbo ad verbum, more corniculæ ad consilium accedentis.facit quod dixi suprà charta.j.& Barbat.in cap.quærẽti.j.not. de offic.de leg.nec debemus transplantare de charta in papyrum. Ias.in l. non dubium.in fin.vj.colũ.C. de leg.Panor.in c.relatũ.de cler. non resi.Fely.in cap.etsi conquestus.de simo.colum.fin.Igneus. in auth.ex causa.C.de libe.præter.colũ.lxviij.Afflictus in constitutione,si quis in posterum. in fi.post Io.Fab.in §.adeò. instit.loca.ad fin.qui dicit quòd dicuntur lauare sinapum: id est mutare de vna scutella in aliam. Monfer.in repet.§.diui.colũ. xiij.nisi fieret cum aliquo additamẽto.Bon.in tractatu de nobilitate.iij. par.num.clix. possunt enim vocari pedarij senatores: id est qui sententiam in senatu non dicerent,sed in aliam sẽtẽtiam pedibus irent.Gellius lib.iiij.c.xviij.nõ pauci. hinc Barb.in c.si diligenti.col.iiij. de foro compet.dicit ꝙ non cu-

rat referre alios: quia habito vno videntur haberi omnes, quia nihil noui afferunt. hinc Bald. in l. j. ad fin. C. de sacrosan. dicit, quòd non intendit esse transcriptor, sed aut inuentor, aut declarator, vel nisi in legibus dubiis: quia non debet pudere totum repetere. Igneus in d. auth. ex causa. col. lx. facit Gellius libro ix. c. ix. quando. & sic vides quomodo vnus doctor alium mordet. vt etiam in l. Gallus. ff. de libe. & posth. per discursum. & frater Ludouicus Viualdus de Veritate contritionis, dum agit de inuidia, vt Polidorus Prouerb. ccxlviij. & Erasmus in parte j. Prouerb. dccccxcviij. suspendio arbor eligenda. in annotationibus variis. chart. xxix. Ang. Polit. centur. prima. c. xc. post medium. & in chart. cv. Baptista Pius c. incip. August. Luc. de Penna in epistola ante commentum suum trium librorum C. & Celsus irridebat sententiam Labeonis in l. sed an vltio. §. j. ff. de neg. gest postea Labeo irridebat consultationem Celsi. l. Domitius Labeo. ff. de testam. ad quam Fortu. in l. Gallus. §. idem credendum. col. iij. ff. de libe. & posth. vbi Galiaura in primis verbis illius l. in princ. Baueria in §. sed hæc. col. penult. instit. de testam. Et plures valentes scriptores qui habuerunt detractores, refert Rom. & inuehit singul. dclxxj. incipi. quid aliud. & de Grammaticis & Philosophis quomodo vnus alium mordeat. Lancel. Paxius in proœm. Quintil. de literatura non vulgari. vbi in fin. excusat eos per illud Columellæ de Re rustica, quòd nulla est ars quæ singulari consummata sit ingenio: & sufficit aliis viam parare veritatis inuestigandæ. Alber. in proœm. C. incip. quoniam. colum. ij. & secundum Quintilianum, rerũ cognitio quotidie crescit. facit Bald. in c. post translationem. j. not. de renunt.

¶ Et sic finem capit Sylua Nuptialis, in qua vt inquit Felyn. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de cõstit. in vltimis verbis. nihil proderit emendasse librum, nisi emendatio Librariorum diligentia conseruetur: quia impressores sæpe deprauant, vt videmus quotidie. & de deprauatione lect. Alexand. dolet Ias. in l. maritus. col j. C. de procur. facit Codrus sermone j. charta xx. Sabellicus in annotationibus Liuij. lib. xxj. est chart. penult. vide vnam epistolam post Diodorum Siculum & Nicolaum Sipontinum in fin. Cornucopiæ. epistola incipien. solebam nuper. vbi colum. j. deplorat hanc corruptelam. & colum. ij. ponit remedium quod posset adhiberi. Adde quod esset necesse quòd impressor haberet tot literas quæ possent sufficere compositorib

toribus pro duobus diebus absque eo quod oporteat eos discomponere formas iam compositas proponendo subsequentem: nam quando vna aliam sic statim insectatur, & stimulat, non est possibile quòd correctores adhibeant eam diligẽtiam quæ esset necessaria. Item esset opus quòd transiret per manus trium vel quatuor correctorum qui essent docti & experti, vt quod vnus non aduertisset, alius suppleret: quia plus vident oculi, quàm oculus. cap in nostra. de testib. l. hac consultissima. in fin. C. qui testam. facere possunt. cap. prudentiam. de off. deleg. At Bibliopolæ conqueruntur quòd libri sunt in tam vili pretio quòd non possent hanc ferre impensam: sed benè sciunt quòd malè dicũt: quia lucrantur vltra cæteros artifices, & optimè, vt experientia docet: sed eorum auaritia hæc causat: ideo bonum esset vt principes quando concedunt eis priuilegia, quod nemo possit imprimere vel vẽdere aliquod opus præter eos, vt imponerent eis conditionem: dum tamen tales codices emendatissimos proferant: aliàs careant tali priuilegio. Benè scio quòd non fiet, sed sufficiat dixisse. Audiui tamen quendam principem super huiusmodi speciales deputasse officiales qui habeant aduertere: & contrà facientes punire. quod esset opus sanctissimum & reipubl. vtilissimum.

¶Satisfaciendo promissis in respondendo ad nonum de infinitis sinistris moribus, Sequuntur carmina magnifici Equitis sacri Sepulchri, Philippi Vagnoni de Monte calario, illustrissimi ducis Sabaudiæ hospitij, magistri Iurisconsulti & poëtæ famosissimi, nondum impressa.

¶De conditionibus hominum eius temporis.

Si modò quid faciant homines fortasse requiris
  Quid quoque Vagnonus fortè Philippus agat:
Pontifices satagunt summi grandire nepotes,
  Principibus Cæsar quod iubet, ipse facit.
Impius ignescit miles Mauorte rapaci:
  Aulicus infidus ambitione premit.
Opprimit & populos, nec Rex sua fœdera seruat:
  Summa sacerdotes torquet auaritia.

Sæpe minus credunt superos qui arcana tuentur,
Hos tenet in ficta religione pudor.
Inuehit incassum qui publica crimina taxat:
Laudat & auditor verba, nec vllus agit.
Quas coluit sectas delyrus apostata damnat,
Arserat aurigam cura rebellis equi.
Blasphemat lusor, protellat crastina iudex,
Quæ reus obtulerit munera prætor amat.
Sportula iudicium totiens recidiua perennat,
Legibus & nasus cereus esse solet.
Iurisconsultus promittit, & accipit aurum:
Orator mendax, ære poëta caret.
Scriba notat lites, inter distantia sulcus
Linquitur, vt medio rana natare queat.
Fertile causidicus studium, venator inane
Prosequitur, mimus pigmata, scurra iocos.
Accelerat lites actor, differre reorum est:
Augur ab incerto sydere falsa canit.
Publica res curis agitatur, nauta periclis,
Spe quoque piscator fallitur, arte magus.
Vana sophistarum replent præludia circos:
Si necet aut sanet physicus, æra petit.
Semper amat lites chirurgus, vulnera, rixas:
Oderunt fures lumina, vincla, crucem.
Rustica discutiat tonsor subitarius ora,
Solus & hic domino furta sciente facit.
Furatur pauper, diues vult ditior esse:
Peierat mercum venditor æris amans.
Mercedem ex vno duplicem vult sumere pacto
Proxeneta: fugam quærit ab arce reus.
Infamis leno græcatur panibus vnctis,
Miraque lictori carnificina placet.
Segnis & assiduo sibi parcit seruulus astu,
Et meretrix fallax, ingluuiosa, procax.
Nutibus & tortis oculis fatuantur amantes,
Exurdat coniunx garrulitate virum.
Interdicta cupit diuortia sæpe maritus,
Vestalem tædet abstinuisse toro.
Defraudat verum qui vendit aromata pondus,
Atque loco milij sæpe ministrat olus.

Offic

Officina tenet lanium carnaria, cultro
Decipit emptores, vendit & ossa simul.
Tesserulis geminat numerum si voluis ocellum,
Et premitur digito prona libella graui.
Radit inæqualem Cererem pistoria tractans,
Lixiuio si vis pinsere, farra tument.
Pollice sub refluo cubitalis labitur vlna,
Pennus in obscuro venit & ipse loco.
Vendet & inuito tibi blandus Cecropa merces:
Cerdo, Faber, lucrio tendit in arte dolos.
Et fullo & sartor, suit hic, velit ille, sed vrit:
Hic cita puncta trahens festa, profesta facit.
Vestibus agninas hyemalibus addere pelles.
Pellio promittit, vellera ponit ouis.
Hic quoque dente trahit crepidas, sandalia, soccos,
Vt premat alluces solea parca tuos.
Excreat in palmis lignarius vt requiescat,
Duraque languidula tigna bipenne dolat.
Quique locant operas, tardo conuicia soli.
Dicunt, conductor sole cadente dolet.
Deserit instabili cœptum mercede recepta
Pictor opus: si vis finiat, æra tene.
Rara inter crustas ponit cementa redemptor,
Fartaque cementis mœnia calce carent.
Vrere vis clibanum, vini fornarius obam
Fac bibat, aut panes cornua nulla ferent.
Hic tenues inflat calices vt sæpe lucretur:
Sunt figulo fragili vasa caduca luto.
Crucisas intermiscent farcimina muscas
Fartores, sorbent iuscula crassa coqui.
Aurifices mixtim liquefactum dicitis aurum:
Non focus, at furtum garrula lima facit.
Ducite fusores, veloces ducite folles,
Transmutat species solus & æra Deus.
Fercula conuiuij laudat dum cursitat hospes:
Versiculos laudat Biliapola meos.
Simia turpiculos catulos putat esse decoros.
Nec secus egregium quilibet author opus.
Negligit authorem si quid superadditur, author,
Tertia cui medium litera iungit onus.

Sunt

Sunt tamen authores quibus est suprema potestas,
Exauthorari quos facit aura leuis.
Inter delitias gemebunda puerpera pinguet,
Et lac sub rimio neque colostra negat.
Et quæ conuertit vuluas, dicitque fœcundas,
Infantis nasum indicat esse patris.
Pastillos nutrix petit, oua, vinúmque merúmque,
Nec vetat in venerem perniciosa malam.
Basiat in somnis arsura venefica Manes:
Rhetia sæpe carent aucupis alitibus.
Sunt cita tutori pupillo tempora longa:
Postulat vt solem villicus, imber adest.
Subdola rusticitas patitur violenta, superbit
Nobilitas, hospes mitis & inde rapax.
Difficile est iuuenem sapientem, & cernere sanum
Decrepitum, inuidia vel caruisse pares.
Incolumis nescit sese superesse beatum:
Vt valeat, Crœsi traderet æger opes.
Discordant fratres, communio, particulones:
Et male communi bulliat olla foco.
Pignora damnistæ præscribunt, tempora vendunt:
Lanifices pannum túncque rotísque trahunt.
Piratis misera est, & suspiciosa tyrannis
Vita, pater durus vel pia mater amant.
Pascit herus famulos tantùm durante labore:
Est quoque priuignis dira nouerca suis.
Sic vbi fellis abest saliunt per scrinia mures:
Sic domina ancillæ digrediente domo.
In speculo gaudent faciem spectare puellæ:
Infanti querulo dulcia præbe silet.
Non opus est placeat sibi qui laudare choream,
Te nisi cantator sæpe rogante canit.
Dic hera consuetæ velut redimita recedas,
Es Tethys & tergo sanna parata sonat.
Semper habent lites vicini, iurgia glores,
Et petit infesto tibicen æra sono.
Histrióque alludit plebi, sed puluiger affert
Mandragoram medio pharmacopola foro.
Anguibus inuoluit guttur, Gallíque cerebrum
Pungit acu, & modico puluere curat auem.

Qui iumenta locat meritoria ſeu veterina,
Dat ſuccuſſorem quem male ſeſſor alit.
Verberat inſontes hic poſt conuicia mutos:
Hic celerem ſæuo calcare pungit equum.
Sæuit & in tauros ſumpto perone bubulcus:
Nec vetat in vites argolus ire capras.
Dúmque ſues vaſtant ſegetem dormite ſubulci:
Sic ouium cuſtos prata ſecanda terat.
Et meſſor pueris poſt terga relinquit ariſtas:
Fœniſecæ falcem cute madente parant:
Et qui poma legunt opplent melioribus aluum,
Vua replet qualos ſuper acerba tuos.
Non ſe,non alios felix cognoſcit amicos:
Cogitur infelix quilibet eſſe pius.
Et ſapiens qui ſe ſapientem credidit,errat:
Dicitur inſipiens qui putat eſſe ſciens.
Proſperitate licet careat bonus,ardua temnit:
Sera licet veniant debita pœna mala.
Auriculas pretio mulcent ſuadente coraules:
Ardua contemnit delitioſus homo.
Victuros ſemper dum viuimus eſſe putamus:
Victurum ſtadio ſuper athleta putat.
Vxorem moriens raperet cum prole Penates.
Si tergum Aeneæ poſſet habere Phrygis.
Condat & elogium ſi vult cum teſtibus octo:
Nuper apud Samios mortua muſa iacet.
Hæres pullata gemitu ſub veſte,ſub imo
Pectore dat riſum,nænia parua placet.
Et fideicommiſſa negat,negat æs alienum:
Et niſi ſucceſſor dictus inuncat opes.
Ducitur affectu teſtis qui traditur obſes,
Vincla ferat,rumpet vel tibi calce fidem.
Euadúntque vades,capitíſque pericula vitant,
Deſponſore reus,præs quoque fiet inops.
Currite Legulei cuncti ſunt feſta per vrbem:
Mergite lectoris pulpita ſub paleis.
Frangite nocturnis res tardis hoſtia rixis:
Mitte pater nummos,ſcribite,mitte pater.
Mitte pater nummos,pariunt fœnuſcula fœtum,
Et creſcunt noſtris credita codicibus.

Fœn

Fœnerat Hebræus nummos damnista,sed vsque:
Nam sua transacto pignora mense facit.
Addite,si fuerit argentum mandare morosus
Et citò quæretis relligionis iter.
Ibitis ad bellum,vel quòd pergetis ad Indos,
Interea cœptum continuemus opus.
Curramúsque inter laruas agalenata læti,
Inter delicias tympana,vina,iocos.
Quisque choris,epulis,ludis,& amoribus instet,
Ille vorat numerum,psaltria luna suum.
Per fora,per choreas,per templa,per arua,per hortos,
Hanc sequor arte fidem,lumine,mente,pede.
Discipuli ferulam fugiunt:ludíque magister
Sæuit in ignaros deficiente stipe.
Ipse ego quicquid agam,vel qualia carmina scribam,
Luna meos actus format & vna modos.

¶ Quid ergo agendum,alter sic dixit.

Quisquis amas mundi fallacia dona caduci,
Inspicias cur sis natus in orbe miser.
Respice quámque breuis mundi sit gloria:nónne
Quotidie vitæ pars fugit vna tuæ?
Viue memor lethi:iuuenes libitina senésque
Obruit,& soli parcit auara Deo.
Cur igitur tantùm te fœtor detinet huius
Fallacis mundi,nec sua sceptra fugis?
Eia age rumpe moras,mundi fœtore relicto,
Fac subeas gratum religionis onus.

¶ Ioan.Neuizanus Legum doct.ciuis Astensis.Ad laudem Dei & sub correctione cuiuslibet melius sentientis.

LIBRORVM SEX SYLVAE
NVPTIALIS,
FINIS.

LVGDVNI,
Excudebat Symphorianus
Barbierus,
1556.